F. IOANNIS HOFMEISTER AVGVSTINIANI

tiniani & Ecclesiastę Colmarien. in vtrasq; S. Pauli ad Corinthios epistolas Homilię, viua Autoris voce populo Colmarien. deprædicatę, & nunc primum summa cura in vsum publicum typis excusę.

CVM INDICE RERVM AC Verborum copioso.

Colonię ex officina Petri Quentel. Anno CHRISTI nati M. D. XLV.

Cum priuilegio Imperiali.

No tiene que expurgar por el expurgatorio deste año de 1640

fr Pedro de Lorra

REVERENDIS-
SIMO IN CHRISTO PATRI IL-
lustrissimoq; principi ac Domino, Dn. Ale-
xandro Farnesio S. R. E. Tit. S. Laurentij in
Damaso Cardinali & Vicecancellario
&c. digniss. & ampliss. Domino suo
clementiss. F. Ioan. Hoffmeiste-
rus Augustinianus
S.

ELucubrationes nostras in D. Pauli ad Corinthios Epistolas ut in lucem edam uestræ potissimum reuerētiæ facit æstimatio. Enarratiões declamatorias eas Vestræ Reuerētiæ uigilantiæ legendas atq; discernēdas, vt par erat, submissè exhibui: quę cum neq; ungue neq; presixo θ sint reprobatæ, non indignæ mihi uisæ quæ literis stanneis excusę cuiuis lectori exponerentur. Neq; enim dubium est hermeneias eas catholico cuiuis lectori fore gratas: tum quod sciam me exoticas opiniones angue peius odio habere, tum quod elucubratiunculas eas quales quales per Vestræ Reuerentiæ censuram stetisse norim. Quomodo enim ouibus dominicis non sapiat, quam Christi iesu pastoris opt. max. suppastor tantus salutarem censet pastionem? Temeritatis fortè & ambitionis cuiquam insimulandus uenirem si Solem (quod aiunt) facula adiuturus, nunc tandem post tot catholicos scriptores scripturæ sacræ exegeset meditarer,

graui

grau i sat is caussa destitutus. Lupi rapacissimi imò rabidi, qui hac nostra tempestate, totam Christi ecclesiam personando nefandissimè perturbant, quem non lapidem redderent uocalem? quem non amuson ad scribendum impellerent, etiam repugnante Minerua? Ruis est lupulorum tempestatis nostræ qui sibi interpretandorum bibliorum autoritatem non usurpet? Tot hodie apud nos sunt bibliorum uersores, quot dogmatistes: totq; paraphrastes, quot sunt concionatores. Adeo huius nostræ ætatis hereticos scribendi insania uexat, ut non scombri & cordyli tunicas, & (ut poeta ait) penulas oliuę, uerum etiam ut Cloacina suas spongias & stupas affatim sortiatur. Incauti istac scribendi & improbitate et importunitate ad nouas opiniones legendas & imbibendas uelint nolint coguntur: cum theatra, templa, balnea, tabernæ & nulla non loca, cum phana tum prophana, istiusmodi euangelicastrorum nouorum nænijs extent referta. Ruis enim à lectione nugarum sacrilegarum earum sibi temperet, tanta mole librorum suppressus? Nemo ergo me bonus uir reprehenderit si ego quoq; necessitate compulsus nostra emittam: ne catholicis, quo se aduersus lætale hoc hæreseon uirus muniant, antidotum desit: & ut ij qui ex electorum grege aconitum luhteranum gustauerint, remedium præsens habeant. Habent fateor sanctissimos ecclesiæ patres: sed ut mens humana stulta nedũ leuis est, nouis ferè afficitur. Infirmitati itaq; huic humanæ nõnihil conniuens, morbo ipsi medicaturus nostra quoq; Vestræ Reuerentiæ calculo accedente meq; audaculũ reddente, publicanda duxi. Rem ipsam professionis catholicę candide, citra ulla conuitia, in nostris illis homilijs tradidi: magis patrum sanctissimorum sacrosanctã mansuetudinem

quàm

quàm huius temporis polygraphorum uertiginosorum fastidia & sycophantias æmulatus. Diui Gregorij sententia admonitus, caui ne ita scriberem, quasi nouus autor haberi uellim. Dicit ille lib. mora. 6. grauis imperitia est, uelle docere meliorem. Quantum ergo arbitrabimur Euangelicastorũ nostratium esse crimen, qui etiam uniuersas ecclesiæ triumphantis patres non solum corripere uerum etiam explodere non cunctantur. Nunc cum luminaribus ijs gloriæ Dei euidentissimis uitiligatores propudiosi tenebras sui probri ausint offundere, miraculi loco habendum non est, quod & sanctos Ecclesiæ militantis patres in infirmę carnis ergasculo adhuc degentes genuinis dentibus mordicus arripiant. Quisqam eò uesaniæ deuenire potest, ut tantum scelus designare non uereatur. Docẽt nos maledicentissimi bonorum uirorum obtrectores Lutherani nostri, ut uideamus quos Lupos eos rapaces, de quibus Christus noster Seruator inæternum benedictus apud Mattheum capite 7. agit, & eos quos Apostolus Acto. 20. in nouissimis diebus docet suborituros. Hallucinari & plane delyrare Vestræ Reuerẽtiæ grauitas me diceret, si non ipsa infandas eas nouæ sectæ & audisset & uidisset blasphemias. Vsq; adeò conuitijs exundant homines illi pestilentissimi ut se neutiquam cõtinere possint, quo minus vel in ipsis Romani Imperij municipijs, in ipsis etiam comitijs sacerdotibus Christi reuerendis, imò etiam sacerdotum principibus reuerendissimis oggанniant & oblatrent. Nescio risu magis an obtestatione dignum censeam, quod etiam exterarum nationum uenerabilibus presbyteros, monasticen professos, germanicè nescientes wolff, wolff, h.e. Lupus Lupus inclamitando, in comitijs superiorib. uellicare nõ erubuerint paludati quidã

PRAEFATIO.

Thrasones germani. Audiuit quidam sacerdos ille reueren
dus sibi tali uoce illusoria succlamatū, seq; ab omnibus tā-
quam portentum aliquod nouum digitis designatum, sed
dictionem Wolff Wolff non intelligens, neq; exprimere
ualens, rogabat quid sibi istęc acclamatio Wolff Wolff
uelit. Adeòn nobilis Germania, Romanæ Ecclesiæ filia
præ cæteris olim generosa, potuit degenerare: ut nunc eius
gloriosa militia sit surdis oppedere, & præcipua relligio rel
ligioni præcipuè deditos quosq; sacerdotes in calumniam
rapere & suggillare: idq; potissimum eo tempore, quo S.
Pontifex concilium coegit controuersias omnigenas salu-
tari sanctissimorum patrum consilio compositurus. Hac
tenus secta ea Concilium Concilium usq; ad rauim clami-
tando neminem non obtudit: identidem erroris sui conuic
ta ad generale concilium prouocando, iam uero ipso conci
lio conflato atq; instante magis quàm antea efferatur. Piget
pudetq; me libellorum famosorum picturarumq; execrabi
lium, quæ omnia his diebus in Germania passim scribuntur
atq; publicè uenunte. Quantum ad Beatissimum Pontifi
cem nostrum attinet plus commendari non potuit, quàm
quod à tam uilissimis rabulis illis tot conuitiarum plaustris
obruitur. Interim etiam facit ad ueritatis agnationem, hære-
ticos suo se colore egregiè adeò depingere: nemo siquidē
iam non uidet Lupos, latibula et insanos homines uiriditate
uacuos, maledictis agendo, elabendi rimulam, quęrere. No
lunt benedictionem & elongabitur ab eis: dilexerunt male-
dictionem, & sicut uestimentum induent eam: Induentur
detractores pudore & operiantur sicut diploide confusio-
ne sua. Quadrat in sycophantas illud Eccl. 25. Nō est caput
nequius super caput colubri: & ira super iram mulieris. Imò
etiam

etiam tenebrarum angelos, diabolos nimirum, referũt, qui
in caliginoſis ſuis luſtris tanquam irritati colubri ſibilātes;
& tanquam ira exardeſcentes mulierculæ uel ipſos diuos ir-
ritare audent: ſub dio uero ubi aperto Marte agendum eſt,
inſtar Pluti timidi, ſuis ſeſe abdunt calumniarum nebulis.
Pemenis optimi max. Paſtoris Chriſti Ieſu iam fateor latro,
horriſono lupulorum prouocatus ululatu. Malui ego con-
templationi ſtudens mundo penitus ignotus deliteſcere:
memor uerbi Poetæ: Qui bene latuit, bene uixit. Malui itē
uiua uoce Chriſti Euāgeliō docere, quàm immedicabilem
hereticorum ſcabiem exulcerare, & uiſcera, imò uirus, à cu-
ius eſu etiam famelici canes abſtinent mordere atq; rodere:
ſed cum hoc quod uolui non licuit, quod licuit uolui. Latra
tus is quo iam intono mihi diſplicet ipſi: quanquam cogar
cum inſanis iuxta inſaniam ſuam, ne ſibi ſani uideantur, inſa
nire. Abeſt mihi (quod Deus nouit) cruentus liuor, linguæ
uero latrantis canis extergendi atq; curandi uirtutem ineſſe
confido: modo in curabilem eluibilemq; Lazaron inci-
dat. Peruerſo hæretico ſana obſunt ōia. Hactenus ergo pio
latratu indulſiſſe ſufficiat. Linguæ medicæ uirtutem lecto-
ri commentariolus noſter exhibet: q ſi quicquam furialis bi
lis ſpiraret, haudquaquũ in apollineum eum Veſtræ ampli
tudinis conſpectum miſiſſem: multo uero minus eum ſub
eiusdē Veſtrę celſitudinis auſpicio literis ſtanneis prǫloq;
deſcriptum in lucem ederem. Iam forte concitatiori ſpiritu
ſubactus, uidens atq; audiens pijſſimi Pontificis religioſiſſi-
mum ſtudium, qua & paci & reformationi eccleſiæ conſul-
tum uult, infandum exibilari. Accedit quod exaratis noſtris
homilijs et iam iam emptori in Francofortianis nundinis ex
ponendis, epiſtolam dedicatoriam, neſcio cuius aut negli-

gentia aut inuidentia, amissam, audiuerim, quodque uix horam ad scribendum aliam librarius instans atque urgens mihi concesserit, Vestræ ergo paternitatis beneficentiæ erit, si quid fortè aut acerbius solicitò, aut minus dilucidè scripserim, optimi consulere: aut certe iniurijs temporum imputare.

Eidem vestræ beneficentiæ me commendatum, atque eam in Christo Iesu perpetuo optimè cupio Valere.

Datum Moguntiæ apud Augustinianos Nonis Septembris Anno 1545.

PRAEFACIO
BREVIS AD AVDITORES
qua exponitur, qua occaſione has D. Pauli ad Corinthios Epiſtolas interpretari aggreſſus ſit, F. Ioan. Hoff. Auguſtinianus.

OMNIA QVIDEM LICENT, ait Apoſtolus, ſed non omnia expediunt nec ullum eſt remedium tam bonum, quin nocere poſſit, ſi prępoſtere illo utaris: qnod, ſcio, nemo prudentis animi negare uel tergiuerſari poteſt: Sicut è conuerſo quæ per ſe mala ſunt, prudenti & commoda adminiſtratione, ſi non proficua, certe minus nociua fieri poſſunt. Magna igitur pars commodi uel incommodi in hoc ſita eſt, quo modo, loco & tempore omnia fiant: Quod enim iam utile eſt, alio tempore veneno nocẽtius eſſe poteſt. Neq; mirum, iuxta Auguſtinum eſt, quod palato non ſano pæna eſt panis, qui ſano eſt ſuauis: & oculis ægris odioſa eſt lux, quæ puris eſt amabilis. Hæc igitur cum ita ſeſe habeant, in omni iuſtituto prius conſiderandũ, quid quo loco dicendum faciendumuè ſiet, non quid liceat, ſed quid expediat, non uni ſolum ſed multis, ut, iuxta vulgatum illud, bonum quanto communius, tanto & diuinius ſit: Idipſum iam & mihi faciendum eſſe non ignoro, in officio non minus arduo & periculoſo, quàm pio & honeſto: Circumſpicienti ergo mihi, & caput (quod prouerbio dicitur) ſcalpenti, unguesq; arrodenti, imo ſerio cogitanti mihi, quidnã

expediat

exp[illegible] post Enarrationes Euangeliorum Matth. & Marci [illegible]arrare, commodum offerebat se Epiſtola Pauli, vaſis huius electi, Corinthijs ſcripta, qua hoc tẽpore nihil uel utilius, uel magis neceſſarium eſſe poterit. Vtrumq; in progreſſu Enarrationis diligenter demonſtrabimus: Quàm enim iſta noſtris conueniat temporibus, quàm ſit utilis & neceſſaria, paucis dici non poteſt. Quid, amabo dic, hoc infælicisſ. ſeculo in controuerſiam rapitur, quod Diuus Apoſtolus non interpretetur? Qui tumultus, dum Paulus ſuam Epiſtolam adornaret, in Eccleſia Corinthiorum? Quàm miris fucis & artibus Pſeudoapoſtoli ſimplices per dulces ſermones decipiebant? Nonne Schiſmata erant, dum alter Paulũ, alter Petrum, alter uero Apollo iactabat: Hucuſq; in ſceleribus proficiebant, ut in cœtu ſuo retinerent hominem qui uxorem patris ſui habebat, quem etiam poſt à Paulo admoniti excluſerunt. Adiunge his quod citra omnem decorem & honeſtatatem Cænam dominicam celebrarent. Habet Apoſtulus neceſſe ſcribere quomodo ſit iure agendum, an liceat etiam iure agere. Nec ſtatus Matrimonialis purus eſt. Luxus erat, quod promiſcuè ueſcerentur ijs, quæ tum ſiimulachris dæmonum immolabantur, non uitato offẽdiculo infirmorum. Porro quàm inordinate conuerſarentur in Templis, nec hoc tacet Apoſtolus. Poſtremo quoniam erant tũc temporis, qui Reſurrectionem nouiſs. negarent, multis efficaciſs. argumentis docet & probat ipſam uerè futurã, ſimul admonens eſſe maximam & optimam Chriſtianorum partem. Si, inquit, reſurrectio mortuorum non eſt, inanis eſt fides ueſtra, inanis eſt & prædicatio noſtra. Habet & alia diuus Apoſtolus in pulcherrima ac ditiſs. Epiſtola hac, quæ omnia Deo dante piè & dilucidè interpretabimur. Cum igitur

tur

tur hæc ita ſeſe habeant, ipſi uos coniectare poteritis, quàm bene conueniat huius Epiſtolæ tractatio noſtris temporibus. Sed præſtat audire Paulum ipſum, quàm multis hic præfari. Dij cępta ſecundent.

Mitte nobis Domine auxilium de Sancto.

ERRATA in Homilijs ſequentibus obiter abmiſſa, curioſis, non cordatis, adſignata.

Vt intelligatur ſequens erratuiorum catalogus meminerit Lector anteriori numero innui paginam, poſteriori lineam, indeq; lectionem ueram ſeqni.

Fol.5.uer.3.ſiue ſit 7.21 Apollos 13.21 Prophetam 30.25.nemine 43.17 niſi quod. 50.6 cti ſumus 57.31 qualis 59.24 unumquenq; 60.27 Naaman 78.17. uos expi= Ibidem 28. ſequimur, cum 87.20 inter Ibid.24 ſuper Ibid.36.tionibus 89.4. impe= 92.tentasiones Ibid.9.dedit.Ibi.10 prouidit.96,1 infidelem 109.29.deſiderãtur 112.20 altius 117.6 primã 133.2 Chriſtus 150.1 credãtur.153.13 contingit.196.28 ta ſeculi 292,19 ueræ 205.8 ſint.213.22 ranimus.217.33 Huc 218.22 pa=254.7 na=258.11 interp 273.27 na fiunt 284.27 Apollos 310.9 corrup 315.33 q̃ illi 318.13 transſ 334.27 Gratia 348.5 apud uos 358.35 item 382.23 prorſus 395.31 ponit 430.12 dogmata no=440.17 gloriam 455.13 llis eſt 463.1 nire.

Hæc aut̃ eiusmodi Caſtigator ſibi condonatum iri petit, quæ præter iſta quẽ male habitura ſunt, editioni huic cum archetypo communia proteſtatus, quale eſt fol.57.lin. 12. & 31.omiſſio uerbulorum iſtorum, & talis fornicatio, quas

S. PAVLI APOSTOLI EPISTOLA AD CORINTHIOS PRIOR, *Homiliticis interpretationibus Colmariæ per F. Iohannem Hoffmeister Augustinen. insigniter elucidata.*

CAPVT I.

PAVLVS vocatus Apostolus Iesu Christi, per voluntatē Dei, & Sosthenes frater, ecclesiæ Dei quæ est Corinthi, sanctificatis in Christo Iesu, vocatis sanctis, cum omnibus qui inuocāt nomen domini nostri Iesu Christi in omni loco ipsorum & nostro, gratia vobis & pax à Deo patre nostro, & domino Iesu Christo.

COrinthus Achaiæ metropolis olim erat, ob portuum commoditatem (est enim Isthmos) emporium totius Asiæ, tum celeberrimū, tum opulentissimum. Fere fit aūt, vt eiusmodi ciuitatū mores multo sint corruptissimi, ꝙ vndiq; ex omniū natione, non tam mores, q̄ vitia solent importari. Proinde Corinthij, tametsi prædicatione Pauli iampridem Euangelicam doctrinam accepissent, tamen adhuc ingenij vitæq; prioris vestigia nonnulla ac reliquiæ manebāt, adeo vt periculum esset, ne per male feriatos hoīes seducti, à Christi synceritate alienarentur. Huic ergo Corinthiorꝫ ecclesiæ, cuius præses fuit & Ecclesiastes diuus Apostolus Paulus per sesquiannum, hanc idem mittit Epistolā ab Epheso p̄ Timotheum

Corinthus.

Acto 18.

1. Cor. 16

ther...n discipulum suũ. Iam quæstio de nomine Pauli, quoniam vulgatiss. est, parum nos remorabit. Mihi Origenis opinio arridet, vt quemadmodum in veteris testamenti libris, aliquot comperimus diuersis nominibus notatos, velut Idida dictũ, qui aliàs vocat⁹ est Salomon; & velut Oziā dictum, qui alibi sit Azarias; item in nouo testamento, in Euangelio Lucæ dictũ Leui, qui se in suo Euangelio Matthæum nominat; ita & Paulo geminũ fuisse vocabulum, vt scilicet appellatus fuerit & Paulus, & Saulus. Lucas eñ in Actis sic loquitur: Saulus, q & Paulus, repletus spũ sancto. Quod vero in Epistolis suis nunq̃ se Saulum nominat, Paulum asit perpetuo, fortassis facit ob id, q Pauli vocabulũ, Græcorꝫ ac Romanorum, ad quos scribebat, auribus esset familiarius. Porro parentelam, patriam, & educationem eius, in multis locis ipse Apostolus describit; sed quoniā ad institutum nostrum nihil faciunt, nihil super hac re dicemus. Sufficiat hoc nobis, in quo & omnis vis sita est, q nominat se vocatum Apostolum Iesu Christi per volũtatem Dei, quæ certe ponderanda sunt. Apostolus autem non quiuis dicitur nuncius, sed legatus & veluti orator, q conceptis verbis certa quædam nunciet. Hinc Tertullianus de Apostolis dicit: Apostolos domini habemus authores, qui nec ipsi quicq̃ ex suo arbitrio, quod inducerent, elegerunt; sed acceptam à Christo disciplinam, fideliter nationibus assignauerunt. Dicit porro se Apostolum Iesu Christi, non Mosis aut alicuius mortalis hominis; sed Iesu Christi, vt ecclesia sciat, doctrinæ Pauli credendum esse, tanquam voci Dei de cœlo sonāti. Sic Moses allegat authoritatem Dei. Loquutus est, inquit, dominus Deus cunctos sermones hos &c. Addit se Apostolum per voluntatem Dei, in quo perstringit illos, quos neq; Christus miserat, neq; verum erat quod docebant. Adiungit sibi Apostolus Sosthenem, cuius satis magnifica mentio est apud Lucā in Actis. Cum enim ibidem legimus ipsum Sosthenem misere coram Gallione tractatum, indicio est, ipsum Euangelij Dei fuis-

Paulo geminum vocabulum. Acto. 13.

Apostolus

Vide Clementē libr. recog. 2. pagina 40.

In præscrip. hæreticorũ.

Acto. 18.

CAP. I.

fuisse acerrimum assertorem & prædicatorem. Paulus igitur Apostolus ille Iesu Christi, qui volūtate Dei ad hoc muneris venit, & Sosthenes frater fidelis, imprecatur gratiam & pacem à Deo patre nostro, & domino Iesu Christo Corinthijs. Quibus Corinthijs? Sanctificatis in Christo Iesu, ecclesiæ Dei, vocatis sanctis. Obserua hic Apostoli in docēdo & arguendo prudentiam. Nominat ipsos Corinthios, ecclesiam Dei, non huius aut illius baptizatoris. Nominat, inquam, ecclesiam Dei, non conuenticulum hæreticorum, vel schismaticorum. Si ergo ecclesiæ Dei nomine censentur, necessarium est vt iuncti & vnanimes sint: quandoquidem, iuxta Theophylactum, Ecclesia vnitas quædam & conuentio interpretatur. Nec cōtentus est Apostolus ipsos nominasse ecclesiam Dei, nisi & sanctificatos in Christo Iesu nominet, vt ipsos admoneat vitæ prioris, nimirum vitæ impuræ, pollutæ & sceleratæ, quā turpitudinem Christus suo precioso sanguine abluit, & ipsos baptismi sacramento sanctificauit, vt iam liberati à peccato, seruiant iustitiæ. Ad hoc etiam pertinet quod subiungit, Vocatis sanctis: hoc est, eis scribimus, quos vocatos esse constat, vt sancti sint. Non enim vocauit nos Deus, ait alibi Apostolus, in immunditiam, sed in sanctificationem &c. Cæterum, ne quis opinetur hanc epistolam solis Corinthijs scriptā, annectit Apostolus, Hanc epistolam pertinere ad omnes qui inuocant nomen domini nostri Iesu Christi, in omni loco ipsorum & nostro, hoc est, ad omnes quicūq; vbilibet terrarum profitentur nomen domini nostri Iesu Christi, siue apud Iudæos, siue apud Gētes. Hactenus epigrapha præfixa est & superscriptio, qua declaratur tantū quis cui scribat. Optat porro illis gratiam, hoc est, fauorem & pacem, non quidem quales mundus habet, sed quales solus Deus dare potest. Gratiam optat, qua concilientur Deo: & pacem, qua ipsi inuicem concilientur Corinthij. Quæ subsequuntur, audiamus.

Ecclesia Dei.

Rom. 6.

1. Thess. 4.

Epistola hæc non solis Corinthijs scripta, sed omnibus Christianis.

Gratias ago Deo meo semper ꝑ vobis, in gratia Dei, quę data est vobis in Christo, ꝙ in omnibus diuites facti estis in illo, in omi verbo & omi scientia, sicut testimonium Christi confirmatum est in vobis, ita vt nihil vobis desit in vlla gratia, expectãtibus reuelationẽ domini nostri Iesu Christi, qui & confirmabit vos vsq; in finem sine crimine, in die aduentus domini nostri Iesu Christi. Fidelis Deus, per quem vocati estis in societatem filij eius Iesu Christi domini nostri.

Solenne est diuo Apostolo, sic in exordio narratiõis captare beneuolentiam, & auditorem attẽtum reddere. Quis enim non libenter audiret eum, quem nouit sibi ex animo bene velle? Beneuoli autem animi est, non tantum benefacere alijs, sed etiam Deo gratias agere, ꝙ benefecerit illis. Inquit ergo: Gratias ago Deo meo semper ꝑ vobis, de gratia quæ data est vobis per Christum &c. Sic ad Romanos
Rom. 1. scribens: Primum, inquit, gratias ago Deo meo per Iesum Christum, pro omnibus vobis, quia fides vestra annunciatur in vniuerso mundo &c. Sed videamus quænam sint ea beneficia, Corinthijs à Deo per Christum collata, pro quibus Apls dicit se gratias agere. Gratias, inqt, ago Deo meo indesinẽter pro vobis, super gratia Dei quæ data est vobis in Christo, siue per Christũ. Spiritale & cœleste est donũ, inquit, pro quo gratias ago, quod non ab hominibus, sed à solo Deo datur, nõ per aliud medium, nisi per vnum Christum. Sed quænam est ista gratia? Talis est, ait, vt in omnibus diuites facti sitis per illũ, in omni verbo & sciẽtia, sicut testimonium Christi confirmatum est in vobis, ita vt nihil vobis desit in vlla gratia. Ac si diceret: Quid opus est multis enumerare per partes, Dei in vos beneficia, cum tam cu

mu-

CAP. I.

mulate in vos sua partitus sit, vt iam diuites facti sitis, non humanis opibus, quæ possessorem suum plerunq; fallunt, sed cœlestibus donis, sic vt in nullo destituamini, siue donum linguarum, siue donum prophetiæ, siue donum curationum. breuiter, inquit, sicut testimonium Christi confirmatum est in vobis, hoc est, sicut vestra euãgelica professio satis demonstrat, quæ nusq̃ non bene audit. Addit deinde Apostolus, hanc gratiam tam cumulate contigisse Corinthijs, expectantibus reuelationem domini nostri Iesu Christi, quam reuelationem statim aduẽtum domini nominat. Vobis ergo, inquit, q expectatis, hoc est, desideratis aduentum dñi, data est tanta gratia: & qui vobis eam dedit, confirmabit etiam vos vsq; in finem sine crimine. Summa, tantam gratiam vobis impartiuit Deus per Iesum Christum, vt non tm̃ vos sola gratia, sine vllis vestris meritis, vocarit ex incredulitate ad fidem Christianam, sed etiam in oĩbus spiritualibus bonis vos locupletes fecit, nec vobis suam gratiam detrahet, donec vos, sine crimine, ad finem vsq; perduxerit: & propter hęc omnia gratias ago. His autem verbis, vt ait Theophylactus, vtiq; & Corinthios instruit, vt & ipsi assiduas Deo gratias agant, & nihil proprijs vel actionibus confidant, vel vllis virtutibus, sed in Dei gratia sit illorum spes oĩs. Sed quæret aliquis, quomodo diuus Apostolus Corinthios tam miris laudibus extollit, quos tamen mira acredine statim vituperat? Respondeo sic ex Anselmi sententia: Hæc epistola cum ad vnius scribatur populum ciuitatis, pro varietate habitantium, id est, sanctorum & peccatorum, nunc laudat eos, nunc corrigit: nunc docet, nunc repræhendit, vt vnusquisq; in ea intelligat quid pro se, q̃d aduersum se dicat, vt cum laudat eos, sciant boni ad se verba dirigi: & cum repręhẽdit, sciant qui male egerunt, ad se hæc dici. Ecce enim à perfectis inchoat, quos multa laude prosequitur, vt postmodũ ad infirmos veniat, quos repræhensurus est. Alloquitur primo perfectos, ostendendo eos commendatione dignos, vt qui hactenus boni permanse- Obser.

runt, meliores fieri studeant: & cæteri qui in aliquem errorem ceciderunt, erubescant, & conentur vt ijs similes fiant.

Fidelis Deus per quē vocati estis in societatem filij eius Iesu Christi domini nostri.

Hęc ad priora pertinent, & prædictorum confirmatio est, qua ostendit rem vere se sic habere quemadmodum dixit. Nihil, inquit, horum quæ dixi, vanum est: nolite deficere. Fidelis, hoc est, verax in promissis suis est Deus. Et iuxta Psalmistam: Quę procedunt de labijs eius, non faciet irrita. Fidelis est Deus, tuto credere potestis Deo, per quem vocati estis in societatem filij eius Iesu Christi dñi nostri. Si gratuito suo fauore vos vocauit, & ad hoc elegit, vt sitis socij, & fratres, & cōmēbra domini nostri Iesu Christi, quid vltrà de eius bonitate & beneuolentia dubitare potestis? Hactenus auditorū pparauit aīos, iam sequit narratio.

Psal. 88.

Obsecro autem vos fratres per nomen domini nostri Iesu Christi, vt idipsum dicatis oēs, & non sint in vobis schismata: sitis autem perfecti in eodem sensu, & in eadem sententia.

Magna hæc est modestia Pauli, qui eos per nomen dñi nostri Iesu Christi obsecrat, quibus pro sua Apostolica authoritate, imperare potuisset. Nec veret eos fratres appellare, in quibus multa corrigenda fuerant. Quam vero ob rem eos sic obtestat? Quid à Corinthijs petit fieri? Vt idipsum dicant omnes, & non sint in ipsis schismata: sed sint quasi vnicū & integrum corpus eiusdem sensus, & eiusdem sententiæ. Si eñ fratres sunt, sicut hoc noīe gaudēt, ineptū est eos sic ab inuicē dissentire, & alterū ab altero contemni. Nec contentus est Apľus, vt verbis idipsum dicant omnes, nisi hoc ipsum ab animo proficiscatur. Intus enim dissentire, impiū est: verbis pugnare, fœdū est. nec potest Apľus cordiū amare cōcordiā, nisi fratribus nota sit. Sed possent

Corin-

CAP. I.

Corinthij obijcere. Quid audimus? vnde in hanc de nobis suspicionē venisti? Quas nobis exprobras sectas? Nunquid nō oēs sumus Christiani? Vnus nobis dominus, vna nobis fides, vnum baptisma. Vult igitur Apostolus ostendere se non præter rationem hæc scribere, & ait:

Significatum est em̄ mihi de vobis fratres mei, ab ijs qui sunt Chloes, quia sunt cōtentiones inter vos. Hoc aūt dico q̊d vnusq̄sq; vestrū dicit: Ego quidem sum Pauli, ego autem Apollo, ego vero Cephæ, ego autem Christi.

Hæc sunt illa schismata, hæc ostendūt Corinthios non esse eiusdē sententiæ, neq; idipsum dicere. Contemptus em̄ verba hæc sunt, non Christianæ vnitatis & concordiæ: cōtentionē resipiūt, non Christianā vel fraternā concordiā. Vnusq̄sq; vestrum dicit, inq̄t Apl's: Ego q̄dem sum Pauli, ego Apollo, ego vero Cephę, ego aūt Chr̄i. Hoc est, vnusquisq; gloriat̄ de eo, à q̄ vel baptizat' fuit, vel in fide instructus, vt iam nō audiamus noīa Chr̄ianoꝝ, sed Paulianoꝝ, Apollonitaꝝ, Cephistaꝝ &c. Quod em̄ quis Chr̄i se nominat, bene facit. quicq̄d em̄ habem' & sumus, hoc ipsum à Chr̄o accepimus. Quid Paulus vel Apollo cōferre possit, post audiem'. Sed vt rem pinguiori, q̊d dicit̄, Minerua interpretemur, Corinthioꝝ contentio fuit ex hoc, ꝙ putabāt sacramētū baptismi, aliq̄d virtutis habere ex meritis ministri: & ita baptizatus ab vno, ꝑtulit se baptizato ab alio, prout vnus ministroꝝ excellētior extitit alio. Quilibet etiā noīauit se ab illo, à q̄ fuerat baptizatus, indeq; veniebāt factiosa illa noīa Paulianorum, & Cephistarum. Porro hi errauerunt, quia baptismus non habet efficaciam nisi merito Christi, tanq̄ à causa meritoria, qui tactu suæ mundissimæ carnis, vim regeneratiuā cōtulit aq̄s. Vnde de latere Christi moriētis, dicunt̄ oīa sacramēta fluxisse, qm̄ virtute passionis dn̄icæ operant̄. Hinc apud Cyprianum sic legimus:

Schisma Corinthiorum unde.

Ser. de bap.

Veni-

& manifestatio. Trinitatis.

Veniebat Christus ad baptismum, non egens lauacro, in q peccatum non erat, sed vt sacramēto perennis daretur autoritas, & tāti virtutem operis nulla personarum acceptio commendaret: quoniam remissio peccatorum, siue per baptismum, siue per alia sacramenta donetur, proprie spiritussancti est, & ipsi soli huius efficiētiæ priuilegium manet. Verborum solennitas, & sacri inuocatio nominis, & signa institutionibus apostolicis sacerdotū ministerijs attributa, visibile celebrant sacramētum, rem vero ipsam spūssanctus format & efficit. Sic diuus ille Cyprianus, cui non ita multo post addit: Siue Iudas, siue Paul' baptizet, Christus peccatum lauat, absoluit & delet. Et in euangelio legimus Ioanni dictum: Super quem videris spm̄ descendentē, & manētem super eum, ipse est qui baptizat in spiritusancto. Et iterum Ioānes turbis: Ipse baptizabit vos spiritusancto & igni. Hęc igitur cum ita sint, nō refert siue Paulus baptizet, siue Petr'. Idem est baptismus, eiusdē efficaciæ. Recte ergo Apostolus obiurgauit Corinthios, q̄ ob hanc rem, tale exuscitarūt schisma, vt hic Paulinianus, alter Cephista, & vix cētesimus quisq;, Christianus audierit. Baptizati, Christiani appellandi sunt, à quocunq; tandem baptizati fuerint. Sed inquis: Nunquid & hoc nostrum seculum nō habet q̄s Paulus hic obiurgat? Nūquid & nos factionū vocabula nō audimus? Respōdeo: Ambrosius hanc obiurgationē in hæreticos deriuat, dicens: Diuidunt hæretici Christū, hoc est, partiūtur inter se Christi gloriam, qui se aut Photinianos, aut Arrianos, aut Cataphrygios, aut Nouatianos, aut Donatianos, aut Manichæos vocari nō abhorrēt &c. Alij hæc Pauli verba in cōtentiosos scholasticos Doctores deriuarunt, qui Albertistæ, Scotistæ, Occanistæ, & Thomistæ &c. vocati sunt. Rursus hæc obijciunt Pseudoprophetis huius seculi, qui principio Christianorum appellationes contemnentes, auebant dici Euangelici, itē fratres, donec eo ventum est, vt iam audiamus Luteranos, Zuinglianos, Anabaptistas, Iconomachios, Somniatores, & cætera noīm portenta.

Ioan. 1. Matt. 3. Vide Augustinum de unico bap.

tenta. Et certe in hos maxime hęc Pauli obiurgatio q̄drat, CAP.I.
qui ecclesiæ catholicæ vnitatem relinquentes, nihil nō noui cōminiscunt, Sacræ scripturæ nouā interpretationē, & sacramentorum nouā administrationem volentes ecclesiæ Christi obtrudere. Sed quid prophetæ huius seculi ad hæc? Vere, inquiūt, hic Ap̄lus nostros monachos pstringit. Quid enim hodie diceret Paulus, si rediēs, in nouo hoc orbe videret tot monachorū sectas, titulis & vestitu & institutis longe inter se dissidentes? Alius Benedicti, alius Francisci, alius Dominici censetur noīe, istius adhæret viuendi regulæ, isti se voto adstringit. Quid nos ad hæc dicemus? Nūquid nobismetipsis egregie blandimur? Sed paucis, Nō possum monachos in totū excusare, cū toti mūdo notū sit, qualis ante nō multa secula inter monachos cōtentio fuerit, dū alterū alter præ se cōtempserit, alteri alterorū vi quadā inuaserint monasteria. Et adhuc inuenies, qui se Petros, alios porro vix Iudas faciunt. Sed tamē propter hoc malum, nō possunt immunes esse noui prophetæ. Monachi quidē differunt habitu & cęremonijs & noīe. Catholici tamen sunt, quia catholicā fidē profitentur & docēt. Illi vero & nomine, & habitu, & cęremonijs, & doctrina ipsa differūt: nec catholici dici merent, q se ab ecclesia segregarunt, & eandē omnibus machinis opprimere tentant. Hæc si qs rite exacteq; perpenderit, inuenire & iudicare facile poterit, qbus Pauli cantilena occinenda sit. Porro longius digressi sumus quàm institueramus, vnde ad cœptum ordinem progrediendum. Arguit Apostolus Corinthios, quôd sic alter alterum cōtemnat, & quod Dei est, in ministros homines transferant, sintq; contentiones inter ipsos, quod quidem accepit ab ijs qui sint Chloæ, familiares nimirum & domestici. Subiungit deinde continenter:

Diuisus est Christus? Nunquid Paulus crucifixus est pro vobis? aut in noīe Pauli baptizati estis? Gratias ago Deo meo q neminem vestrum baptizaui, nisi Crispum & Gaium, ne quis dicat, quòd in

nomine meo baptizati estis. Baptizaui aũt & Stephanæ domum: cæterum nescio si quem alium vestrum baptizauerim.

Quid iuuabit detestari malum, & non ostẽdere bonum? Quid proderit attrectare & palpare vulnus, neq; tamẽ adhibere medicinam? Vide igitur, quàm solidis argumẽtis ostẽdat, schisma reluctari omni pietati Christianæ. Pulchris argumentis reuocat ad concordiam. Inflammat etiam orationem breuitas, interrogationibus intercisa, immo vegetat, & resipit indignationẽ, sed paternam. Diuisus ne est Christus? Nunqd nõ vnica est ecclesia? vnica Christi sponsa? Nũquid Christus in corpore suo mystico, huiuscemodi diuisionem admittit & approbat, vt vnus dicat Pauli, alius Cephæ, & nõ potius oĩa sint Chri, & Christiani vocent? Nunqd diuisus est Christus? Nunqd diuersimode se habet Christus ad suos ministros baptistas, aliter operãdo in baptismo vnius vel alterius? Eius estis, q pro vestra salute mortem, etiã turpissimam, subijt. Nunqd igitur Paulus crucifixus pro vobis? Non vtiq;, sed Christus Iesus: huius igit estis, nõ Pauli vel Cephæ. Certe qui redimunt vel à morte, vel ex vinculis, eius serui sunt, immo peculiũ, q redemit: vt iam plagiũ cõmittat, qui talem in alterius potestatẽ redigit, vel à dño suo abducit. Redemit autem crucis supplicio ecclesiam suã Christus. Ecclesia ergo vnius Christi redemptoris est. Addit tertiã quæstionẽ: Nunqd in noĩe Pauli baptizati estis? Eius estis, vult dicere, in cuius noĩe baptizati estis, q vobis peccata vestra cõdonauit, qui vos à seruitute satanæ liberauit, breuiter qui vester domin⁹ est, cui & vosmetipsos consecrastis. Sed Paulus vel Petrus nihil tale præstare potuit, neq; vos Petro vel Paulo quicq̃ tale promisistis. cur igitur Paulo vel Petro attribuitis, q̊d ipsimet non agnoscũt? Vide aũt modestiam Pauli, paremq; prudentiam, qui in his omnibus suum proponit nomen, ne videatur liuore superatus, aliorum supprimere nomina, vt suũ inter Corinthios erigeret. Subiungit Apostolus: Gratias ago

Deo meo, ꝙ neminē veſtrū baptizarim, niſi Criſpum & Gaium, ne quis dicat ꝙ in nomine meo baptizati eſtis. Ac ſi diceret: Quandoquidem eo vſq; dementiæ perueniſtis, vt vnuſquiſq; ſe eius, à quo baptizat' eſt, diſcipulum vocet, & quod Dei eſt, hominibus tribuat, gratias ago Deo meo, ꝙ neminem veſtrum baptizauerim, niſi paucos, nimirū Criſpum & Gaium, ne ego ſim occaſio contentionis, ne quis impudēter dicat, ꝙ in noīe meo, & nō in nomen Chriſti, baptizatus ſit: Baptizaui Criſpū & Gaium & Stephanæ honeſtę matronæ familiam, quos ſcio ſe nō Paulianos, ſed vt oportet, Chriſtianos vocare. Cæterum neſcio, ſi quem alium veſtrum baptizauerim, qui nomine meo ad Dei contumeliam abuti cōmode poſſit. Obſeruandū, hunc locum maxime facere aduerſus catabaptiſtas, qui neminem rite baptizatum exiſtimant, niſi baptiſmum à catabaptiſta acceperit. Sunt etiam qui hoc loco abutuntur cōtra patrociniū diuorum, ſed temere. Nemo enim catholicorum vnq̄ dixit, aliquem diuorꝫ, noſtrę redemtionis eſſe authorem. Redemptionis em̄, & remiſſionis peccatorum precium, vni Chriſto acceptum ferimus. Sequitur:

Non em̄ miſit me Chriſtus baptizare, ſed euangelizare, non in ſapiētia verbi, vt non euacuet̄ crux Chriſti. Verbum enim crucis, pereuntibus quidem ſtultitia eſt: ijs autem qui ſalui fiunt, id eſt nobis, Dei virtus eſt.

Quare Apoſtolus tam paucos baptizarit, ipſe eius facti rationem hanc reddit, ꝙ non miſſus ſit à Chriſto ad baptizandum, ſed ad euangelizandum. Hinc ad Ananiam dominus de Paulo dicebat: Vade, quoniam vas electionis eſt mihi iſte, vt portet nomen meum coram gentibus & regibus & filijs Iſrael. Vult autem Apl's dicere, Baptiſmi munus ſibi non peculiariter iniunctum, munus autem euangelizandi præcipue. Ad hoc pertinet quod alibi dicit: Nam etſi euangelizauero, non eſt mihi gloria, neceſſitas enim mihi incumbit.

Acto 9.

1. Cor. 9.

Væ enim mihi est,si non euangelizauero. Obseruandũ præterea, ꝙ maius est euangelizare, q̃ baptizare, vt ait Ambrosius: quia non omnis qui baptizat, idoneus est & euãgelizare. Verba enim solennia sunt, quæ dicuntur in baptismate. Deniq; diuus Petrus credentẽ Corneliũ cum suis iussit baptizari, nec dignatus est ministris adstantibus hoc opus facere. Si aũt defuissent, ipse hoc egisset necessitate cõpulsus. Vult ergo Apostolus sic dicere: Christus mihi nõ destinauit hãc legatiõem apud gentes, vt baptismi minister essem, sed vt meo præconio, nominis ipsius gloriam illustrarẽ apud omnes, & q̃ plurimos per euangelicam doctrinam illi adiungerẽ. Euangelista sum, non baptista. Sed obijciet iam temerarius Corinthius: Oh diuinum scilicet euangelistã, O magistrũ Israelis. Quæ tibi est eruditio, quæ tibi sapientia, vt possis huic oneri par esse? Huic tacitæ obiectioni respõdet iam Apostolus, dicens se missum à Christo ad euangelizandum, non in sapientia verbi, hoc est, non erudito & phalerato sermone, vt non euacuetur crux Christi. Fateor, inquit Aplus, me non vsum fucato & elaborato sermone: sed hoc non debet præiudicare euãgelio Chri, cum simplicitas sermonis mei, non parum splendoris addat euãgelio. Si enim pompa sermonis vsus fuissem, si efficacia rhetorum argumenta addidissem ad persuadendos auditores, iam omnis gloria cederet humanæ sapientiæ: sed cum mũdus ipse de infantia mea conqueratur, & nihilominus credentiũ non pœnitẽdus est numerus, quis non videat, om̃em gloriam redundare in Christum crucifixum? qui, me prædicante, se insinuauit cordibus hominum, nec vlla humana sapiẽtia vtitur: & si vtitur, ex nulla necessitate vtitur, ad propagandum suum euangelium. Sequitur: Verbum enim crucis, pereuntibus quidẽ stultitia est, ijs autem qui salui fiunt, id est nobis, Dei virtus est. Non me latet, vult dicere Apostolus, quale sit de me quorundam iudicium, non qdem simplum, sed varium. Non omnibus arridet euãgelij simplex prædicatio, nec etiam om̃ibus displicet. Scio verbum crucis, hoc est, prędicatiõem de Christo cruci affixo, apud multos, nimirum apud eos qui damnationem incurrẽt, reputari stultiti-

Acto. 10.

Huius rei euidentiss. habes exempla apud Clementem lib. recog. 1. pag. 5. & 6. & pag. 24.

CAP. I.

titiā. Sed ijs qui salui fient, id est nobis, aliud de euāgelij prædicatiōe iudicium est, nimirum cum non videatur nobis stultum, sed in euangelio declarari Dei virtutem. Sic & in Romanis legimus: Non enim erubesco euangelium. Virtus enī Dei est, in salutem omni credenti, Iudæo primum & Græco. Et ad Timotheū: Noli erubescere testimonium dñi nostri, neq; me vinctū eius. Sed opinor, iam hanc rem, satis aptam.

Rom. 1.
2. Tim. 1.

Scriptum est enim: Perdam sapientiam sapientum, & prudentiam prudentum reprobabo. Vbi sapiens? vbi scriba? vbi inquisitor huius seculi? Nōne stultam fecit Deus sapientiam huius mundi?

Cōfirmat authoritate Prophetica quod hactenus de simplicitate proposuit euangelica, ne ipse huius dogmatis primus videretur author. Testimonium autem præsens, non ex vno loco sumptum, sed ex varijs est cōcinnatū, quod quidem parum ad rem faciet. Sufficit Apostolo probare posse, se nihil alienum à prophetis adferre. Nihil, inquit, miramini, quod euangelij simplicissima prædicatio non oībus placet, sapientibus autem huius mundi omnino displicet. Nihil enim noui hoc est. Nōne apud Esaiam sic fore prædictū est? Perdam, inquit dominus apud prohetam, sapientiam sapientum, & prudentiam prudentum reprobabo, siue reijciam. Et apud eundem: Vbi sapiens? vbi scriba? vbi inquisitor huius seculi, qui scrutatur arcana naturæ? Quid discriminis inter propheticos sermones & meos? Quod si neq; prophetæ, neq; mihi creditis, nihilo minus res ipsa clamat. Nōne infatuauit Deus sapientiam mundi huius? Euangelij negocium non intelligūt: quod impossibile dixerunt, iam factum esse negare non possunt: quomodo item fieri potuerit, nullas rationes probabiles adferre possunt. Ostendant gētium philosophi virginem citra viri operam posse parere. Sed peperit eo modo virgo Christum. Impossibile arbitrantur, eius tantam esse potestatem, qui in cruce mortuus fuit, semetipsum resuscitare. Sed factum ita esse, nemo negare poterit. Vide igitur q̄ sibi con-

Esa 29.
Esa 33.

ftet humana ſapientia,& qd ſit humanę inniti prudẽtiæ. Obſeruandum hoc loci, Deum non perdere donum ſapiẽtiæ & prudentiæ, quod ipſe hominibus donat, ſed hanc ſapientiã, de qua mundani homines præſumunt, qui tantum ſapientes ſunt ad faciendum mala. Hinc apud Iacobum legimus de ſapientia deſurſum deſcendente à patre luminum, & de ſapientia quam terrenam, animalem & diabolicam vocat. Et Paulus: Prudentia, inquit, carnis inimica eſt Deo. Legi enim Dei non eſt ſubiecta. Et apud Hieremiã legimus: Sapientes ſunt vt faciant mala, bene facere autem neſcierunt.

Aug. de Ciuitate Dei lib. 10. ca. 28
Iaco. 3
Rom. 8.
Hiere. 4.

Nam quia in Dei ſapientia non cognouit mundus per ſapientiam Deum, placuit Deo per ſtultitiam prædicationis ſaluos facere credentes.

Rationem reddit Apoſtolus, quare Deus ſapientiam huius mundi infatuarit. Quoniam, inquit, mundus per ſapientiam ſuam, & ſibi naturaliter infuſam, non cognouit Deum in (ſiue ex) ſua ſapiẽtia, ideo placuit & viſum eſt Deo, per ſtultam prædicationem ſaluos facere credentes. Acſi diceret: Sapientes huius mundi, iuxta ſapientiam ſibi à Deo naturaliter infuſam, poterant cognoſcere Deum in ſua ſapiẽtia, hoc eſt, in operibus mirificis, quæ teſtantur ipſius ſapiẽtiam, ſic'q; habebãt quaſi manuductiones ad cognitionem veri Dei. Cum vero ſua ſapientia abuſi ſunt, neq; certis rationibus ad cognitionem Dei peruenerũt, ideo viſum eſt Deo, vt ſaluos faceret credẽtes rem, quæ etiam prędicata tantũ, ſtulta videtur. Hic enim non certis demonſtrationibus agitur, ſed tantum fide opus eſt: vt cum dico, Dei filius homo factus eſt: Virgo cœlitus, citra omnem viri operam, concepit & peperit. Hoc factũ eſt, hoc crede. Poſſum dicere, Hoc ita eſſe: ſed quomodo factũ ſit, certis rationibus demonſtrare non poſſum. Scriptura hoc eſſe teſtať, huic credam neceſſe eſt, vtcunq; abſurdum humanæ ſapientiæ videať. Prior autem cognitio aliter ſe habet, cum certis nitatur demõſtrationibus. Ex creaturis enim, quemadmodum diximus, Deus ipſe, qualis ſit, cognoſci poterat.

rat. Sed hanc rem Apostolus copiosius tractat in 1.ca.ad Romanos, inquiẽs: Quod id, quod de Deo cognosci potest, manifestum sit illis. Quo manifestante? Deus enim eis manifestauit, inquit Apostolus. Quomodo manifestauit? Quę sunt inuisibilia eius, ex creatione mundi, dum per opera intelligũtur, peruidẽtur, ipsaq́; æterna eius potẽtia ac diuinitas &c. Vides quoniam gentes potuerint cognoscere Deum, quatenus cognosci potest, videlicet ꝙ sit Deus, ꝙ sit bonus, ꝙ sit iustus, sapiens, potẽs &c. & sic potest cognosci, ex mirabilibus operibus eius, in tota rerum natura. Cum enim videmus istas certas vices motuum, temporum, rerum nascentium mirabiles vires, humanę mentis perspicaciam, & intelligẽdi pręstantiã, item respublicas, Imperiorum conseruationes in tãtis tumultibus rerũ humanarum, pœnas sceleratorum, terrores conscientię: hæc omnia, sunt testimonia ꝙ sit Deus, ꝙ sit bonus, ꝙ sit potens, & cætera q̃ iam enumerauimus. Sed sufficiãt hæc. CAP. I.

Quoniã & Iudæi signa petũt, & Græci sapientiã quærunt. Nos autem prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, gẽtibus autem stultitiam, ipsis autem vocatis Iudæis atque Grecis, Christum Dei virtutem & Dei sapientiam: quia q̊d stultum est Dei, sapientius est hominibus: & quod infirmum est Dei, fortius est hominibus.

Magna est differẽtia inter Iudæos & Græcos. Iudæi signa petunt, Græci autem sapientiam. Græci eñ nolunt ea audire, quæ mundi ratione possibilia non sunt: qm̃ contra naturam aliquid posse fieri, non credunt. Iudæi autem signa querunt, non physicas vel argumẽtosas rationes, sed miracula, & non diffidunt posse fieri contra naturam, sed an factum sit quærunt. Credunt Deum omnipotentẽ, ideoq́; nihil dubitãt qũ oĩa possit, siue iuxta, siue præter naturam. Multa enim huiusmodi antea viderant, vt virgam Aaron germinasse & fructum attulisse, Mosen de petra aquã eduxisse, Mare rubrum

in duas partes diuisum esse, Ionam post tres dies de vẽtre piscis viuum exijsse, & huiusmodi multa. Signis igitur assueti, signa petebant. Sed videamus quàm assueti fuerint signis Iudæi. Mittendus Moses à Deo, ad annũciandã populi Israelis liberationem, inter cætera sic Deo respõdit: Non credẽt mihi (intellige Israelitæ) neq; audient vocẽ meã, sed dicẽt: Non apparuit tibi dñs. Dixit ergo ad eũ: Quid est q̃d tenes in manu tua? Respõdit, Virga. Dixitq; dñs: Proijce eam in terram. Proiecit, & versa est in colubrũ, ita vt fugeret Moses. Dixitq; dñs: Extende manũ tuam, & appræhende caudã eius. Extendit, & tenuit, versaq; est in virgam. Vt credant, inqt, q̃ apparuerit tibi dñs Deus patrũ tuorũ, Deus Abrahã, & De⁹ Isaac, & Deus Iacob. Dixitq; dñs rursum: Mitte manũ tuã in sinum tuum. Quam cũ misisset in sinũ, protulit leprosam instar niuis. Retrahe, ait, manũ tuã in sinum tuum. Retraxit, & protulit iterum, & erat similis carni reliquæ. Si nõ crediderint, inquit tibi, neq; audierint sermonẽ signi prioris, sume aquã fluminis, & effunde eam super aridã: & quicqd hauseris de fluuio, vertetur in sanguinem &c. Vides Iudęos signa petere, & nihil nisi signis præmissis credere. Hinc & in Euangelio legimus: Quod signũ ostẽdis nobis? Et rursum: Si filius Dei est, descẽdat nũc de Cruce, vt videam⁹, & credamus ei. Alibi accedunt quærẽtes sibi dari signũ de cœlo &c. Sed hæc luce clariora. Quomodo Græci sapientiam quærãt, infideliũ & gentilium libri testãtur. Nos ad verba Pauli respiciemus. Iudæi, inquit, signa petũt, & Græci sapientiam quærũt, vt ad fidem scilicet veniãt. hoc scimus, illorũ ingenium nos nõ latet. Nos aũt prædicamus Christũ crucifixum, Iudæis quidem scãdalum, qui signa petunt: Græcis aũt, qui sapientiã quærũt, stultitiam. Quomodo Christus crucifixus Iudæis est scandalum? Iudæi eñ turbantur & indignãtur & irascũtur, dum audiũt Dei filium prædicari eũ, quem ipsi crucifixerunt. Offendunt etiam, dicẽtes, iuxta Theophylactũ, quonam pacto, qui cum publicanis & meretricibus & prędonibus versatus est, ac demum crucifixus, poterit esse Deus? Gentibus aũt stultitia est, cum nos tam magnifica, nobis de Christo promittim⁹, & tamen

Exo. 4.

Iohan. 2.
Marc. 15.
Math 12

men interim non negamus, ipsum eundemq́ꝫ Christum, flagellatum, coronatum spinis, irrisum, crucifixum, mortuũ & sepultum. Nulla siquidem humana ratione comprehendere possunt, quomodo Deus se pro hominibus in mortem dare possit: quomodo qui in cruce mortuus, de clauso sepulchro surgere possit &c. Iudęi, inquit Apostolus, ergo signa q̃runt: in quo nimirum pateat Christi potentia. nos autem semper inculcamus crucem, omnis infirmitatis testem, in qua se verę hominem esse declarauit. Græci sapientiam quærunt, sed nos nihil aliud dicimus, nisi Christũ vere crucifixum, q̄d Græcis summa videtur stultitia. Sed nunquid omnibus Iudæis Christus est scandalo, & oĩbus Græcis stultitię? Minime, ait Apostolus, sed tm̃ increduli sic de Christo crucifixo iudicãt. Ipsis enim vocatis, tam Iudæis, quàm Græcis, prædicamus Christum Dei virtutem, & Dei sapiẽtiam. In eo enim maxime apparet & se exerit Dei virtus, ꝙ Christ⁹ in maxima infirmitate sua, satanam potentissimum aduersarium deuicit, hoc est, morte in crucis ligno, non vita in patris dextera. Sic sapientiæ est, ꝙ superbiam & astutiam satanæ, tanta humilitate deuicit, & quasi occultato hamo in carne, delusit. Si igiť Iudæus q̃rit signa, ostendentia Dei virtutẽ, Ecce Christus Dei virtus est: Si Gentilis quærit sapientiam, Christus Dei sapiẽtia est. Christus enim Dei virtus est, per quam diabolum vicit. Christus Dei sapiẽtia est, per quam sibi genus humanum, q̄d astutia satanę perierat, recõciliauit Deus. Sed qua ratione, o Paule, tam sinistre iudicat mũdus? Quid virtutis vel sapiẽtiæ est, Christum crucifigi, & in cruce mori? Mori, infirmitatis est: non exerere suam potestatem, stultitiæ esse videtur. Obserua quomodo & huic obiectioni respondeat Apostolus: Quod stultum est Dei, sapiẽtius est hoĩbus: & q̄d infirmum est Dei, fortius est hoĩbus. Noli, inquit Apľus, hoc negocium humana ratione discutere, noli iuxta humanas res diuina iudicare. Longe differũt diuina ab humanis. Hoc quod homines stultum iudicant, sapiẽtius est, quàm quicq̃ hominum. Et quod homines infirmum iudicant, fortius est om̃ibus hominibus. Nonne Iudæi infirmitatis esse iudicãt, Chr̃m in cruce mori?

Sed Chrs hac morte diabolum vicit,& chirographū decreti (quod contra nos habuit diabolus) cruci affigens, deleuit. Vbi iam est humana virtus quæ hoc potuisset? Stultitia item videtur gētilibus, ꝙ Christus, si talis est qualem prędicamus, non ostenderit suam potentiam; sed hac stultitia humanum genus Deo patri recōciliatum est, quod certe nulla humana ratione vel sapientia fieri potuit &c. Eant ergo iam Iudęi vel gentiles, & contemnant Christum, & humano more de diuinis iudicium ferant.

Vide Aug de uerbis Aposto li Ser. 27.

Videte em̄ vocationē vestrā fratres, qa non multi sapientes secundū carnē, non multi potentes, non multi nobiles: sed q̄ stulta sunt mūdi, elegit Deus, vt cōfundat sapiētes: & infirma mūdi elegit Deus, vt confundat fortia: & ignobilia & contemptibilia elegit Deus, & ea quæ non sunt, vt ea quæ sunt, destruat, vt non glorietur om̄is caro in cōspectu eius.

Sensus est: Deum humana vel sapientia vel scientia nihil opus habuisse, ad propagandum suum euāgelium, cuius rei euidens testimonium est, ꝙ non multos potētes, non multos nobiles habuit verbi sui ministros, sed eos quos mundus stultos, infirmos, ignobiles, & nihili homines iudicat. Dicit ergo Apostolus: Videte, contemplamini vocationem vestram, hoc est, respicite ad eos, per quos vocati & edocti estis, quales sint, qua carnali sapientia, vel potentia, vel nobilitate præditi fuerint. Tales certe fuere, vt nemo aliqd possit adscribere illorum vel sapientiæ, vel nobilitati, vel potentiæ. Obseruāda sunt singula, etiamsi apertiss. sit locus. Primo, ipsos Corinthios testes facit eius, quod Deum infatuasse sapientes huius mundi dixerit. Videte vos ipsi vocationē vestram fratres. Vestro iudicio rem hāc submitto. Vos iudicate, an vera sint quæ hactenus diximus. Obseruandum deinde, ꝙ non dicit, Deus non elegit sapientes, potentes, nobiles &c. sed ait, non multos. Habet em̄ Chrs in ecclesia sua piscatores & telones,

Nam si ex eruditione aliqua disputās, obtinerē uos sapientes & eruditos, uideretur utiqꝫ doctrina hoc mihi lōgi tēporis, & non diuinę uirtutis gratiā cōtulisse &c Verba sunt D. Petri ad Caipham apud Clemē. lib. 1. Recog.

sed

ſed habet etiam Paulos, Apollos, Dionyſios, doctos nimirũ viros, & in lege dñi eruditiſſimos. Elegit ergo ſimplices & idiotas, ſed non cõtempſit doctos, nobiles & potentes. Obſeruãdum rurſum, q Apoſtolus non negat miniſtros Chriſti fuiſſe ſapientes, nobiles, vel potentes, cum certe tales fuerint, ſed dicit eos nõ fuiſſe tales, iuxta carnem: hoc eſt, iuxta huius mundi iudiciũ, fuerũt ſtulti, infirmi & ignobiles. Quare aũt Deus tam contẽptos apud mundũ hoĩes elegit? Addit Apoſtolus: Quæ ſtulta ſunt mundi, elegit Deus, vt cõfundat ſapiẽtes: & infirma mũdi elegit Deus, vt cõfundat fortia &c. Addit & aliam rationẽ huius electionis: Vt nõ glorieť vlla caro, hoc eſt, vllus homo, in cõſpectu eius. Si doctus electus fuiſſet, fortaſſis ideo diceret ſe electum, qa doctrina eius meruit eligi. Si eligeret Chrũs primitus oratorẽ, diceret orator: Eloquentiæ meæ merito elect⁹ ſum. Si eligeret ſenatorẽ, diceret ſenator: Dignitatis meæ merito electus ſum. Primitus ergo elegit ſimplices piſcatores, apud mũdũ (q̃ntũ ad eruditionẽ attinet) contẽptos hoĩes, vt oſtẽderet Chrs, ſe non opus habere vlla humana ſapia vel prudẽtia, ad ꝓpagandũ ſuũ euangeliũ. Deinde elegit etiã doctos & prudẽtes viros, immo reges & principes, vt teſtareť ſe nõ cõtẽnere dona ſua in hoĩb⁹. Sic ergo nemo merito gloriari poteſt, q̃ſi De⁹ ſua ope op⁹ habuerit. Fruſtra ergo hic gloriabunť miſeri Anabaptiſtę, q ſemetipſos obtrudũt orbi magiſtros, tñ qa idiotæ ſint, & magis ſomnijs ſuis, q̃ ſcripturis nitantur. Sed hac de re in Mattheo noſtro diximus plura. Poſtremo ne qs dicat, qd hoc eſt, Deus ea quæ non ſunt elegit? q̊modo poteſt eligere q̃d non eſt? obſeruandum hoc paucis: Qui nullius videntur eſſe momenti, ea quæ non ſunt, dicit: ſicut nos nihili hominem, dicimus hominem nullius precij. Et quæ contemptiſſima ſunt, non eſſe dicuntur. Quæ ſunt vero, pro illis hic ponit, qui alicuius authoritatis eſſe apparent, ſed hęc ex quotidiano vulgi ſermone apparent. Subiungit Apoſtolus: In cap.4.

Ex ipſo autem vos eſtis in Chriſto Ieſu, q factus eſt nobis ſapientia, & iuſtitia, & ſanctificatio, & redem-

Hiere 9 **demptio:vt(quemadmodum ſcriptum eſt)qui glo riatur,in domino glorietur.**

Acſi diceret: Quemadmodum Deus non elegit, niſi quæ ſunt contemptiſſ.apud hunc mũdum,ita pari ratione,& vos Corinthij vocati eſtis per Chriſtum Ieſum, qui factus eſt nobis à Deo ſapientia & iuſtitia &c.id eſt,Deus pater dedit nobis totũ ipſum Chr̃m,q̃ facit nos vere ſapiẽtes, vere iuſtos & ſanctos, & vere redẽptos, ſic vt iam nemo ſuã iuſtitiã vel ſapientiã iactare poſſit,ſed ſolã Dei miſericordiã. Præter enim Chr̃m,neq; ſapientes,neq; iuſti,neq; ſancti,neq; redempti ſumus:ſed q̃ntum in nobis ſitũ eſt,ſumus ſtulti,impij,polluti,& captiui ſatanę.Hæc porro oĩa in melius mutauit De⁹ p̄ Chriſtum,vt qui gloriat̃,in dño glorieẽ, iuxta q̊d in Hieremia le-
Hiere. 9. gimus:Hæc dicit dñs: Non glorietur ſapiẽs in ſapientia ſua, & non glorietur fortis in fortitudine ſua,& nõ glorietur diues in diuitijs ſuis:ſed in hoc glorietur, qui gloriatur,ſcire & noſſe me,quia ego ſum dñs, qui facio miſericordiã & iudicium & iuſtitiam in terra.Hæc enim placent mihi,dicit dñs.

Caput II.

ET ego cum veniſſem ad vos fratres,veni non in ſublimitate ſermonis aut ſapientiæ, annuncians vobis teſtimonium Chriſti. Non enim iudicaui me ſcire aliquid inter vos, niſi Ieſum Chriſtũ,& hũc crucifixũ.

Nihil obſcuritatis præſens locus habet.pſeuerat eñ Paulus in ſuo propoſito, probans & multis demonſtrationibus cõuincens,euangelij profectum,non humanæ ſapientiæ,ſed vni Deo acceptum ferendum.In genere dixerat,Videte vocationem veſtram,videte Chriſtianam religionem,quomodo ſcilicet ſuccreuerit & adoleuerit:videte naſcentis eccleſię crepundia, quomodo non multos ſapientes ſecundum carnem,

nē,non multos nobiles elegit Deus &c. Deinde annectit Corinthios ipsos,pari ratiōe formatos, iam & semetipsum exemplū proponit, dicēs: Et ego cum venissem ad vos fratres, veni non in sublimitate sermonis aut sapientiæ, annuncians vobis testimonium Christi. Acsi diceret: Et in me videre potestis,quomodo elegerit Deus, quæ stulta sunt huius mundi. Etenim cum primum venirem ad vos,arcanā & reconditam euangelij sapientiam vobis traditurus,non veni,admirandæ cuiuspiam eloquētiæ viribus instructus, aut eximia quadam philosophiæ cognitione suspiciendus, quod hominum genus sciebam apud vos plurimi fieri. Sed adeo horum,q̄ mundus præclara iudicat,nihil professus sum, vt non aliud existimauerim inter vos scire me, quàm Iesum Christum, & hunc crucifixum. Quod in illo est humilimum,inde sum euangelij prædicationem auspicatus. De diuinitatis illius mysterio,de æterna eademq́ ineffabili generatione, nihil proposui: sed contentus fui docere Iesum esse Christum,hoc est, Messiam in lege promissum,eundemq́ crucifixum, hoc est,morte sua nos redemisse. Obseruandum, Apostolum hic verba facere de primo suo ad Corinthios aduentu, quomodo scilicet prima fidei fundamenta posuerit, quave ratione sese primū Corinthijs insinuarit. Quinto enim decimo huius,alia audiem⁹ quæ tradiderit Apostolus Corinthijs, immo & in alijs locis: maxime autem, vbi tractat de cœna dominica. Hæc aūt non principio,sed iactis fundamentis tandē proposuit. Nos iam Apostolum audiemus. D. Origenes 4 lib. Peri-arch. cap. 1.

Et ego in infirmitate, & timore, & tremore multo fui apud vos: & sermo meus, & prædicatio mea non in persuasibilibus humanæ sapiētiæ verbis, sed in ostensione spiritus, & virtute: vt fides vestra non sit in sapientia hominum, sed in virtute Dei. virtutis

Iterum dicit se diuina dūtaxat ope suffultum, & nullo humano præsidio fretum, prædicasse euangelium ipsis Corinthijs. Non solum principium meum apud vos erat in simpli

ci sermone, sed quàm diu apud vos conuersatus sum, nullam mihi vel potētiam, vel nobilitatem, vel sapientiã humanam vēdicaui. Sed in infirmitate, & timore, & tremore multo fui apud vos, periculis nimirum varijs expositus, vndiq; insidias timēs. Porro q̄lis erat vitæ habitus, talis erat & oratio. Quē-admodum illa nullis hoīm p̄sidijs, sed soli' Dei protectu, munita erat aduersus improborum violentiam, ita sermo meus nequaq̄ instructus erat rhetoꝝ ornamentis, aut philosophorum argumentis, qui declararet quantũ ipse polleret vel eloquentia vel eruditione, sed tamē efficax fuit ad transfigurandos vos, non ostētatione doctrinę, sed spiritu ac virtute Dei, qui afflatu miraculisq́; nostro, licet incondito, sermoni vim addebat, vt fides vestra non sit in sapientia hominum, sed in virtute Dei: hoc est, vt nemo dicere possit, se humano astu ad fidem Christianam persuasum, sed virtute Dei. Plus enim fidei meretur, vnicum mortuum ad viuos reuocasse, q̄ omnium rhetorum & philosophorum vel ornamēta vel argumēta. Obseruãdum hoc loci quid Paulus dicat. Multi enim nostro seculo sunt, qui non attendunt quid dicatur, sed qua verborum pompa dicatur. Ad alia iam properamus.

Sapientiam autem loquimur inter perfectos. Sapientiam vero, non huius seculi, neq; principũ huius seculi, qui destruuntur: sed loquimur Dei sapientiam in mysterio, quæ abscondita est, quam prædestinauit Deus ante secula in gloriã nostram, quã nemo principum huius seculi cognouit. Si em̃ cognouissent, nunq̄ dominum gloriæ crucifixissent.

Multifariam certe hic locus à doctis exponitur, nihil tamen impij admixtũ video in oībus quotquot legi. Quidam existimant Paulo idem esse, sapientiam loquimur inter perfectos: &, sapiētiam loquimur absolutam vel perfectam. Per principes huius seculi, quidam intelligũt Caipham, Pilatum, Herodem, scribas & pharisæos &c. alij autem intelligunt dæmones. Deinde q; Apostolus dicit, se loqui sapientiam in my

ſterio, quidam ſic intelligunt: Paulum non omnibus, nec palàm, ſed occulte iuxta capacitatem auditorum prædicaſſe ſapientiam Dei. Sed nos ſimpliciter ſic Pauli mentem explicabimus, vt nihil aliud velit dicere, q̃ & ſe habere quidem ſapientiam, ſed ipſam tantum prædicare inter perfectos, qui hãc ſcilicet ſapientiam intelligunt, nec pro ſtultitia reputant. Sed qualis eſt hæc ſapientia? Non eſt ſapientia huius ſeculi, neq; principum huius ſeculi qui deſtruuntur: hoc eſt, Non eſt ſapientia mundana, incerta ſcilicet & caduca, quemadmodum & hoïes ſunt, qui nunq̃ in eodem ſtatu pmanent. Sed eſt ſapientia abſcondita, quam p̃deſtinauit Deus ante ſecula in gloriam noſtram, qñ ſcilicet propoſuit, genus humanum morte vnigeniti ſui redimere. Sed hanc ſapientiã nemo principum huius ſeculi cognouit. Sed vbi o Paule tu eam ſapientiam p̃dicas? Inter pfectos, inquit, qui ſcilicet aliquouſq; in fide adoleuerunt: & hanc p̃dicat, non palàm, ſed in abſcondito, ne videatur margaritas porcis proijcere, vel ſanctũ dare canibus. Breuiter, Apoſtolus vult his oſtẽdere, ꝙ prædicatio de Chriſto crucifixo, nemini ſtultitia videatur, niſi impijs, & qui mũdanæ ſapientiæ plus ęquo dediti ſunt: Pijs aũt videri, ſicut eſt, ſumma ſapientia, quæ & Deo digna, & nobis proficua ſit. Hanc porro ſapientiam à principib⁹ huius ſeculi non cognitam eſſe: Si enim cognouiſſent, ait Apoſtolus, nunquam dominum gloriæ crucifixiſſent: hoc eſt, ſi cognouiſſent omne Dei propoſitum, & qua ratiõe voluerit redemptionem operari, Chriſtum non internecioni deſtinaſſent. Sic Petrus in Actis dicit: Et nunc fratres ſcio, quia per ignorantiam feciſtis, ſicut & principes veſtri &c. Quęſtio hic fortaſſis non immerito moueri poſſet, Num Iudæorum principes vere non cognouerint Chriſtũ? &, Num ſic ignorantes, excuſatiõem habeãt aliquã de peccato? Non oïs ignorãs, immunis à pœna eſt: ille aũt ignorãs, poteſt excuſari à pœna, q, à q̃ diſceret, non inuenit. Aug. in q̃ſt. vet. & noui teſt. q̃ſt. 67. Quod vero Iudæi cognouerint Chr̄m, ex multis euãgelij locis apparet. Ioã. 15. ſic legim⁹: Si non veniſſem, & locut⁹ fuiſſem eis, peccatum non haberent: nunc autem excuſationem non habent de peccato. Si opera non feciſſem in eis, quę nemo alius fecit,

Acto. 3.

Ioan. 15.

peccatum non haberent: nũc aũt & viderunt, & oderunt, & me, & patrẽ meũ. Et Nicodemus: Scim⁹, inqebat, qa à Deo venisti magister: nemo eñ potest hæc signa facere quæ tu facis, nisi fuerit Deus cũ eo. Et cæcus natus: Si hic homo peccator esset, non posset facere quicq̃. A seculo non est auditũ, vt quis aperiat oculos cæci nati. Hæc oĩa testant Christum à Iudæis cognitum. Quid igitur dicimus ad Apostolorũ Pauli & Petri verba, quæ testantur, vt apparet, diuersum? Respondemus, principio partim quidẽ venisse eos in cognitionẽ Christi, & partim non venisse. Et quibus cognitus est Christus, hi non persecuti sunt eũ in mortem vsq;. Alia responsio hęc est: Hi qui Christũ adegerunt in crucẽ, nõ omnino ignorauerũt Christũ. ex certis eñ prophetarũ testimonijs hoc euincere potuerunt: sed non cognouerunt plenum eius rei mysteriũ, q̄ mortem deberet pati, & quid morte sua esset procuraturus. Sed nunqd peccatũ excusare potest hæc ignorantia? Ad hoc sic respondeo: Esto sane, Principes Iudęorũ non certe cognouerint Christũ, nunqd igitur debebãt occidere eũ, quem nullius peccati arguere poterant? Non fuit seditiosus, sed iussit dare Cæsari, q̊d Cæsaris. Non se fecit regem proclamari, sed quæsitus à turbis, fugit. Non fuit blasphemus, etiam se nominans filium Dei, quandoquidem scriptura eos vocat deos, ad quos sermo Dei factus est &c. Breuiter, siue nouerint, siue nõ nouerint Christũ, hoc negari non potest, quin scientes innocẽtem occiderint. Et si cognouissent, q̄ Christus morte deuicta, rursus ad suos fuisset venturus, nequaq̃ ipsum crucifixissent. Sed nos ad cætera procedamus.

Iohan. 3.
Iohan. 9.
Vide Orig. Homil. 13. in Ezech.

Sed sicut scriptum est, Quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis adscenderunt, quæ præparauit Deus ĳs qui diligunt eum.

Dixerat Apostolus sapientiã absconditã fuisse, neq; principes huius seculi hanc cognouisse: & rationẽ reddidit. Si eñ cognouissent, nunq̃ dñm gloriæ crucifixissent. Iam vt sua dicta maius pondus habeant, adlegat dictũ Esaiæ prophetæ, q dicit

dicit ea quæ Deus diligentibus se præparauit, talia esse, qualia nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis adscenderunt, hoc est, tanta sunt, vt nulla hominũ ratione cõpræhẽdi possint. Obseruandũ aũt, ꝙ Apostolus hic dicit hæc incognita esse hominibus, intelligendũ esse, vt hominibus. Homo em̃, inquãtum homo est, & ex semetipso, ad hanc cognitionem peruenire nõ potest, sed Deo reuelante, nihil non apertum est. Eo pertinet, quod in Euãgelio legimus: Vnigenitus, qui est in sinu patris, ipse enarrauit *nobis. Et Christus gratias agit patri, ꝙ hæc sapientibus abscõderit, reuelarit autem paruulis. Et rursum: Nemo nouit filium nisi pater, & nemo nouit patrẽ nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. Nec inepte huc facit, q̃d Christus ad cõfessionẽ Petri dicebat: Caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus q in cœlis est. Quod Christ⁹ dixit, Caro & sanguis nõ reuelauit: hoc Apostolus ex propheta dicit, Ocul⁹, auris, & cor hominis &c. Sed non opus est, hic multa verba fundere, cũ Apostolus continenter demonstret, homines hanc rem quidem posse cõpræhendere, sed non ex semetipsis. Ait siquidem:

CAP. II.

Vide Chrysostomũ Hom. 27 in Gene.

Iohan. 1.

Matth. 11.

Matth. 16.

Nobis autem reuelauit Deus per spiritũ suum. spiritus enim om̃ia scrutatur, etiam profunda Dei. Quis enim hominũ scit quę hominis sunt, nisi spiritus hominis qui in ipso est? Ita & quæ Dei sunt, nemo cognouit nisi spiritus Dei.

Et apertissimũ est q̃d dicit. Poterat em̃ quis Apostolo obijcere: Si tam abstrusa & occulta sunt, quæ Deus diligentibus se præparauit, vt à nullo hoĩe cõpræhendi possint: quid igitur tu incerta profiteris? aut si tibi de sapientia Dei aliqua certitudo est, quis tibi aperuit? Ad hoc respõdet Apostolus: Nobis aũt reuelauit Deus per spiritum suũ. Deus ille, cuius est sapientia, qui & ipsam præordinauit ante secula in gloriam nostram, nobis reuelauit per spiritũ suum. Sed qs hæc aperuit spiritui Dei? Respondet Apostolus: Spiritus enim oĩa scruta

tur, etiã ꝓfunda Dei. Nō est spũi impossibile, hæc vel scire, vel aliis manifestare, cum etiã ꝓfundissima quæq; Dei sciat. Adiungit & aliud, quo declaret nullum hominem hæc potuisse manifestare. Quis, inquit, hominum scit quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso est? Acsi diceret: Faciem hominum cuiuis promptum est cernere. Cæterum quid lateat in intimis animi recessibus, nemo mortalium perspicit: Id solus nouit ipse spũs, & animus hominis sibi conscius. Ita & q̃ Dei sunt, ait Apostolus, nemo cognouit nisi spũs Dei. Si igitur solus spiritus Dei hæc nouit, & solus vt aliis notum fiat, facere potest, manifestum est ꝙ & Deus per spm̃ suum hæc nobis demonstrarit & retexerit sic, vt intelligamus, quod humana sapientia compræhendi non potest, neq; principes huius seculi cognouerunt. Ex his iam clarum fit, quod paulo ante diximus: Hominem, in quantum homo est, non posse diuina mysteria intelligere, sed Deo reuelãte: & ad hoc facit regeneratio illa spiritus, de qua Christus cum Nicodemo disseruerat. Sicut enim corpus citra spiritum naturaliter mortuũ est, & neq; audit, neq; videt, neq; intelligit: ita & integer homo, nisi habuerit spiritum illum sanctum, hoc est, nisi regeneratus fuerit, nisi reuixerit (in Adam enim omnes moriuntur) non potest quicq̃ diuini percipere. Obseruãdum hic, si solus spũssanctus nos, iuxta Christi etiam testimonium, in om̃em ducere potest veritatem, oportet dignũ ipsi præparemus habitaculum. Sed hac de re, non ita multo post. Obseruandum itẽ, Si solus spũs qui in homine est, nouit quæ sunt hominis, recte arguuntur, q temere de alienis verbis vel factis iudicãt.

Nos autem non spiritũ huius mundi accepimus, sed spiritum qui ex Deo est, vt sciamus quæ à Deo donata sunt nobis, quæ & loquimur, non in doctis humanæ sapientiæ verbis, sed in doctrina spiritus, spiritualibus spiritualia comparantes.

Augu-

Augustinus ait, spiritum Dei, spiritum esse charitatis: spiritum autem mundi, spiritum esse elationis. Ambrosius porro dicit: Spiritus mundi huius, est per quem arripiuntur phanatici. Longe autem rectius mihi dicere videtur Theophylactus, qui spiritum huius mundi interpretatur humanā sapiētiam: nam de hac Apostolus hactenus verba facit. Quod igitur iam dixit, Nobis autem reuelauit Deus per spiritum suum: hoc iam aliјs verbis enūciat, dicens: Nos autem non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum qui ex Deo est: hoc est, quod nos scimus, non humanæ sapientiæ acceptum ferimus, sed spiritui Dei: is enim non tantum nobis sua dona concessit, sed sic nos instruxit, vt possimus & hæc dona, vt nobis cœlitus data, agnoscere, & aliјs communicare. Accepimus ergo spiritum, non quem mundus dare potest, sed spiritum qui ex Deo est, vt sciamus quæ à Deo donata sunt nobis. Et hæc quæ donata sunt nobis, quæ nobis suggessit spiritus ille Dei, loquimur, non in doctis humanæ sapientiæ verbis, hoc est, non verbis arte compositis, sed in doctrina spiritus, nimirum eius qui ex Deo est. Et loquimur hæc, spiritualibus spiritualia comparantes, hoc est, singula suo modo, spiritualia spiritualibus, simpliciora simplicibus. Doctrina est Dei, & non hominis. Ideo spiritus qui ex Deo est, nos huius admonuit, & non spiritus huius mundi. Quemadmodū igitur doctrina humana non est, ita non conuenit hanc humana arte compositis verbis profiteri, nec tamen quibuslibet, sed ијs duntaxat, qui hausto Christi spiritu, iam habiles sunt doctrinæ spirituali, quippe spirituales & ipsi. Auditor enim spiritualis, spirituali doctrinæ cōgruit. Ergo quod hic Apostolus dicit, spiritualia spūalibus comparantes, idem est cum eo quod suprà dixerat, Loquimur aūt sapientiam inter perfectos. Obseruandum quod hic Apostolus dicit, Spiritum qui ex Deo est accepimus, vt sciamus quæ à Deo donata sunt nobis, quæ & loquimur &c. Multi quippe habent multa Dei dona, sed nesciendo Dei dona esse, impia vanitate iactantur, nec largitori existūt grati. Hinc alibi Apl'us dicit: Quid

De Natali mart. Massilianorum.

1. Cor. 4.

enim habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid glo riaris quasi non acceperis? Deinde quod Apostolus de prædicatione subiungit, admonet gratiam Dei non in vacuũ recipiendam esse. Sed quia hic locus communis, frequens se nobis obtulit, hic suffecerit paucis delibasse. Quæ Apostolus p̃cedentibus annectit, sic habent:

Animalis autem homo non percipit ea quę sunt spiritus Dei. Stultitia enim est illi, & non potest intelligere, quia spiritualiter examinantur.

Aīalis homo. Animalis homo est, qui solis suis cogitatibus & solo suo sensu nititur, nec quidpiam vult per fidem & credulitatem admittere: sed arbitratur omnia stulta, quæ probari ratione non possunt: ducitq́; naturali cursu omnia fieri, nec constare quicq̃ pręter naturam posse. Talis ergo homo, qui scilicet nihil credit fieri, nisi quod scit quomodo fiat, nõ percipit ea quę sunt spiritus Dei. Stultitia enim est ei, & non potest intelligere, quia spiritualiter examinatur: hoc est, credi potest, tangi vel videri vel humana ratione compræhendi non potest. Naturalis autem homo, hoc est, qui solis naturæ viribus nititur, q non est regeneratus, non potest intelligere quæ operat spiritus Dei, quia nulla humana ratione compręhenduntur. Et quia non fieri posse existimat, nec quare facta sint intelligit, ideo irridet, & stultitiam reputat. Hinc supra dixit: Prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalũ, Gręcis vero stultitiam. Pertinet & ad hunc locum (vbi Apostolus dicit, & nõ potest intelligere, quia spiritualiter examinatur) q̊d apud Esaiam dñs dicit: Nisi credideritis, non intelligetis.

Vide Hilariũ de Trinit. li 8. & Chrys. Homil. 55. in euãgel. Matth.

Esa. 7.

Spiritualis autem iudicat omnia, & ipse à nemine iudicatur, sicut scriptum est: Quis enim cognouit sensum domini? aut quis instruxit eum? Nos autem sensum Christi habemus.

Esa 40. Rom 11 Sap. 9.

Diuus Hieronymus, spũalem dicit eum, qui vniuersa scripturam

CAP. II.

pturarum sacramenta cognoscēs, sublimiter ea intelligat:& Christum in diuinis libris videns, nihil in eis Iudaicæ traditionis admittat. lib. 2. ad Gal. cap. 4. Nos aūt dicimus: Quod homini animali (siue naturali) denegatū est, hoc homini spirituali & regenerato est cōcessum. Animalis enim homo, sicut diximus, non percipit ea quæ sunt sp̄s Dei, nec potest intelligere hoc quod sp̄ualiter examinatur: quia ratione humana comprehendi existimat, quod sola fide comprehenditur. Spiritualis autem homo & regeneratus, non tantum intelligit omnia quę sunt spiritus, sed etiam iudicat & discernit, ita vt sibi non videātur stulta, sed potius sapientissima. Eo pertinet, quod Apostolus, postquam dixerat Christum esse Græcis stultitiam, Iudæis porro scandalum, statim subiunxit, ijsdem aūt vocatis Iudæis & Græcis, Dei virtutē & Dei sapientiam. Sed exemplis declarabimus hanc rem, Animalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus Dei &c. Vis habere eius rei exemplum? accipe Nicodemum illum, qui noctu venerat ad Iesum, & vide quomodo ad spiritussancti opera desipiat. Audiens Christum in hæc verba dicere, Amen amē dico tibi, nisi quis renatus fuerit denuo, non potest videre regnum Dei: statim ergo respōdet Nicodemus: Quomodo potest homo nasci, cum sit senex? Nunquid potest in ventrem matris suæ iterato introire, & renasci? Audis hic profecto hominis animalis vocem, qui nihil credit fieri posse, nisi quod scit, quomodo fiat. Adducam & alios animales homines. Apud Ioānem legimus dominum dicere, Ego sum panis viuus qui de cœlo descēdi. Si quis māducauerit ex hoc pane, viuet in æternum. Et panis quem ego dabo, caro mea est, quam dabo p̄ mundi vita. Accipe iam animales homines. Litigabant ergo Iudæi, ait Ioannes, ad inuicē, dicentes: Quomodo potest hic nobis dare carnem suam ad manducandum? Hoc verbum, Quomodo, vere animalem hominē arguit, qui solo suo sensu nititur, & ea quæ sunt spiritus, carnaliter examinare vult, cum sp̄ualiter examinare oporteat. Ad hūc locum pertinet quod Christus paulo post (in euāgelio Ioānis) animales huiuscemodi homines, ad spiritū remittit, dicēs: Verba quę ego

Ioan. 3.

Ioan 6.

Chrys. Hom. 23. in Ioan.

locut' sum vobis, spũs sunt & vita, quib' illos ad spũalem in-
Ioan. 3. telligẽtiam remittere voluit. Sic & Nicodemũ arguit, dicẽs:
Quod natum est ex carne, caro est: quod vero natum est ex
spiritu, spiritus est. Quibus nimirum verbis conuincere volu
it, quod hic Apostol' dicit: Animalis homo non percipit ea
quæ sunt spũs Dei, spũalis aũt dijudicat oĩa. Quid ꝙ qdã hũc
Chri sermonem, Nisi qui renatus fuerit, non potest introire
in regnum Dei, sic intelligunt, acsi dixisset dñs, neminem ven
turum ad intelligentiam diuinorum, nisi ex carnali siue (vt
Paulus dicit) ex animali, fiat spiritualis? Summa est: Animalis
homo ratione humana, spiritualis vero fide nititur. Sed quid
prohibet addere alia? Vis videre Petrum animalem? Audit
dominum suam ipsius prædicere passionem, & ducit eum se-
Matt. 16 orsum, dicens increpando: Absit hoc à te. Propicius tibi sis,
Marc. 8. ne hoc fiat. Respondens autem Iesus, ait: Vade retro me sata
na. Non enim sapis quæ Dei sunt, sed quæ hominum. Accipe
iam spiritualem Petrum: Multis incredulis, propter domini
sermonem de cibo cœlesti, abeuntibus retro, dixit dominus
Ioan. 6. discipulis: Nunquid & vos vultis abire? Respõdit ergo ei Si-
mon Petrus: Domine, ad quem ibimus? verba vitę ęternæ ha
bes: & nos credimus & cognouimus, quia tu es Christus fili'
Dei. His exemplis, opinor, satis demonstratum est, quid diffe
rat spiritualis homo ab animali homine. Sed nõ omino pla-
Ipse uero à ne mine iudica- tur, quõ intelli gendum. num est, quod Apostolus non tantum dicit, spiritualis homo
omia dijudicat: sed addit, Ipse vero à nemine iudicatur. Sed
tentabimus & hunc nodum secare, si non scite, pie tamen.
Quod hic Apostolus habet, videtur mihi cõmode interpre-
tari ex suprà memorato dñi ad Nicodemum sermone, pos-
Ioan. 3. se. Inibi verba domini sic habẽt: Spiritus vbi vult spirat, & vo
cem eius audis, sed nescis vnde veniat aut quo vadat. Sic est
omis qui natus est ex spiritu. Non video hic multum interes-
se, inter Domini & Apostoli sermonẽ. Dominus habet, Spi-
ritus vbi vult spirat. Apostolus dicit, Spiritualis iudicat oĩa.
Dominus habet, sed nescis vnde veniat, aut quo vadat: Apo
stolus autem, Ipse vero à nemine iudicatur, inquit. Sensum
igi-

igitur hunc elicio: Spiritualis fide sua eo penetrat, vt omnia quæ sunt spiritus Dei, diiudicare possit: nec iudicio suo fallatur, vt bonum dicat malum, vel stultum quod sapiẽtissimum est. Hoc spiritualem facere, ipsi animales intelligunt, nec diffiteri possunt quin spiritualis peculiare iudicium habeat: sed quid spirituale ad hoc moueat, iudicare non possunt. Exempli gratia: Animalis homo, siue ille sit Iudæus, siue Græcus, audit Christum crucifixum, ac pro scandalo vel stultitia reputat, nec quicquã periculi Christi nomine subire aggreditur: Spiritualis autem gloriatur in cruce domini, & gaudet se dignum, vt patiatur contumelias pro nomine Iesu. Hoc cum vident animales, non possunt iudicare qua ratiõe hoc ipsum spiritualis faciat, nec tamen negare possunt quin faciat. Inde veniunt illæ voces: Nos insensati, vitam illorum æstimabamus insaniam, & finem illorum sine honore. Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illorum est. Hic mihi (citra præiudicium tamen aliorum) simplicissimus Paulinæ sententię videtur intellectus. Quis enim cognouit sensum domini? aut quis instruxit eum? Hoc ex Esaia desumptum est, quo Apostolus sua probat, quibus dixit, solum spiritualem iudicare ea, quæ animalem latent. Quis eñi cognouit sensum domini? aut qs instruxit eum? acsi diceret: Nemo hæc nouit, nisi spiritus Dei qui spirituales facit. Sic suprà dixerat, Quis enim hominum nouit quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso est? ita & quę Dei sunt, nemo cognouit nisi spiritus Dei. Et in Sapiẽtiæ libro legimus: Quis enim hominum poterit scire consilium domini Dei? Aut qs poterit cogitare, quid velit Deus? Quod vero ait Apostolus, Nos autem mentem Christi habemus: ex eo intelligitur, q̃d suprà dixit, Nobis aũt reuelauit Deus per spiritũ suum. Spiritus eñi oĩa scrutatur, etiam profunda Dei. Obseruãdum hoc loci, ne temerarij simus scrutatores diuinorum mysteriorum, ne item conemur nostra ratione cõpræhendere, q̃d sola fide tñ appræhenditur. Sed ad caput tertium vela dirigenda sunt.

CAP. II.

Sap. 5.

Sap. 9.

Ca-

Caput III.

Vide Chrysostomũ Hom. 29. in euãg. Iohannis.

ET ego fratres non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus. Tanquam paruulis in Christo, Lac vobis potum dedi, nõ escã: Nondũ eñ poteratis, sed nec nũc quidẽ potestis: adhuc enim carnales estis.

Peritat adhuc in proposito suo Apostolus, quo probet se nihil præter rationem fecisse. Quoniã igitur dixerat, Animalem hominem non posse percipere neq; intelligere q̃ sunt spiritus Dei, spiritualem aũt om̃ia posse iudicare: se porro ex spũalibus illis esse, quibus reuelarit dñs omnia per spiritũ suũ, se item tenere mẽtem Christi: quoniã, inquã, Apostolus hæc dixerat, & aliquis obijcere posset: Si vsq; adeo diuinus & spiritualis Apostolus es, cur non eius rei specimen aliquod exhibuisti? Huic ergo obiectioni respondere vult Paulus sic, vt arguat, si Corinthijs aliq̃d sit occultatum, hoc non factum esse ob ignorantiam Pauli, sed ob infirmitatem Corinthiorum. Sumit aũt Apostolus allegoriã à nutricib⁹, & educãdi ratione. Et ego fratres, inquit, non potui vobis loqui quasi spũalibus, sed quasi carnalibus, tanq̃ paruulis in Christo. Acsi diceret: Nobis quidem reuelauit Deus per spiritũ suum ea, q̃ preparauit diligentibus ipsum: nec tã ineptus sum, quin, q̊d accepi, possem effari: sed vos in causa estis q̧ non fecerim. Rudiores enim adhuc eratis, q̃ vt de diuinis mysterijs recte sentire possetis. Proinde cum primum vos adirem, non potui vobis summa tradere, tanq̃ plene spũalibus, sed deieci sermonẽ meum ad vestram imbecillitatem: & non aliter me habui erga vos, q̃ nutrix erga infantem, quem alit primo nõ solido cibo, sed lactis potu. Haberet quidẽ nutrix solidum cibũ, q̃ sustentaret infantem: sed infans illius rudioris cibi nõ est capax. Sic & ego quasi lactis potu vos alui, non solido cibo. Nondũ eñ poteratis, nondum solidi cibi capaces eratis: nec adhuc estis, adhuc enim carnales estis. Acsi vellet dicere: Qm̃ nec in hunc

Vide Chrys. ho. 20. in operẽ imperfecto in Matth.

diem

CAP. III.

diem intelligitis Christianæ fidei mysteria, qui potuissetis in principio intelligere? Et suprà dixerat Apostolus, Animalis homo non percipit ea quæ sunt spūs. Cum igitur Corinthij non solum sunt animales, sed & prorsus carnales, quomodo possent intelligere ea quæ sunt spūs? Sed quodnam lac illud est, quo aluit Apostolus Corinthios? Ex superioribus patet cum dicit: Non em̄ me iudicaui aliquid scire inter vos, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum. Solidus aūt cibus est, quē antea sapientiā nominauit, inter perfectos proferendā. Obseruanda hic Apostolici præconis prudentia, in dispensando verbum Dei: quū iuxta captum auditorꝝ, sic attemperare nouit suum sermonē, quemadmodū pulchro nutricis exemplo commonstrauit. Et Christi præceptū est: Ne detis, q̊d sanctū est, canibus, & ne proijciatis margaritas ante porcos. Porro quandoquidem multi abutuntur hoc Apostoli dicto, obseruandum maxime, q̊d ipse Apostolus suos lacte & solido cibo aluerit, non veneno necauerit. Apostolus nō minus veritatem vocat lac, q̄ solidum cibum. Occultanda quidē suo tēpore est veritas, sed non mendaciū veritatis loco ponēdum. Abutunt̄ igit̄ hac Paulina sentētia de lacte & solido cibo, mēdaces ꝓphetæ, q̄ singulis annis nouas occinūt cātilenas, sibimetipsis cōtradicētes, et semetipsos cōdēnātes. Exēpla patēt.

1. Cor. 2

Apostoli prudentia.

Matth 7.

Obser.

Vide August. cōtra Aduers. Legis & prophe. lib. 2. ca. 2. & in Psal. x.

Cum enim sit inter vos zelus & contentio, nonne carnales estis, & secundum hominē ambulatis? Cum enim quis dicat, ego sum Pauli, alius aūt, ego Apollo, nonne homines estis?

Probat Apostolus exemplis, Corinthios adhuc imperfectos & carnales esse, ideoq; solidioris cibi, hoc est, altioris doctrinę, minime esse capaces. Et verbis & factis declaratis, inquit Paulus, quales sitis. Cū em̄ zelus & cōtētio & lis sit inter vos, alterq; alterꝝ præ se contēnat, nonne carnales estis, & secundū hoīem ambulatis? Ex fructibus arbor cognoscit. Habet spūs suos fructus, habet & caro suos. Enumerant̄ autem vtrinq; fructus ad Galat. 5. Manifesta aūt, inquit, sunt opera

 car-

carnis,quæ sunt fornicatio,&c.inimicitiæ,æmulationes,iræ, rixæ,dissensiones,sectę &c. Fructus autem spūs est,charitas, gaudium,pax,patientia &c. Ex ijs ergo fructibus cognoscit qualis vnusquisq; sit. Cum igitur iam quis vestrū dicat, Ego sum Pauli,alius aūt, Ego sum Apollo, nonne homines estis? Hæ certe voces,sectas, contentiones,& cōtemptum indicāt, quæ apud perfectos & spirituales homines non reperiuntur. Obserua autem hic,q̄ Apostol⁹ carnales homines,vocat homines qui malos carnis affectus sequuntur, quales supra dixit homines animales & imperfectos. Sequitur:

Quid igit̃ est Apollos? Quid vero Paulus? Ministri eius cui credidistis, & vnicuiq; sicut dedit dominus. Ego plantaui, Apollos rigauit, Deus autem incrementū dedit. Itaq; neq; qui plātat, est aliquid, neque qui rigat:sed qui incrementū dat,Deus. Qui aūt plantat, & qui rigat, vnum sunt.

Nihil difficultatis hoc loci est. Contentio Corinthiorum inde processit, q̄ & præcones mutuo sese contemnerent,& inter vulgus etiam alterum alter cōtemneret. Vult ergo Apostolus his verbis ostendere, q̄ nihili, immo impium hoc certamen sit, de authoribus dogmatum contendere, cum nihil habeant præcones de quibus glorientur,omnisq; gloria Christo debeatur. Quid igit̃ est Apollos,inquit, vt hic dicat, Ego sum Apollo? Quid vero Paulus,quem alij iactitant? Ministri eius sunt cui credidistis: Nec hoc essent, nisi à Deo accepissent. Serui sumus,inquit,non domini. Quod dn̄s iubet,facimus:quod præscribit nobis, loquimur: quod nobis dat, impartimur:sicq; quidquid dicimus vel facimus boni, Deo adscribendum venit. Exempli gratia:Ego plantaui, Apollos rigauit, Deus autem incrementum dedit. Hoc est, pari modo nos sum⁹ erga vos,atq; agricola erga arborem. Frustra laborat qui arbusculam plantat, quiq; eādem rigat,ne nimio aduratur calore & pereat ariditate, nisi accedat occulta quædam

ma-

CAP. III.

naturæ vis, id est, Dei vis. Proinde prouentus & quod pro voto adolescit arbuscula, nō plantationi aut cultui debetur, sed magis vi cœlesti vegetanti illam. Forinsecus quidem potest operari, & adhibere aquam agricola, diligēterq́; quod plantauit, colere. Sed nunquid poma format? Nunquid nuditatem lignorum, vestit vmbra foliorum? Nūquid tale aliquid intrinsecus operatur? Operamur forinsecus, sed his operib[9] nihil proficimus, nisi incrementum det Deus. Sic ergo dicit Apostolus: Ego plantaui, iactis euangelicæ doctrinæ fundamētis: Apollos rigauit, pijsq́; monitis fouit, quod à nobis cœptum est. Deus autem sic incrementum dedit, vt nos nostri laboris pœnitere non possit. Itaq; neq; qui plātat, est aliqd, neq; qui rigat: sed qui incrementum dat, Deus. Frustra enim laborat, qui semen dominici verbi in agrū disseminat cordium, nisi corda tangat altissimi virtus, atq; ea ad excipiēdum semen & ad fructificandum reddat idonea. Nos ergo qui forinsecus loqmur ad aures vestras, ita sumus q̄si operarij, adhibētes culturā forinsecus ad arborē: sed incrementū dare non possumus, nec fructus formare. Ille aūt q nos creauit & redemit & vocauit per fidem, & per spiritū suum habitat in nobis nisi loquatur nobis intus, sine causa nos perstrepimus. Vnde hoc apparet? Quia cum multi audiant, non omnibus persuadetur quod dicitur: sed illis solis, quib[9] intus loquitur Deus. Hinc ille in Psalmis ait: Audiam quid in me loquatur dominus Deus. Et Apostolus suprà, non dicit se ab homine sapientiam Dei didicisse: sed hæc ipsius verba sunt, Nobis autem hæc reuelauit Deus per spiritum suum. Et apud prophetam dominus: Quomodo descendit imber & nix de cœlo, & illic vltrà nō reuertitur, sed inebriat terram & infundit eā, & germinare eā facit, & dat semē serēti, & panē comedēti, sic erit verbū meum quod egrediet̃ de ore meo: non reuertetur ad me vacuum, sed faciet quæcunque volui, & prosperabitur in ijs ad quæ misi illud. Hæc de verbo Dei, quod Deus in cordibus nostris loquitur, dicuntur, non de verbo hominis. Sed nunquid ideo frustra est externa verbi p̄dicatio? de hoc statim audiemus. Nos tantum hæc adduximus,

Psal. 84.
1. Cor. 2.
Esa. 55.

ad confirmandam sententiã Pauli, dicentis: Itaq; qui plãtat, nihil est: & qui rigat, nihil est: sed qui incrementum dat, Deus. huic subiungit: Qui autem plantat, & qui rigat, vnũ sunt: hoc est, eandem laudem merẽtur, cum neq; plantatio neq; rigatio, vt ita loquar, citra Dei opem aliquid valeat.

Vnusquisq; autem propriam mercedem accipiet secundum suum laborem.

Vult dicere Apostolus: Neq; qui plantat, est aliquid, neq; qui rigat: sed qui incremẽtum dat, Deus. Verũ hoc est. Neq; tamẽ frustra operamur, vel plantamus, vel rigamus, vtcunq; parui momẽti sint opera nostra. Vnusquisq; enim propriam mercedem accipiet secũdum suum laborem. Possum sic iam inferre: Ergo quantumuis Dei solius sit incrementum dare, non tamen frustra verbum Dei externũ prædicatur. Si enim externa verbi prędicatio nihil est, quare Apostol[9] dicit, eum qui adscendit super omnes cœlos vt adimpleret omnia, dedisse quosdam quidem Apostolos, quosdam autem prophetas, alios vero euangelistas, alios autem doctores & pastores ad consummationem sanctorum, in opus ministerij, in ædificationẽ corporis Christi? Vtitur ergo Christus externa verbi prædicatione, non qa non aliter possit, sed quia sic ipsi placet. Potest enim citra omnem humanam operam hominem docere: homo autem citra Dei operã nihil potest, sicut Chrs dicit: Sine me nihil potestis facere. Exempli gratia: Agricola plantat & rigat, sed hæc oĩa frustra, nisi Deus incrementum det. Deus aũt multa crescere facit, quæ nec ab homine plantantur, neq; rigantur. Cæteq; hæc Pauli sententia, Vnusquisque autem propriam mercedem accipiet secundum suum laborem: repugnat dogmati illorum, qui in totum abominantur meriti vocabulum, & solam hanc dñi sententiam obijciunt: Si feceritis omnia quæcunq; præcepta sunt vobis, dicite: serui inutiles sumus. Vtrũq; verum est. Homo non debet plurimum gloriari de meritis suis, nihilominus tamẽ Deus vnicuiq; reddet secundum quod fecit. Et, vt Augustini vtar verbis, Deus omnia bona operatur in nobis, & virtutes suas coronat

Ephe. 4.

Ioan. 15.

Saducæorum hæc est sententia apud Cle. li. Recogniti.

CAP.III.

ronat in nobis. Immo vt iuxta euangelicam parabolam loquar, ipse dominus peregre profecturus, seruis suis suam ꝓpriam substãtiam impartitur. Post multum vero tẽporis positurus cum eis rationem, reuertitur: bene autem operantes ꝓ apportato lucro remunerat, seruum vero à bono opere torpentem, damnat. Ergo quod dedit, exigit: & eius quod nobis commisit, rationem à nobis q̃rit. Sed hac de re satis supq́;. Matt. 25.

Dei em̃ sumus adiutores. Dei agricultura estis, Dei ædificatio estis.

Et hæc docent, verbi ministerium non esse contemnendum: sicut enim Corinthij sunt Dei agricultura & Dei ædificatio, ita & Apostoli sunt Dei adiutores, quod certe non pœnitendi honoris vocabulum est. Deus enim ipse, potest quidem citra omnem humanam operam oĩa perficere, sed ministerio hominum plerunq; vtitur. Inquit ergo Apostolus: Dei sumus adiutores. Nam ei quod ipse per internam gratiam infundit, nos exhortationis voce cõcurrimus: hoc quod ille per spiritũ agit intrinsecus, nos exterius ministerio vocis adiuuamus: & tunc solum nostra exhortatio ad perfectionem dicitur, si in corde fuerit Deus qui adiuuetur. Dei sumus adiutores, non vt ipse nostra opera indigeat, sed vt nos ipsius opera indigeamus. Quod enim sumus operarij siue ministri Dei, hoc sum⁹ ab illo impartitis viribus. Exẽpli gratia: Agricola homo vineam colit hactenus, vt aret & putet, adhibeat cætera quæ pertinent ad agricolarum diligentiam: sed pluere vineæ suæ nõ potest. Quod si forte irrigare potest, de cui⁹ id ope potest? Ipse quidẽ ducit irriguũ, sed Deus implet fontem. Sic etiam in vinea sua incrementum dare sarmẽtis non potest, formare fructus non potest, modificare semina non potest, tempora gignẽdi temperare non potest: Deus autem hæc oĩa potest. Sic ergo Dei adiutores sumus, vt quãtum ad hominis salutem attinet, nos minimũ operemur. Dei igitur agricultura estis, non Pauli: ædificatio Dei estis, non Cephæ, non Apollo. Ab eo vocatur & nominatur ædificata domus, q̃ expensas dedit, quiq́; operarios conduxit: non nominatur à

fabris murarijs, lignarijs, ferrarijs, vel vitrarijs. Puto iam satis constare, quid sibi velit Apostolus. Cætera audiemus.

Secundum gratiam Dei quæ data est mihi, vt sapiens architectus fundamentum posui, alius autem superædificat: vnusquisque autem videat, quomodo superædificet.

Perstat in allegoria, quam sumpserat ab architectura, dicens: Dei ædificatio estis. & addit, Ego non aliter habui me erga vos, atq; sapiens architectus, qui scitissime fundamẽtum ponit, vt commodi⁹ superstrui possit. Ego eñ primus apud vos prædicaui, ego primus vos in sana Christi doctrina institui, non quidem meis doctrina vel sapientia, sed secundum gratiam Dei quæ data est mihi. Sic suprà dixerat: Ministri Christi sunt, sed sicut vnicuiq; Deus donauit. Paulus plantauit, Apollos rigauit, & Paulus vt sapiens architectus fundamenta posuit: sed nihil propria industria, oñia autem secundum acceptam à Deo gratiam. Ego, inquit, fundamentũ verum & solidum posui. Vnusquisq; autem videat quomodo superædificet. Hæc vel ad doctores post Paulũ superuenientes, pertinere possunt, vel etiam ad auditores. Paulus eñ ꝑdicationem suam recte & opportune instituerat apud Corinthios. cum autem ipse abijsset, vt & alijs prouincijs prædicaret, superuenerunt pseudoapostoli, & post Pauli sanam doctrinam sua somnia proponebant. Corinthij itaq; super bono fundamẽto male ædificauerũt, hoc est, pie & sancte à Paulo instituti, pessime vixerunt.

Fundamentum enim aliud nemo ponere potest, præter id quod positũ est, quod est Christus Iesus.

Hoc est, nemo aliam saniorem prædicationẽ adferre potest, neq; fidelius & rectius vos instituere potest, q̃ ego vos instituerim, cum nihil aliud vobis commendarim, q̃ Christum Iesum. Præter & contra illum, non potest vllum esse solidum

CAP. III.

lidum fundamentum. Quod si aliqui aliud docent, contra & præter Christum Iesum, non est fundamentũ, sed fumus potius, cui inniti nemo possit. Solus Christ⁹ vere fundamẽtum est, in quo spiritualis structura superædificanda venit. Hinc Petrus in Actis dicit: Non est aliud nomẽ sub cœlo datũ hominib⁹, in quo oporteat nos saluos fieri: præter Christi Iesu, intellige. Et Christus ipse: Hæc est aũt vita æterna, vt cognoscãt te solum Deum verum, & quẽ misisti Iesum Christum. Obseruandum hic, quod Apostolus oblique perstringit pseudoapostolos, cum dicit, aliud fundamentum non posse poni, præter id quod positum est. Solent enim hæretici idem iactare fundamentum, etiamsi contraria & impia superædificent. Quanuis enim contra Christũ sint, & Christi doctrinã adulterent, nihilominus tamẽ non docent nisi sub Christi nomine. Aliter enim, quemadmodũ & Ambrosius admonuit, cõmenta erroris commendare non possunt, nisi interposito saluatoris nomine prædicent, vt res contrarias & absurdas, nominis dignitas faciat acceptabiles. Eo pertinet etiam, ꝙ oĩa cõmenta sua sacris & canonicis scripturis palliare conantur.

Act. 4.

Ioã 17.

Obser.

Si quis autem superædificat supra fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides preciosos, lignum, fœnum, stipulam: vniuscuiusque opus manifestum erit. Dies enim domini declarabit, quia in igne reuelabitur: & vniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit. Si cuius opus manserit quod superædificauit, mercedem accipiet: Si cuius opus arserit, detrimentum patiet̃: ipse aũt saluus erit, sic tñ quasi per ignẽ.

Locus hic multos doctos ac pios viros diu torsit, qui, vt vere interpretarentur, sese in omnia quasi verterunt. Verum sicut ipsos imitari non possum, ita nec ipsorum interpretationem calumniari volo. Sed nos quod simplicissimũ est, proponemus. Et primo quidem neminem opinor tam perfri-

In prælectione interpretatus sum hæc de bonis, & de non omnino malis. Nã de geno

ctæ

impiis, nihil disputat Paulus. Et hęc interpretatio ꝑ purgatorio facit &c.

ctæ frontis, aut tam hebetis ingenij esse, qui non fateri cogatur, Apostolũ hic metaphorice oĩa proposuisse. Sensum igitur hunc ex Apostoli dictis elicio, vt sit sensus: Ego Paulus fundamẽta ieci, & prima rudimenta, immo ipsam summã fidei docui, meoq; ministerio à gẽtilitate ad Christianã fidem vos ꝑduxi. Nũc quandoquidẽ ego non possum ꝑpetuo vobiscum agere, alij me subsequũtur doctores. hi supædificant, & cœptum à me opus ꝑficere conãtur, impari tamẽ ratiõe, vnusquisq; secundũ gratiã quæ sibi data est. Porro vniuscuiusq; opus manifestũ erit. Ali⁹ supædificat auꝝ, argentũ vel lapides preciosos, hoc est, pijs doctrinis pios facit auditores, & sapientiam loquitur inter ꝑfectos. Alius vero supædificat fœnum, vel stipulã, vel lignum: hoc est, parum proficit apud auditores. Sed ignis probabit, quale sit vniuscuiusq; opus. Ignis hoc loci, ꝑsequutiones & tribulationes designat. Igitur cuius iam opus manserit q̊d supædificauit, hoc est, cuius auditores in fide ꝑstiterint, & in tempore tribulationis nõ recesserint, mercedẽ ipse doctor recipiet. Sed quid de illo fiet, q leues habuerit auditores? Si cuius opus arserit, inqt, opus ipsum detrimentum patietur: ipse aũt saluus erit, sic tñ quasi ꝑ ignẽ. Acsi diceret: Si auditores nihil profecerint, peribũt: ipse aũt apostolus vel doctor sua mercede non priuabitur, sic tamẽ quasi per ignem: hoc est, modo supædificarit supra Christũ, modo in ꝑsecutione perseuerarit, nec post auditores suos abierit. Eo pertinere videtur, q̊d apud Ezechielẽ legimus: Si dicente me ad impiũ, morte morieris, non annũciaueris ei, neq; locutus fueris, vt auertatur à via sua impia, & viuat: ipse quidem in impietate sua morietur, sanguinẽ aũt eius de manu tua requiram. Si aũt tu annunciaueris impio, & ille nõ fuerit conuersus ab impietate sua, & à via sua impia: ipse quidem in impietate sua morietur, tu aũt animam tuã liberasti. Ex his igitur apertum est, opus detrimentũ passuꝝ, non architectũ, ꝙ suo muneri non defuerit. Cæteꝝ nõ arbitror extra rem esse, si & hoc admonuero, ꝙ veteꝝ doctoꝝ maior pars, hũc Pauli locum, de Purgatorio interpretata fuerit, sicut in ipsoꝝ commentarijs est videre: quæ res certe testimonio verissimo est,

De superædificatione pari mõ exponit Hiero. in Ezechi. cap 3. Et Orig ho. 5. in Leuiticum.

Ezec. 3. & 33

Obser.

pur

CAP. III.

purgatorium à Christi fidelibus iam vltra mille annos &credítum,& cõmendatũ. Inanem igiť ludunt operã, immo impie faciunt, qui Purgatorij etiã nomen abominanť, cum ipsi interim tam perdite viuãt, acsi ipsis persuasum esset serio, hominem posse post præsentẽ vitam à peccatis purgari. Si frustra fit, q̊d à morte fit, cur non hic in præsenti, pietati studẽt? Sed non est necessarium hoc negociũ pluribus agere, cum & ipsi aduersarij iam mansuescant, & circũspectius hac de re loquantur. Ad Paulũ igitur nostrum reuertamur.

Si qs pro mortuis solicitus apud Deum gratiã eis implorat &c. Zuing. ar. 60.

Nescitis quia templum Dei estis, & spiritus Dei habitat in vobis? Si quis autem templum Dei violauerit, disperdet illum Deus. Templum enim Dei sanctum est, quod estis vos.

Vide Hilariũ in Psal. 126. pag. 645.

Comminatur Apostolus his verbis pseudoapostolis, qui inani loquacitate sua animos Corinthiorũ corruperant. Habet aũt apostrophe repentina magnam emphasim, cũ, quasi tædio affectus aut ira motus, ex abrupto obiurgat, dicẽs: Nescitis q̃a templũ Dei estis, & spũs Dei habitat in vobis? Quid opus est multis dicere de ædificatione spũali, vel fundamẽto quod posui? An non meministis, q̃d effecti sitis ministerio p̃dicationis meæ? Nonne eiectus est satan ex cordibus vestris, & iam templũ Dei estis, & spũs Dei habitat in vobis? Si quis iam templũ Dei violauerit, nõ impune faciet. Si enim afficiť supplicio, qui templum ab homine dicatũ prophanat: an nõ perditurus est Deus illum, qui suum templũ cõspurcarit? Tẽplum enim Dei sanctũ est, q̃d templũ vos estis. Si quis igiť impia doctrina, vestra corda prophanauerit, & ex templo Dei templũ idoli fecerit: hunc disperdet Deus, & sese de illo pessimo seductore vindicabit. Cæterum quomodo homo templum Dei fiat, cap. 6. docebimus: & quomodo violetur, nõ tacebimus. Materiale quidẽ templũ, seipsum violare nõ potest: sed ab alieno prophanari necessum est, si prophanetur. Spirituale aũt templũ, hoc est, homo, seipsum violare, prophanare & inquinare potest: & ab alieno etiã violatur, sicut ex iam

habitis Apoſtoli verbis clarum eſt, cum dicit: Si quis autem templum Dei violauerit, diſperdet illū Deus &c. Porro hæc etiam noſtri temporis impoſtoribus dicta ſint, quos ſuo tēpore merito ſupplicio afficiet iuſtus dominus, ſicut de malo & frugi ſeruo Chriſtus apud Matthæū admonuit. Et diuus Petrus, de pſeudoprophetis verba faciens, ait, quia ꝑditio eorum non dormitat.

Matth. 24. 2. Petr 2.

Nemo ſe ſeducat. Si qs videtur inter vos ſapiens eſſe in hoc ſeculo, ſtultus fiat, vt ſit ſapiens. Sapiētia em̄ huius mundi, ſtultitia eſt apud Deum.

Satis iam aperuit Apoſtolus morbum Corinthiorum: neceſſum igit eſt, vt oſtendat qua ratione curari poſſint. Ait itaq; Nemo ſe ſeducat. Ego qđ verum eſt ſcribo, ego veſtrū profectū quæro, quicquid alijs tandem de me videatur. Ego functioni meæ non deſum, ego fidelis ſum monitor. Veſtrum igitur erit, bene monētem audire. Nemo ergo ſe ſeducat, nemo vana ſpe ſeipſum decipiat. Sed quid nobis faciendū bone Paule? Si quis videtur inter vos ſapiens eſſe in hoc ſeculo, ſtultus fiat, vt ſit ſapiens. Superbia morbū generauit: huic ergo mederi nō poteſt, niſi ꝑ humilitatē. In rebus & negocijs mundanis, ſuū locū habet humana aſtutia: in rebus autē fidei, valeat quicquid eſt humanæ ſapientiæ, prudētię vel aſtutiæ. Animalis enim homo nō percipit ea quæ ſunt ſpūs, ſed ſtultitia ſunt ei &c. Sapientia huius mundi, ſtultitia eſt apud Deum. Deus deteſtatur humanam illam ſapientiam, quæ Dei negocium æquilibrio quodam metiri voluerit. Non patitur Deus curioſum ſcrutatorem, ſed amat ſimplicem diſcipulum, qui facile credit, & magiſtro ſuo aſſenſum præbet, qui nihil hæret, nihil dubitat, nec quicq̄ proprijs cogitationibus fidit.

Iob. 5. Pſal 93.

Scriptum eſt enim: Compræhendam ſapientes in aſtutia eorum. Et iterum: Dominus nouit cogitationes ſapientium, quoniam vanæ ſunt.

Nemo

Nemo existimet me vel falsa consulere, vel infantiæ meæ me prætextum quærere. quod dixi, firmum est, & sacræ scripturæ testimonijs munitū. Quomodo cōsulerem vobis vt nihil reciperetis, nisi quod humana astutia compræhendi possit, cum scriptum sit, ꝙ dominus compræhendit sapientes in astutia eorum, hoc est, ex sapientibus stultos facit? Et ipse dominus nouit cogitationes sapiētum, quoniam vanæ sunt. Quid igitur suis cogitationibus assequentur?

Nemo itaque glorietur in hominibus. Omnia enim vestra sunt, siue Paulus, siue Apollos, siue Cephas, siue mundus, siue vita, siue mors, siue præsentia, siue futura. Omnia enim vestra sunt, vos autem Christi, Christus autem Dei.

Illatio siue conclusio est omnium quæ hactenus proposuerat. Vt sit sensus: Vos plurimum gloriamini de vestris prædicatoribus & baptistis, acsi ipsi essent vestræ salutis authores, cum tantum sint ministri, nihilꝗ; de Deo sciant, nisi ꝙ Dei beneficio didicerunt. Non enim sapientia humana ad rerum diuinarum cognitionem peruenitur: sed quicquid boni cogitamus vel facimus, hoc ipsum per Dei gratiam facimus. Cum igitur vestri euangelistæ & baptistæ tantum ministri sint, & nihil queant vobis prodesse nisi à Deo acceperint, nemo glorietur in hominibus. Omnia vestra sunt, siue Paulus, siue Apollos &c. Quicquid Paulus vel Apollos valēt, hoc vestri causa valent. Si quid à Deo acceperunt, id vt vobis impartirent acceperunt. Breuiter, nihil in hoc mūdo est, quod non in commodum vestrum factum sit. Omnia vestra sunt. Vos autem Christi, cuius beneficio omīa hæc vobis donata sunt, in quo & solo gloriari oportet. Christus autem Dei est. Porro ꝙ hic Apostolus enumerat, mūdum, vitam, mortem &c. voluit particulariter sic ostendere, quod in genere dixerat, Omnia vestra sunt. Ad hanc rem pertinet quod in Psalmis est: Omnia subiecisti sub pedibus eius, hominis scilicet. Sed sufficiant hæc, nos ad caput 4. properabimus. Psal. 8.

Caput IIII.

Sic nos existimet homo, vt ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei. Hic iam quæritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur.

Conclusurus Apostolus hoc de functione Apostolica negocium, paucis complectit, quid in vniuersum de Apostolis & ecclesiastis sentiendũ sit, quid item Apostolos & ecclesiastas deceat. Sic, inqt, nos existimet homo, vt ministros Christi, & dispensatores mysterioꝝ Dei. Nemo, inquit, nos cõtemnat, & nemo de nobis, supra id q̊d sumus, sentiat. Nos æstimate, non vt authores aut dominos, sed vt æstimari par est, q̃ ceu ministri Chr̃i negocium agunt, quiq́; rem ab alio creditam dispẽsant, mysteria non hoĩm, sed Dei. Christi ministri sumus, non Mosis aut alicuius hoĩs. Nec parum nobis cõcessum est & commissum, cum sumus dispensatores mysterioꝝ Dei. Habẽt & terreni principes suos legatos & ministros, sed omnia secreta sua illis vix aperiũt. Nos aũt ministri Chr̃i sumus, & dispensatores mysterioꝝ Dei, hoc ergo de nobis sentite, q̊d ille qui nobis hanc legationem delegauit. Sed hic iam quærit inter dispensatores, vt quis fidelis inueniat. Multi q̃dem sumus huius noĩs, multi & ab alijs, & à semetipsis ministri Chr̃i reputant: sed nomẽ magis nocebit q̃ ꝓfuerit, si functioni defueris. Trifariam autẽ peccat legatus: si vel non pagit ea, quę accepit in mandatis: vel obiter aliq̃d agit, q̊d commissum non erat: vel alioq̃ in moribus ostendit, quod legãti pariat ignominiã, qui tali oratori negocium suũ cõmiserit. Habes eius rei exemplũ in seruo malo, qui in corde suo dicebat: Moram facit dominus venire &c. Et de frugi seruo do-
Matth. 24. minus: Quis putas est fidelis seruus & prudens, quem constituit dominus super familiam suam?

Mihi aũt pro minimo est, vt à vobis iudicer, aut ab humano die. Sed neque meipsum iudico: Nihil enim

Basilius. Humanum aũt diem vocat quodcunq; iudicium humanũ.

enim mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. Qui autem iudicat me, dominus est.

Morbus hic sane inuaserat Corinthum, vt qui doctorū diuersas tenere partes viderent, iudicantiū loco, vt Theophylactus ait, considerēt: assererētq; hunc illumve potiores esse, & doctrina cæteros anteire, alios vero pnunciarent lōge inferiores. Et poterat fieri, vt & Paulus fidelibus dispensatoribus non cōnumeraret à qbusdā, ideoq; ait: Haud magni æstimarim, q à vestrū qbusdā deferor, immo ne vllā quidē hui⁹ generis delatiōnē curauerim. Possit iam Paulo obijci: Nunquid igitur tam syncerus es? Nunqd cæteros oēs præ te cōtemnis? Addit Aplus: Sed neq; meipsum iudico. Acsi diceret: Tantū abest vt hoīes de hoīs cōsciētia recte iudicare possint, vt nec de meipso ausim pnunciare, an laudem merear apud Deum nec ne. Nihil quidē mihi cōscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. Ipse quidē pro virib⁹ adnisus sum, vt officio delegato satis facerem, nec vllius fraudis sum mihi cōscius: at non ausim hinc mihi vindicare aliquid iustitiæ. Siquidem fieri potest, vt imprudēs, siue excedēs, siue deficiēs, fecerim aliquid secus q̄ oportuerit. Qui aūt iudicat me, dn̄s est. Huic soli nota est cōscientia mea, hic solus intuet cor, hui⁹ solius sicut est arctum, ita & veriss. est iudicium. Quomodo potest homo vere scire, quid in meo corde lateat, cū nec mihi de meipso satis cōstet? Scriptum est eñ: Delicta quis intelligit? Et, Psal 18.
Quis gloriabitur se habere mundum cor, aut dicere, purus Pro 20.
ego sum à peccato? Non inepte huc facit, quod alibi Apostolus dicit: Sicut probati sumus à Deo, vt crederet nobis euan- 1. Thes. 2.
gelium, ita loquimur, non quasi hominibus placentes, sed Deo, qui probat corda nostra.

Itaq; nolite ante tempus iudicare, quoadusque veniat dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit cōsilia cordium: & tunc laus erit vnicuique à Deo.

Proinde, inquit Apl's, quandoquidē sic incerta sunt hoīm

de hominib⁹ iudicia, vt nec ego de meipso infallibilem possim ferre scientiam, nolite ante tempus iudicare. Quando est iudicandi tempus? Cum non potest falli iudicium. Quando vero non falli potest iudicium? Cum adueniens dominus illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium: hoc est, quicquid vspiam oculorum est aperiet. Adueniente enim domino ad iudicium, nihil occultari poterit eorum quæ gesta sunt, vel etiam cogitata tantũ. ibi & simplicitas & hypocrisis apparebit, vt & qui despect⁹ habebat, forte appareat dignus: & qui aliquid esse putabatur, inueniatur reprobus. Tunc ergo tempus erit sine errore iudicandi, quod nunc non est. Nos enim iam secũdum faciem tantum iudicamus, nec sinuosos mentium recessus nouimus, ideoq́; non potest certum esse nostrum iudicium. Exempli gratia:
Chryso: Multa facimus bona, nõ tñ recta sententia. Et multos laudamus, non eorum laudis gratia, sed vt alios per illos mordeamus. Et quod facimus, bonum est. laudatur enim quod recte operatur. Mens autem corrupta fit à satana, vt laude nostra non congratulemur fratri, sed alium lædamus. Contra, peccauit quis grauiter? Alter vt eum decipiat, nihil commisisse ait, & consolatur peccantem, ad naturæ communitatem refugiens, neq; ꝙ illi ignoscere velit, sed vt pigriorem faciat. Rursum castigat interdum, non repræhendendi gratia, sed vt diffamet & vituperet proximi peccatum. Hęc autem consilia ab hominibus ignorantur. Qui vero corda hominum perscrutatur, ipse nouit, & omnia profert in medium. Sed dicet aliquis: Qui fieri potest, vt eum laude dignum ducam, quem omnino turpia sectari video? Respondeo: Non
Obser. delectatur Christus stultis illis morionib⁹, qui bonum à malo dignoscere non possunt: sed laudanda vituperant, vituperanda autem laudant. Ea, inquam, non debes condemnatione digna iudicare, quæ indifferenter à bonis & malis fieri: sed quæ sic dubia fiunt, in meliorem partem interpretanda sunt. Quod si manifeste vides culpabilem hominem, sic odi scelus, vt homini non noceas. Et si tu eius criminis expers es, succurrat, te eius esse capacem, & hactenus te Dei gratia
ab

ab illo præseruatum. Sed hac de re olim plura. Pauli senten- CAP.IIII.
tia aperta est, quum hoc solum velit docere, hominum iudicia esse & temeraria & incerta, Dei autem iudiciũ & æquum & certum: nec eum esse saluum vel condemnatum, qui iudicio hominum damnatur vel absoluitur: sed Deum vnicum illum esse scrutatorem cordiũ, vnde & pijs omnis laus prouenit. Fatetur item se parum curare hominum (hoc est, Corinthiorum) iudicium, modo Deo placeat, iuxta hoc quod alibi dicit: Non enim qui seipsum commendat, ille probatus est, sed quem Deus commendat. 2.Cor.10 Obseruandum tamen, ꝙ pius semper sic suam vitam instituet, vt si non omnibus, pijs tamen placeat, etiam si hominum iudicium non timeat. Sed audiamus Apostolum nostrum.

Hæc autem fratres transfiguraui in me & Apollo, propter vos, vt in nobis discatis, ne supra quàm scriptum est, vnus aduersus alterum pro alio infletur. Quis eñ te discernit? Quid autem habes quod nõ accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis?

Hactenus multis argumẽtis ostendit Apostolus, impium esse schisma, ꝙ alius alium ex dignitate eius, à quo baptizat⁹ fuerat, cõtemneret: & interim docuit, quid de Apostolis sentiẽdum sit, nimirum ꝙ sint ministri Christi, non domini vel authores fidei. Porro in hoc schismate parum gloriabantur in Paulo vel Apollo, sed in pseudoprophetis, qui & ipsi Paulum contemnebãt, sicut ex sequentibus cõiectare possumus. Pauci igit, aut fortassis nulli, se vocabãt Paulianos vel Apollonios. Paulus vero, vt citra offensam huic morbo mederetur, noluit nomen cuiusquam pseudoprophetarum perstringere, sed omnia sic ꝓposuit, acsi ipse huius schismatis author fuisset. hæc, inquã, ideo facit, vt æquiori aĩo audiatur: q̃d non obtinuisset, noĩa pseudapostoloꝝ taxans. Nemo eñ audiẽs nomẽ suũ taxari, aut eius cui fauet, cõtent⁹ est tacere. Tacito aũt noĩe si qs audierit, etiãsi de se intelligat dictũ, dissimulat.

Hoc igitur est quod Apl'us dicit: Hæc aūt fratres transfigurraui in me & Apollo, propter vos, vt in nobis discatis, ne supra q̄ scriptum est (scilicet hactenus à me) vnus aduersus alterū pro alio, scilicet ecclesiasta, infletur. Acsi diceret: Ad vitandū & p̄cauendum maius schisma, nolui pseudoapostolorum noīa pstringere: sed oīa transfiguraui in me & cooperarium meum Apollo, vt sic intelligeretis quid vellem. Si enim nos nihil aliud sumus, q̄ ministri Chr̄i, & dispensatores mysteriorum Dei: quid alij, obsecro, sunt? Si de nobis nolumus quenq̄ gloriari, quid de alijs sentiendū? Hæc igitur transfiguraui in me, & fictis noībus rem egi, ne quem iritarem, vtq; citra tumultum disceretis, q̄ indecore gloriant quidā pseudoapostolorum noībus, alios p̄ se despicientes, impieq; tribuentes hoibus, quod est Dei: nec ob aliud attollentes sui quisq; Apostoli dignitatem, nisi vt ipsi interim p̄stantiores habeant. Addit Apl's: Quis em̄ te discernit? hoc est, Quis te ab alio dijudicat? Quis est qui te vel bonum vel malum vere pnunciat? Anne Deus, an homo? Sed hoīm iudicia incerta sunt, Deus vero non fallitur. Dei igitur expēdendū iudiciū, hoīm vero temeraria iudicia non curanda. Addit rursum: Quid aūt habes q̊d non accepisti? Si aūt accepisti, quid gloriaris q̄si non acceperis? Hæc & ad baptistas, & ad baptizatos ptinēt, vt hic sit sensus: Esto sane, sint inter vos sapiētes & prudētes, sint eloquentes, sint exquisitissimi p̄dicatores: quid habent, amabo dic, q̊d non acceperūt? vnde illis hæc & huiusmodi dona puenīūt? Nunqd Dei dona sunt? vt quid ergo sic gloriant q̄si nihil acceperint, quasi oīa sint propria? Si credunt suum esse, q̊d Dei muneris est, quid illis cæcius? Sin intelligunt, & tn̄ inde gloriant, quid illis impudētius? sed apertissima sunt hæc. Obseruandum & hic, ne quis de donis Dei plurimū glorietur, acsi à se accepisset, nihil à Deo. Quicqd em̄ habem⁹, immo quicqd sumus, Dei est. Superbiā porro sapit impiam, si quis Dei dona non agnoscit: nec tam cōmode donis Dei vtitur, q̄ si vnde accepisset, recte ppenderet. In agnitione porro Dei munerum varie peccatur, vt dum bonūm quod quis habet, à seipso habere se putat. Secūdo, qn̄ etsi sibi datum desup credit, tn̄ pro

Vide Hilariū contra eiusmodi arrogantes in Psal. 123. pa. 635.

suis

suis meritis sibi datum existimat. Tertio, quando q̊d non habet, habere se iactat. Quarto, cũ despectis cæteris, singulariter cupit videri habere q̊d habet. Hæc omĩa impia sunt. Qui enim gloriatur, in domino glorietur, & pro acceptis muneribus gratias agat. Si enim quid lucri facimus, ex domini talẽtis fit. Sed de his plus satis.

CAP. IIII.

Iam saturati estis, iam diuites facti estis. Sine nobis regnatis. Et vtinam regnetis, vt & nos vobiscũ regnemus.

Non sunt hæc verba affirmãtis, sed quasi irascentis & cõmoti animi. Corinthij eñ non saturati erãt, nõ diuites erant spũalibus bonis, vt in quibus tam multa erãt repræhensione digna, sed omnino pauperes & inopes: existimabãtq̃ se aliquid esse, cũ nihil essent. Alloquit̃ ergo Apl̃us ipsos, dicens: Merito scilicet gloriamini in vestris prædicatoribus, & merito me cõtemnitis. iã eñ saturati estis, iã diuites facti estis, sine nobis regnatis, hoc est, vestro iudicio & reges & Cæsares estis, nullius operã desideratis. ego scilicet nihil operat⁹ sum in vobis. Addit iã ex magno in Corinthios amore: Et vtinã regnetis, vt & nos vobiscum regnemus. Vtinã vestra psuasio propius vero esset, q̃ est. Lõge eñ aliter se res habet, atq; vos putatis. Vestro iudicio iã saturati estis, cũ nec solidi cibi sitis capaces. Nõ abundatis spũalibus bonis, sed adhuc multũ vobis deest. Quod si regnatis etiam, hoc est, si in aliquo cæteros anteitis, certe sine nobis factũ nõ est. Quandoquidem aũt sic vana spe ludimini, opto vobis meliora, q̊d & mihi in lucrũ cessurum est. Hic loquendi modus, p ironiã scilicet, frequens nobis est, vt nõ sit necesse plurimis hoc negocium agere. Sic eñ solemus aliquãdo ægrotos alloqui, quũ officia recusant, & nolunt sibi ministrari: & in summa miseria constituti, videntur sibimetipsis belle valere. Cæteꝝ si quis verboꝝ Pauli explicatiorẽ sensum habere velit, animaduertet qualia verba subinde miseri homines Lutheranæ factionis iactent, quum primis Ecclesiastis suis cõtemptis, nouos seductores ad astra

vſq; extollunt, nec vident ſibi parum profeciſſe in Chriſtianiſmo à tempore ſeductionis ſuæ: quibus etiam optandum, vt vera ſint quę magnifice promittunt. Sequitur:

Puto em̃ quòd Deus nos apoſtolos nouiſſimos oſtendit, tanq̃ morti deſtinatos, q̃a ſpectaculũ facti eſtis ſumus mũdo & angelis & hominibus.

Qui minimũ operabant apud Corinthios, immo qui hos seducebãt, in magno erãt precio. Diuus vero Paulus, qui prima fidei fundamẽta iecerat, quiq; magnis laboribus & ſudoribus illorũ ſalutem operabat, nihil niſi fabula erat. Dicit ergo Apoſtolus magno ſerio & ardore: Puto q̃ Deus nos apoſtolos nouiſſimos oſtendit, tanq̃ morti deſtinatos. acſi diceret: Plerunq; ſic euenit, vt impoſtores deliciẽtur tenere, probi aũt viri nusq̃ non lacerent. Si præmijs humanis penſandũ erat officium apoſtolicum, arbitror præcipua deberi nobis, qui tantis periculis Chriſtũ primi vobis inſeuimus. Sed nos, opinor, omnium poſtremos Chriſtus ad apoſtolicum mun⁹ acciuit, vt ſupplicijs ac mortibus obijceret, ſimiles ijs, qui ob maleficia ſua beſtijs obijciunt, quo plebi ſpectaculo ſint. Spectaculum enim facti ſumus, non ſolũ huic mundo, qui Chriſtum damnat: non ſolum hominibus, qui terrena ſapiunt: verum & angelis, malis ſcilicet, q malis noſtris oblectãtur. Sunt enim inter angelos ſancti angeli, quibus bene viuendo placeamus: atq; inter homines ſancti viri, q̃bus placeat vita noſtra: & ſunt nequiſſimi homines, qui irrideant vitã noſtram. Boni angeli conueniunt ad ſpectaculum paſſionis noſtræ, vt nos præſentia ſua confortent, & cæteros ad exemplũ noſtri certaminis incitent: mali vero, vt gaudeant, cum nos ſuos aduerſarios torqueri viderint, & cæteros à fide metu pœnarum deflectant.

Nos ſtulti propter Chriſtum, vos aũt prudentes in Chriſto. Nos infirmi, vos autẽ fortes: vos nobiles, nos autem ignobiles. Vſq; in hanc horam &

esurimus, & sitimus, & nudi sumus, & colaphis cædimur, & instabiles sumus, & laboramus manibus nostris operantes: Maledicimur, & benedicimus: Persecutionem patimur, & sustinemus: Blasphemamur, & obsecramus. Tanq̃ purgamenta huius mundi facti sumus, omnium peripsema vsq; adhuc.

Nihil difficultatis hic erit, si modo meminerimus, mundũ sinistre de pijs iudicare, & Paulum hic per ironiam sese pseudapostolis conferre. Quicq̃d enim hic Apl'us negat, confitetur: & quicq̃d confitet̃, negat, iuxta cõmunem irascentiũ loquendi morem. Sic in veteri testamento dñs post p̃uaricationem Adæ loquit̃: Ecce Adam quasi vnus ex nobis factus est, sciẽs bonum & malum. Loquit̃ quidẽ dñs hæc, non q̃ ita factum sit, sed q̃ lõge diuersius. Non eñ Adam factus est sicut Deus, sed factus est sicut diabolus, p̃uaricator nimirũ. Sic & Apl'us hoc loci, cũ ait, Nos stulti propter Chr̃m, vos aũt prudẽtes, oĩno diuersum sentit. Vere enim Corinthij stulti erãt, ipse vero Paulus prudens dispensator mysteriorũ Dei. Vere fortis erat Apl'us, Corinthij porro infirmi, & sic de reliquis sentiendũ. Iuxta vulgi quidẽ iudicium, Apl's stultus erat: sed Dei iudicium aliud statuit. Exempli gratia: Mũdus eum reputat fortem, qui alij iniuriam facit: eum porro infirmũ, q̃ patitur. Quod si Dei iudicio statuendũ fuerit, q̃ passus est iniuriam ęq̃ animo, nec talionem reddit, fortissimus iudicabitur. Sic nobilis reputatur mundo, qui gloriam ab hoĩbus accipit: sed apud Deum nobilis est, qui huius mundi gloriam constanti animo cõtemnere potest. Prudens mundo est, qui occasionem genialiter viuendi oblatã, non negligit. Apud Deum autem prudens est, qui mauult vel manibus operari, vt habeat quod edat: vel esurire aut sitire potius, quàm alicui oneri esse. Hæc si recte trutinaueris, statim apparebit qui sint viri potentes, prudentes, nobiles & infirmi, Apostoli ne, an pseudapostoli. Pseudapostoli sic se insinuauerant Corinthijs, vt quiete viuerent, diuitijs & gloria abundarent. Sic in-

Gene. 3.

ftituerant conciones fuas, loquentes f. populo placentia, vt non effent fibi vlla timenda ab hoībus pericula. Paulus vero de fe & fui fimilibus dicit: Vfq; in hanc horam & efurimus, & fitimus, & nudi fumus, & colaphis cædimur. adhuc incertis vagamur fedibus: q̊d quidē extremæ tenuitatis eft, nec ędiculas habere proprias, in q̄bus eo cōmodi⁹ feras pauperiē, q̊ tectius. Adeo, inquit, nō expilamus quenq̄, vt officio manuario nobis victū paremus. Adeo non aucupamur humanam laudem, vt deuouentibus nobis bene precemur: vt pro cōuicijs q̄bus afficimur q̊tidie, benedicta rependamus. Adeo non opprimimus quenq̄, vt pſecutorum fæuitiā taciti ppetiamur. Deinde vno quafi fafce colligit, dicens: Tanq̄ purgamenta huius mūdi facti fum⁹, oīm pipſema vfq; adhuc. hoc eft, Anfelmo interprete, vfq; adeo blafphemamur ab impijs, & viles iudicamur, ꝙ facti fumus illoꝝ repræfentatiōe tales, tanq̄ effemus in tm̄ peccatores & fordidi, vt totus mundus, nobis fublatis, oīmoda forde purgetur &c. Hæc igitur iam funt p̄mia, pijs ecclefiaftis à mundo expectanda. Cæteꝝ obferuandum hic, q̄ diligenter executus fuerit Paulus mandatū Chrī,
Matt. 5. dicētis: Diligite inimicos vrōs, bn̄facite his q vos oderūt &c.

Non vt confundam vos, hæc fcribo, fed vt filios meos chariffimos moneo.

Quandoquidē Paulus multas tribulationes, Corinthioꝝ gratia paffas, enumerarit: poterāt ipfi iam cogitare, illū prorfus abalienatum à fe, ideoq́ꝫ fibi iam exprobrari ingratitudinem. Ne igitur hæc fufpicarent, fatetur fe talia non fcribere hoftili animo, fed prorfus paterno affectu. Non hæc fcribo, inquit, vobis in perniciem, fed vt magnum emolimentū inde vobis accedat. non vt confundā vos, hæc fcribo, fed vt filios meos chariff. moneo. Non mea caufa, fed veftra enumeraui, quæ & quanta pro vobis paffus fuerim. Ex meis enim [illegible] prudentes fieri debetis, ne in aliquo à veftris pfeudapoftolis decipiamini. Nifi vobis ex animo prodeffe vellem, tanta veftro nomine minime pertuliffem.

Nam fi decem millia pędagogorum habeatis in

Christo,sed non multos patres:Nam in Christo Iesu per euangelium ego vos genui. CAP.IIII.

Rationem addit,quare solum vt illos admoneret,hæc supradicta scripserit,quia scilicet pater ipsorum sit, q̃s in Christo genuerit, non pædagogus. Immensum aũt discrimen est inter pædagogum & patrem:ille pro tp̃e sęuitiam exercet in ætatem innocentem, & mercedis gratia aut mali metu facit officium,si tñ facit:at pater ob insitam penitus à natura pietatẽ,vel suo malo,filiorum cõmodis consulit. Et hoc discrimen paterna nostra lingua nouimus, Cõminaturi em̃ patres filijs immorigeris,dicunt:Pædagogum tibi constituã, Jch muß dir ein schulmeister geben. Sed ad verba Pauli,quorum talis sensus est:Nã si decẽ millia,hoc est,innumeros pædagogos habeatis,sed nõ multos patres habetis. hoc est, Theophylacto interprete:Etsi aliqui vos beneuolentia prosequunt̃,nequaq̃ tñ meum erga vos amorẽ quispiã æquabit. Siquidẽ cæteros in pædagogos habetis,me aũt in patrem. Non potest aũt fieri,vt pædagogus tali affectu prosequat̃ discipulum,quali pater propriũ filium. Vnde aũt constat,Paulũ Corinthiorum esse patrẽ? Nam in Chr̃o Iesu per euangeliũ,inquit,ego vos genui.hoc est,ego vos, auxiliãte Chr̃o, per euangeliũ ad Christianismũ cõuerti. Quos iã dolores,q̃ntasve acerbitates pertulerim,donec vos eo p̄duxerim,obscurum nõ est.Nõ põt igit̃ fieri, vt non summe vos diligam. Obseruãdum hic,q̃lis debeat esse p̄dicatoris affectus in auditores,nõ alius q̃ p̃ris in liberos.

Rogo ergo vos, imitatores mei estote, sicut & ego Christi.

Quandoquidẽ ego tanto amore hactenus vos p̄sequutus sum,inquit,q̃nquidem tanta vestro noĩe p̄pessus sum,vt vere me patrem vestrũ agnoscere debeatis: rogo, me imitamini, posthabitis quibusdã pseudoprophetis. Quod si ad meum exemplũ vitam vestrã instituetis,nõ peccabitis. Vestri pseudapostoli Christum certe non imitant̃, quicq̃d tandem magnifice p̄mittant.Ego vero imitator sum Christi Iesu,Rogo

itaq; vos, imitatores mei estote, sicut & ego Christi imitator sum. Facilima sunt hæc, si modo Ap̄ls noster seip̄m excusare poterit, accusatus à Lutheranis, quare se proponat exemplū pietatis, non contentus exemplo Christi. Religiosi certe male audiunt, ꝙ hic sibi Augustinum, ille Franciscum, hic Dominicum, ille Benedictum proponit pietatis seculū. Sed non dubito, quin hæc facile coram Deo excusare sit, si modo à patrum instituto non degenerauerimus. Profecto nō impie facit, qui sibi aliquem honestum virum imitandum proponit, modo id cum iudicio fiat. In hoc, in quo imitatores Christi fuere, sequēdi sunt: in cæteris non item: oportet itē, vt vnusquisq; ad vocationem suam respiciat, sic vt virgo virginem, rex regem imitetur, quemadmodū & aliâs docuimus. Quid ꝙ inuenies qui Petrum negantem satis imitantur, sed eundem pœnitentem non considerant?

Obser.

Ideo misi ad vos Timotheum, qui est filius meus charissimus & fidelis in domino, qui vos cōmonefaciat vias meas, q̄ sunt in Christo Iesu, sicut vbiq; in omni ecclesia doceo.

Quandoquidē, inquit, volo vos imitatores mei esse, sicut ego Christi imitator sum, & fortassis quędā à me recepta vel obliti estis, vel neglexistis, misi ad vos Timotheum, cum mihi nondū venire liceat, qui est filius meus charissimus & fidelis in his, quæ dn̄m attinent: hic ergo in memoriam vobis reuocabit institutum vitæ meæ, quod ad exemplū Iesu Christi & sequor & trado, nō vobis tm̄, sed & oībus ecclesiis Christū cōfitentibus. Pulchra sunt hæc oīno: Quid em̄ hæc verba aliud testant̄, q̄ vere paternū affectū Pauli in Corinthios? Optimus ille Timotheus, Paulo est chariss. filius: & tn̄ Paulus hūc nō apud se retinet, sed Corinthijs mittit. Addit ipsum Timotheum esse fidelem in dn̄o, ne quid de hui⁹ fide addubitarēt. Nec aliquid ex suo capite finget Timotheus, sed tm̄ admonebit illos viaꝝ Pauli, quō s. hic ea quæ Christi sunt, agat. Subiungit se nihil noui Corinthijs traditurꝫ, sed ea quę in alijs ecclesi

clesiis Christi tradat & doceat. Sic ergo Apl's & p̄sens & absens oībus auxilio esse conatur. Obseruandū hic, quanta cura debeant episcopi subditis de pastoribus fidelibus prouidere, vt oues pastores habeant, non lupos. Neq; enim mittit Apl's Corinthijs nugatorem aliquem, sed fidelem ministrum Christi. Sic & noui prophetæ hoc Pauli exemplū s. imitant, qui nusq̄ non pastores alienis regionibus immittunt, prædatores puto. Nec hoc contenti, suum virus multis libris & proprijs & alienis illinunt, nunc veris, nunc ementitis titulis, vt nusq̄ non fideles se episcopos esse cōmendēt. Obseruandū & hoc, quod Apl'us eadem alijs ecclesiis tradit, quæ Corinthijs tradiderat, vt sicut de vno Deo & vnico baptismo gloriabātur, ita & vnicā fidem vbiq; profiterent. Et Paulus fideliores habebat ministros, q̄ Lutherus. Quicq̄d Timotheus à Paulo didicerat, hoc fideliter proponebat. Discipuli vero Lutheri, q̄ diuersa à suo magistro tradant, totus mundus clamitat. Sed de his plus satis. Quid enim aliud facerent discipuli, quàm quod inconstans magister?

Obser.

Obser.

Tanq̄ nō vēturus sim ad vos, sic inflati sunt quidā. Veniā aūt ad vos cito, si dn̄s voluerit: & cognoscā non sermonē eorū q inflati sunt, sed virtutē. Nō enim in sermone est regnum Dei, sed in virtute.

Nihil difficultatis hoc loci est. Arguit em̄, Corinthijs inesse puerilē animū: siquidē puerorū sit, p̄ceptore absente, metas impositas transilire. Ait ergo: Tanq̄ non sim vēturus ad vos, sic inflati sunt quidā. Idem facitis quod mures absente cato. Multi apud vos insolenter se habent, & inordinate viuūt, acsi nunq̄ vēturus sim ad vos, acsi nunq̄ de suis factis reddituri sint rationē. Nō licebit eis diu tā immorigeros eē. Veniā em̄ cito ad vos, si dn̄s voluerit, & cognoscā, nō q̄tū sermone polleāt isti, q tā insolēter efferūt sese, sed q̄ntū factis. Nō em̄ in sermone est regnū Dei, sed in virtute, hoc est, Nō in magnificis dictis sita est euāgelij vis, q̄ cuiuis in p̄mptu sunt, sed in vi ac virtute cœlesti. Loquit hic Apl'us cōtra inflatos & gloriosos do-

In p̄lectiōe exposui sermonē & uirtutē, sic, ut Apostol⁹ nihil curarit q̄ pulchre dixerint, sed quam-

rium ꝑfecerint gloriosuli illi Prophetę.

doctores, q proijciunt ampullas & sesquipedalia verba, q́q persuasorijs humanæ sapientiæ verbis vtunt, de qua re & in superiorib⁹ multis egit. Quod ergo hic dicit, Tanq̃ non venturus sim ad vos, sic inflati sunt quidã: certe maxime ad pseu-

2. Cor. 10. dapostolos, qui Paulo detrahebant apud Corinthios, ptinet, de q̃bus & in posteriori epistola ad Corinthios dicit: Vt nõ existimer tanq̃ terrere vos per epistolas (Q̃m quidem epistolę, inquiũt, graues sunt & fortes, p̃sentia aũt corporis infirma, & sermo contemptibilis) hoc cogitet, qui eiusmodi est, quia q̃les sumus verbo per epistolas absentes, tales & p̃sentes in facto &c. Obserua aũt hoc loci Pauli prudentiã, ꝙ non simpliciter pollicetur se venturũ, sed addit, si dñs voluerit. Acsi diceret: Quantum quidem in me situm est, prõptum me offero: sed an hoc velit dominus, incertum est. Quando igitur non veniam, cogitate quia cõtra Dei voluntatem non possumus.

Quid vultis? In virga veniam ad vos, an in charitate & spiritu mansuetudinis?

Om̃ino, inquit, statutum est apud me, ꝙ cito, Deo volente, sim venturus ad vos: sed in vobis situm est, vobis in manu efficere est, vt vel auster⁹ aut terribilis veniã, vel lenis ac mansuetus. Patres sane intractabiles filios coercẽt virga: tractabiliores, frugi & bonæ spei liberos, mãsuetudine ducunt. Sic & Ap̃lus vult dicere: Est mihi authoritas à Chr̃o tradita, virga suppliciorũ coercendi premendiq́ rebelles & intractabiles. Verum ego malim hac non vti. Malim huiusmodi moribus esse vos, vt ceu pius, propicius ac mitis pater, aut gratuler innocentiæ vestræ, aut si quid fuerit leuium erratorũ, molli paternaq́ castigatione emendẽ. Diuus Hieron. lib. 3. cõmenta-

Gal. 6. riorum sup epistolam ad Gal. enarrans hunc locum, Fratres, si p̃occupatus fuerit homo in aliquo delicto &c. ait: Opponi nobis potest illud quod ad Corinthios scribit: Quid vultis? In virga veniam ad vos, an in charitate & spũ mãsuetudinis? Si eñ ibi ad peccatores non in spũ mansuetudinis, sed in virga se venire dicit: q̃modo hic his qui in aliquo peccato p̃uen

ti

gi fuerint, non virgam adhibet, sed spiritum mansuetudinis: CAP.V.
Verum ibi ad eos dicitur, inquit, qui post peccatũ non sentientes errorem suũ, nolebant maioribus suis subdi, & pœnitentia corrigi. Vbi vero peccator intelligens vulnus suũ, tradit medico se curandum, ibi non est virga necessaria, sed spũs lenitatis &c. Hactenus Hieronymus. Sic eñ cuiq; pastori agẽdum est cũ grege sibi cõmisso, vt bonos spiritu mansuetudinis ducat, rebelles acriter verbo veritatis castiget. Nimia licẽtia plerunq; deteriores sumus: At nimia seueritas plurib' nocuit, q̃ profuit. Sed tm̃ de hoc capite. Sequẽs videbimus.

Caput V.

OMnino auditur inter vos fornicatio, qualis nec inter gentes, ita vt vxorem patris sui aliqs habeat. Et vos inflati estis, & non magis luctum habuistis, vt tollatur de medio vestrum qui hoc opus fecit.

Plerũq; fit, vt pseudapostoli primũ sese insinuãtes, maiorum scelera supra modum extollant, ad vulgi aũt scelera prorsus conniueant. Amat igitur vulgus audire superiorum suorum scelera, vt licentius viuant: nec facile habet fidem ei, quem audit sua sibi vitia exprobrare. Sic & pseudapostoli, vt maiorẽ fidẽ inuenirent apud Corinthios, primos ipsorum prædicatores nusquam non lacerabãt, & splendide cõmentabantur de religione, summam constituentes in loquentia & apparatu seculari: interim vero flagitia quæq; sinebant succrescere, quæ tamen in primis oportebat esse profligata. Paulus igitur Apostolus noster, hactenus se cæterosq; Apostolos purgauit, interim ostendẽs pseudapostolorum loquacitatẽ nihil esse, iã vero mira vehemẽtia insectatur Corinthiorum vitia, ad quæ pseudapostoli cõniuebant. Omnino, inqt, auditur inter vos fornicatio, quales nec inter gentes, ita vt vxorẽ patris sui aliqs habeat. Cõsidera, obsecro, q̃modo exaggeret crimẽ. Omnino

auditur inter vos fornicatio. Nõ ait, Est in vobis q fornicetis sed ait, auditur inter vos. Notius est q̃ vt negari possit, & grauius q̃ vt ferri debeat, & perniciosius q̃ vt differri expediat. Non is solum accusatur, q id criminis committit, sed redundat in vniuersum gregẽ vestrũ. Vniuersa enim Corinthiorum ecclesia ob id male audit. Est enim talis fornicatio, vt eius infamia nec apud ethnicos, & à Christo alienos, comperiatur, vt vxorem patris sui quis habeat, vt quis cum nouerca sua commisceatur. Gentes natura ab huiusmodi libidine abhorrent, & apud Iudæos ob legẽ non licet, & tamen de vobis simile facinus refertur. Vestrum autem erat, & Gentes & Iudæos, quantum vitæ sanctimoniã attinet, longe à tergo relinquere. Ostendit ergo Paulus, Corinthios etiã Gentilibus esse deteriores: siquidẽ semp Gentiũ cõparatione fidelibus exprobrat, sicut in multis alijs locis videre est. Thessalonicensibus
1. Thess. 4 eñ scribẽs, inqt: Vnusqsq; vas suũ possideat in sanctificatiõe,
Ephe. 4. nõ in passione desiderij, sicut aliæ gentes. Et Colossensibus &
Coloss. 3 Ephesiis: Nõ amplius ambuletis sicut reliquæ gẽtes. Iã possumus sic ratiocinari: Si nostrũ est, ethnicos pietate vincere: qd de nobis fiet, q grauiora, q̃ illi, cõmittim⁹? Arguit ergo Apostolus, Corinthios cõmisisse crimẽ grauius, q̃ vel apud ethnicos noĩetur: neq; id occultũ esse, sed omino manifestũ. Neq; eñ apud ethnicos audiri, vt quis cũ nouerca sua dormiat. Cęterum hic locus fortassis requirebat disputationẽ, de gradibus propinquitatis, cõsanguinitatis & affinitatis, inter quos scilicet non contrahendum sit: sed hæc alium locum postu-
Leuit. 18. lant, aliud item tempus. Apud Mosen in Leuitico quidã gradus enumerantur de cognatione carnali, quibus summi pontifices etiam alia addiderunt. Moses habet, Ne quis dormiat cum vxore patris sui, siue illa sit vere mater, siue nouerca. Pater non dormiat cum filia, nec cum filiæ filia. Filius non dormiat cum sorore patris vel matris suæ, minus autẽ cum sorore, siue illa sit ex patre, siue matre, siue domi, siue foris genita. Patri itẽ indictũ est, ne dormiat cũ vxore filij sui &c. q̃ enumerare longũ est. De spũali cognatione dicere nulla necessitas. vtinam quicqd peccatur in his nostro seculo, ignoranter peccetur, timeo eñ ne longe fœdiora inueniret Paulus, si no

biſcum moraretur. Mira ſiquidē licentia iam cernitur in his quæ ad matrimonium pertinēt, de q̄bus cap. 7. fortaſſis nō-nulla dicemus. Addit Apl'us: Et vos inflati eſtis, & non magis luctum habuiſtis, vt tollatur de medio veſtrum, qui hoc opus fecit. Nōne, inquit Apl'us, neceſſe fuerat me venire ad vos in virga, cum talis audiat inter vos fornicatio, qualis nec inter gētes: & tñ vos nō pudet huius ſceleris, nec pœnitet, vt curetur qui hoc fecit, ſed magis inflati eſtis, & vobis egregie placetis, acſi vobis nihil deſit. Oportebat criſtas demittere, & lugere ob proximi peccatum, & curare vt e contubernio profligetur talis fornicator. Primū, ne fauere turpibus admiſſis videamini, ſi ceu familiarem ac cōtubernalē agnoſcatis eum, qui nondū declarauit ſe pœnitere flagitij. Deinde ne peſtis exitialis, ſemel admiſſa, latius ſerpat apud vos. Poſtremo, vt author nefarij ſceleris, ſi vitetur à vobis, velut oīm publico iudicio dānatus, pudore tact⁹ reſipiſcat, donec certa pœnitudinis ſigna declarent hoīem idoneum, qui in ſanctoꝝ conſortium recipiatur. De hoc in ſequentib⁹ plura. Obſeruandum, eum deniq; eſſe verum paſtorem, qui luget peccata populi: & q̄ntum quidē in ſe eſt, emēdare ſtudet. Certe Moſes, Samuel, Hieremias & prophetæ reliqui, plangebāt & lugebant lapſus & peccata populi: qn & acerbiſſime incuſabāt, ſi q̄d impudentius deſignatum eſſet. Nec ad paſtores tantum ꝑtinet ſa lugere peccata populi, ſed vnūqueq; decet contriſtari ob facinus aliq̄d impium à proximo deſignatū, tum quia ꝓximus perijt, tū etiā q̄a patrē cœleſtem offendit. Quid ſi videret nos Apl'us nihil niſi ridere ſceleſtiſſima crimina & proximorum & noſtra? Ebrietates puto, blaſphemias, fraudes &c. Sequit:

Quare fornicator ꝓfligādus e medio.

Obſer.

Ego quidē abſens corpore, p̄ſens aūt ſpū, iam iudicaui, vt p̄ſens, eum q̄ ſic operatus eſt, in noīe dn̄i noſtri Ieſu Chriſti, cōgregatis vobis & meo ſpū cū virtute dn̄i Ieſu, tradere huiuſmodi ſatanę ī interitū carnis, vt ſpūs ſaluus ſit ī die dn̄i noſtri Ieſu Chriſti.

Vide Orig. Hom 12 in Ezech. pag. 754.

Satis quidē aperuit Apl'us vulnus, sic insectando Corinthiorum negligētiā. Iam igitur adhibet medicinam, & quid faciendū sit, docet. Non me latent, inquit, Apl'us, q̄ apud vos geruntˀ. licet enim absens sum corpore, præsens tñ sum spū. Quādoquidē igitur scelus hoc fornicatoris tam manifestum est, vt neq; excusari, neq; negari possit, & vos ad huiusmodi scelus cōniuetis: ego iam iudicaui eum, ego sententiā tuli vt p̄sens, in eum qui tam pessimū facinus perpetrauit. Nolo vt plurimū cōsulturi circūcursitetis, qd facto opus sit: nolo vos aliqua subterfugia querere, ego iam iudicaui vt præsens. lata est iam sententia, quam retractare nolo. Nec est vt existimetis me temere aliquid agere vel egisse. quicqd enim hic à me fit, in noīe dñi Iesu Chrī fit, iuxta mihi traditam potestatem. Sed quæ & qualis est ista sententia lata? Quid faciundū censuisti? Vt ego & vos congregati (non est aūt vt meam p̄sentiam carnalem expectetis, quando quidē spū vobiscum sim) cum virtute dñi nostri Iesu Chrī, hoc est, auxiliante dño nostro Iesu Chrō, huiusmodi hoīem tradamus satanæ in interitū carnis, vt spūs saluus sit in die dñi nostri Iesu Chrī. Sic, in-

Obser. quā, caro puniatur, vt anima salua esse possit. Obseruandum hic est, q̊modo Apl'us Corinthios terreat, cum se dicit absentem quidē corpore, verum spū se p̄sentem, vt videat & audiat quicqd apud ipsos fiat. Obseruandū secūdo, q̊modo Apl's hic declaret, q̄ amet Corinthios, vt q̊rum causam etiam ab-

4 Reg. 5. sens curet. Quomodo aūt Paulus absens corpore, spū vero est p̄sens? Non nouum est hoc: sic eñ p̄sens spū erat Heliseus

Act. 5 Giezi, qñ à Naamam Syro acceperat donaria. Sic enim aiebat Propheta: Nonne cor meum in p̄senti erat? Et diuus Petrus nouerat in spū, q̄ falso agerent Ananias cum sua cōiuge Saphira. Quarto inuestigandū, quid sit tradere aliquem sata-

De ser. do in Monte. næ. Diuus Augustinus ait incertum esse, qua vindicta punitˀ sit, quem tradiderint satanæ. Chrysostomus ait, illum scelestum hoīem sic traditum satanæ, quemadmodū Iob traditus fuerit, vt scilicet satan posset sæuire in carnem & corpˀ hoīs, in animā vero non. Huic consentiūt, qui sic aiunt Apostolis eam fuisse potestatem, vt si quem excōmunicassent, statim il-

le

le corriperetur à diabolo, & vexaretur q̃ntum & q̃ diu vellet Apl'us. Sunt deinde, qui hanc traditionem nihil aliud existiment, q̃ cõtemptum, quem ille excõmunicatus ferre cogebatur. Non enim parum adflictionis habet, sic ab oĩbus contemni, acsi indignus esses quo cum homines aliquam familiaritatem habeant. Sed de hac re in fine huius capitis plura. Anselmus

Non est bona gloriatio vestra. Nescitis quia modicum fermentum totam massam corrumpit?

Iam paulo supius dixerat, Et vos inflati estis, & nõ magis luctũ habuistis. Nũc vero ait, Non est bona gloriatio vestra. Læti enim erant, cum magis contristari debuerant in fratre tam acerbe peccante, sicut tristis fuit Samuel Saule peccante. 1. Reg. 15. Inquit ergo Apl'us: Non est bona gloriatio vestra. Vestrum erat, plurimũ contristari ob casum piculosum fratris, & soliciti esse, ne alios suo facinore corrumperet. cum igitur vos vobismetipsis interim egregie placetis, nec tristes ob fratris crimen, nec soliciti propter vos, certe ad magnum dedecus vobis reputabitur. Quid enim stultius est, q̃ in extremo vitæ periculo non sentire dãnum, aut in medio serpentũ sibi promittere securitatem? Proximus ad sanitatẽ gradus est, agnoscere ægritudinem. Addit Apl'us: Nescitis quia paululum fermenti totam massam corrũpit? Non tm̃, inquit Apl'us, pro illo sum solicitus, sed vestrum oĩm causam ago. Licet em̃ is solus tam impie agat, tñ si non p̃cauetur, plurimũ vobis incommodare potest. Iam enim vobis magno dedecori est, cum oẽs vos Corinthij ob vnius scelus male auditis: quid fiet, si scabiosa illa ouis etiam alios infecerit? Nolo cogitetis, vnius hoĩs exemplum ecclesiæ incõmodare non posse. An nescitis quia paululum fermẽti totam massam corrumpit? Ita & peccatũ vnius, quod cognitũ non arguitur, multos contaminat: immo oẽs qui [illegible]ũt, & non deuitant, aut cum possint arguere dissimulant. Non em̃ sibi videt̃ peccare, qñ à nullo corripit̃ aut vitat̃. Obseruãdũ hic, qñquidẽ vnius hoĩs peccatũ tã plurimos insicere & cõtaminare põt, ne & nos sceleratis familiares simus. Obser.

Expurgate vetus fermentum, vt sitis noua con-

ſperſio, ſicut eſtis azymi. Etenim paſcha noſtrũ immolatus eſt Chriſtus.

Quandoquidẽ Apoſtolus oſtenſurus, q̃ facilis ſit morum contagio, vt etiam vnus homo poſſit incõmodare multis, traxerat ſimilitudinem à fermento: ideo iam perſtat in illa ſimilitudine, & ait: Expurgate itaq; vetus fermentũ, vt ſitis noua cõſperſio, ſicut eſtis azymi, hoc eſt, qñquidem iam audiſtis, q̃ nociuum ſit etiam vnius ſolum peccatum, eĳcite illum qui poteſt vobis ſic incõmodare, vt ſitis mũdi, quemadmodũ & profeſſionẽ veſtrã decet. Eſtis quidẽ azymi, hoc eſt, eſtis noui hoĩes, eſtis nouam profeſſionem amplexi: ſed ille ſceleſtus poſſet veſtram & fidem & conuerſationẽ denigrare: quod ſi eĳcietur, & fides veſtra & vita veſtra pariter munda erunt. Poterant iam Corinthĳ obĳcere: Quid nobis de fermẽto & azymis narras? Nunqd Iudæi ſumus? An ne nobis immolandus venit agnus paſchalis? Addit ergo Apl's, dicẽs: Etẽm paſcha noſtrũ immolatus eſt Chriſtus. Non deeſt nobis agnus paſchalis: Chr's eñ eius vicẽ ſupplet. Ipſe etẽm agnus noſter eſt, & ꝑ nobis immolatus. Quod ergo à Iudæis carnaliter factum eſt, à nobis ſpiritualiter fiat neceſſe eſt.

Itaque epulemur, non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ & nequitiæ, ſed in azymis ſynceritatis & veritatis.

Nihil aliud vult his verbis Apoſtolus admonere, q̃ vt veteribus vitĳs valere iuſſis, ſynceræ pietati ex animo ſtudeant. Sed vt rẽ intelligamus, obſeruandũ erit, ꝙ Hebræi, cum emẽſi mare, liberati fuiſſent ab Aegyptia ſeruitute, iuſſi ſunt q̃tannis in huius rei memoriam ac ſymbolum, ſtato tempore ma-
Exo. 12. ctato agno anniculo, ſeptem diebus veſci panibus, nullo fermento corruptis, quemadmodũ fecerãt iam fugã adornãtes ex Aegypto. Interea farinã purã ſecũ efferũt, fermentũ om̃e relinquũt Aegyptĳs. Neq; dign⁹ habet q veſcat agno paſchali, niſi q ſeptẽ dieb⁹ fermẽtũ nõ attigerit. Immo piaculũ erat, quicq̃ vſquam fermẽti reperiri in domibus Hebræorum. Ad

hanc

hanc igitur historiã respicit & alludit Aplus, de agno pascha li, fermento & azyma loquens: Non opus, inquit, nos macta re agnũ masculũ anniculũ: siquidẽ pascha nostrũ immolatus est Chrs. Qui vetus pascha manducabant, ijs religio erat fermentũ tãgere, ne dicã mãducare. Qui vero nostro agno participãt, fermẽto nõ coinquinant, nec azymis puriores fiunt. Sed fermentũ q̃d nobis inhibet, vetus malitia est, & reliquiæ veteris superstitionis. Azyma aũt, q̃ digni efficimur ad manducandum agnum nostrum, synceritas est & veritas. Ex his iam puto apertum esse, quid velit Apostolus hac allegoria.

Scripsi vobis in epistola, ne commisceamini fornicarijs. Non vtique fornicarijs huius mũdi, aut auaris, aut rapacibus, aut idolis seruientibus: alioquin debueratis de hoc mundo exisse.

Non desunt docti & sancti viri, qui existimant Aplm etiã aliã epistolã ante hãc scripsisse, vt hæc quã iã interpretamur, sit secũda in ordine: q̃ seqt, tertia: Sicq; Aplm hic Corinthios prioris scripti, q̃d nõ intellexerãt, admonere, cũ dicit: Scripsi vobis in epistola &c. Quod si verũ est, quid aliud dicemus, q̃ huius interitũ merito deplorãdũ esse, sicut & aliorũ diuinorũ librorũ q̃s interijsse constat? Cæterũ si quẽ pietas delectat, adhuc supsunt q̃ abunde nos docere possunt. Alij porro existimãt, Aplm de hac ipsa epistola loq, quã sententiã & Chrys. & Theophyl. sequũt, vt sit sensus: Suprà dixerat Apls, Expurgate vetus fermentũ: Item, vt tollat de medio q hoc opus fecit: Addit iam his, scripsi vobis in epistola, ne commisceamini fornicarijs. Non vtiq; fornicarijs huius mũdi, &c. Hoc est, Nolo scripta mea, de vitandis s. sceleratis, sic intelligatis, q̃ postulẽ vt vniuersos huius regiõis impudicos deuitetis, nec cũ illo cõsuetudinẽ agatis, q auaritiæ vel rapacitatis infamia laboret, aut simulacrorũ cultui dedit⁹ sit. Quod si conemni, tota Græcia sit vobis relinquenda, cum nusq̃ nõ istiusmodi occurrant. Si enim quis velit inter solos pios commorari, huic erit exeundum de hoc mundo, cum nusquam desint impij & scelerati homines.

Nunc

Nunc autem scripsi vobis, non commisceri. Si is qui frater nominatur inter vos, est fornicator, aut auarus, aut idolis seruiēs, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cum huiusmodi nec cibum sumere.

Non exigo, inqt, vt oēs sceleratos hoīes fugiatis, vbicūq; & qlescunq; tandem illi sint. hoc enim fieri nequit. Illud tm̄ exigo, vt si quis titulo Chr̄ianus, palàm huiusmodi vitijs infectus sit, quæ plurimū absunt ab instituto Chr̄iano, puta scortatione aut auaritia, aut simulacroꝝ cultu, aut maledicentiæ morbo, aut temulentia, aut rapacitate: adeo vitetis hoīs familiaritatē, vt ne cibū quidē cum illo capere dignemini. Quis iam illo Pauli ꝓcepto satisfacere potest in tanta sceleꝝ impunitate? De fornicatione alio loco dicemus. Nonne auaritia vniuersum mundū occupauit? Esto, non sint iam apud nos gētiū idola. Vnusquisq; tñ fere sibi propriū in corde suo constituit idolum; immo & iuxta Pauli doctrinam, auaritia idolorū seruitus est. De maledicētia & delatiōe non est vt verba ꝓdam. Ebrietas apud hunc mundū non caret sua laude. Qui aliena iam inuadit, & ad se rapit, viri fortis nomen meretur. Nec latronis iam est, aliena siue phana, siue ꝓphana rapere: sed sacrilegium & spolia insignes nostro seculo facit principes, insignes item respublicas. Hæc igitur cum ita sint, q̊modo possumus Paulo nostro obedire, & cum huiusmodi scelestis hoībus cibum non sumere? Sed viderint ij, q̊rum est animaduertere in scelestos homines, quomodo ratiōem daturi sint vero iudici Christo, cuius partes hic agere deberēt. Christianorum deinde reliquorum est, vt si nō datur corpore ab impijs seiungi, animo tamen seiungant.

Obser.

Ephe. 5.

Quid em̄ mihi de his q foris sunt, iudicare? Nōne de his q intus sunt, vos iudicatis? Nā eos q foris sunt, Deus iudicabit. Auferte malū ex vobisipsis.

Quare Ap̄ls nō velit sic excludi vel excōmunicari Ethnicos, iam ostēdit, inquiēs suam potestatem non eo tendere, vt

gen-

CAP.V.

gentes à Christo alienas iudicet & condemnet, sed solum ha bere iurisdictionem in Christianos hoíes. Quid em̃, inquit, mea refert, q̊modo agãt ethnici, q foris (hoc est, extra Christi gregẽ) sunt? Mea potestas eo vsq; se extendit, vt in ordine & officio cohibeant & cõseruentur ij, q Christo nomen dederunt. Nolo igitur mihi alienam potestatẽ vendicare. Nõne & vos tantũ de his iudicatis, qui inter vos sunt? Nonne & vos negatis minime, aliud esse agere Christianũ, aliud agere gentilem? Multa faciunt gentiles, q̊rum merito pudere debet Christianos. Nonne domi suæ quisq; censorẽ agit ac iudicem, nec sua referre putat q̃d agatur in alienis ædibus? Si quid domi suæ commissum est, id existimat ad totius familiæ rem pertinere. Susq; igitur & deq; fero impiam gẽtium conuersationem. Nam & eos qui foris sunt, Deus iudicabit. Hoc est, Non impune ferent gentiles suã impietatẽ, sed seuerius sustinebunt iudiciũ. Iudiciũ hoc q̃d in ecclesia fit, nõ perditio est, sed medicina, qua medicamus fratri: sed horrẽdum est, incidere in manus & vltionem Dei viuẽtis. Auferte ergo malũ ex vobisipsis, hoc est, tanti facinoris authorem e vestro contubernio profligate: hoc & illius refert & vestra, & ad Christiani noĩs dignitatẽ pertinet. Obseruandũ hoc loci, q̃d Apl's dicit, neq; Gẽtiles impune peccare, quantũuis neq; legem Mosis, neq; legẽ Chr̃i audierint. Christ⁹ em̃ alibi dicit: Seruus q cognouit volũtatẽ dñi sui, & non pparauit, & nõ fecit secundũ voluntatẽ eius, vapulabit multis. Qui aũt non cognouit, & fecit digna plagis, vapulabit paucis. His igitur verbis ostẽdit Christus, grauius peccare hoiem scientẽ, q̃ nesciẽtem. Nec tamen ideo cõfugiendũ est ad ignorãtiæ tenebras, vt in eis quisq; requirat excusationẽ. Aliud est em̃, nescisse: (vt Augustinus admonuit) aliud, scire noluisse. Volũtas q̃ppe arguitur in eo, de q̃ dicitur: Noluit intelligere vt bene ageret. Sed & illa ignorantia, quæ non est eoꝝ qui scire nolunt, sed eoꝝ qui tanq̃ simpliciter nesciunt, neminẽ excusat sic, vt sempiterno igne nõ ardeat, sed fortasse, vt mitius ardeat. Nõ enim sine causa dictum est: Effunde iram tuam in gẽtes quæ te non nouerunt. Et illud q̃d ait Apostolus: Cum venerit in

Heb.10.

Obser.

Luc.12.

Psal.35.

Psal.78.

2.Thess.1.

 flam

flamma ignis dare vindictam in eos qui ignorant Deũ. Sed
Roma.2. & ad Romanos Apostolus dicit: Qui eñ sine lege peccaue-
rũt,sine lege peribunt. Loquitur aũt hic Apostolus de lege,
quam Iudæi se gloriabãtur accepisse. Cæterum ꝙ Apostolus
dicit, Auferte malum ex vobisipsis, allusit ad verba Mosis, q̃
sunt Deut.13. non ita longe à principio posita &c. Postremo
non abhorret à nostro instituto, ostendere qua ratione olim
veteres excommunicatione vsi fuerint. Auditum certe in su-
perioribus est, quomodo Apostolus insignem illum fornica
rium satanæ tradiderit, & excommunicauerit. Vnde autem
Excommunicatio. Paulo ipsi tãta potestas obuenerit, nõ longiori inuestigatio-
ne opus est. Constat eñ, Christũ discipulis suis dixisse de fra-
Matth.18. tribus in nos (hoc est, in ecclesiam) peccãtibus: Si te non au-
dierit (bis correptus) frater, dic ecclesiæ. Si aũt & hãc audire
noluerit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Et rursum Pe-
Matt.16. tro: Tibi dabo claues regni cœlorum. Quodcunq; ligaueris
super terram, erit ligatũ & in cœlis: & quodcunque solueris
sup terrã, erit solutũ & in cœlis. Hoc & omnibus Apostolis
Matth 18. postea dictum est. Hac igitur potestate vsus Apostolus, ex-
Ioan.20. communicauit impios homines, qui sua improbitate Chri-
stianos cõmaculabant, ipsorumq; famã denigrabant. Hoc ex
hactenus auditis Pauli verbis intelleximus. Hũc Apostoli mo
rem antiqtus obseruauit ecclesia ad multos annos, donec eo
ventũ est, vt impietas vi sua impune voluerit impie agere, &
episcopis aliæ res magis cordi fuerint, q̃ respub. Christiano
rũ. Si qs veteꝶ libros euoluere voluerit, inueniet q̃ diligẽtiss.
curatũ sit, ne pij & impij pmiscue viuerẽt. Qui publicũ aliq̃d
scelus ppetrasset, hic excludebat, interdicebatur sacra cõmu-
nione, & publica cũ pijs Christicolis cõuersatiõe: nec statim
recipiebatur, sed postq̃ ipsius pœnitẽtia satis probata fuisset.
Sunt quædã crimina tam immania, ad quæ eluenda p omnẽ
vitã erat pœnitendum. pro alijs statuebatur pœna, aut vigin
ti, aut quindecim, aut decem, aut septẽ, aut trium annorum,
aut vnius, aut aliquot mensium. De qbus & Conciliorum &
sanctorum patrum Canones adhuc extãt. Neq; eñ temere
recipiebant, nisi probe explorata fuisset, sicut diximus, illoꝶ
pœ-

pœnitentia. Hui⁹ rei multa testimonia apud D. Cyprianum extāt, qui pastores acriter obiurgat, ꝙ tam temere reciperēt lapsos. Verba illius subscribā. Illi (de presbyteris loquit) contra euāgelij legē, vestrā q̊q; honorificā petitionē, ante actam pœnitentiā, ante exomologesin grauissimi atq; extremi delicti factā, ante manū ab epo & clero in pœnitētiā impositā, offerre pro illis, & eucharistiam dare, id est, sanctum dñi corpus prophanare audeāt, cum scriptum sit: Qui ederit panem, aut biberit calicē dñi indigne, reus erit corporis & sanguinis dñi. Hactenus Cyp. qbus addit, non esse ægreferendū à lapsis, ꝙ ipsi petant admitti: sed dandū esse vitio episcopis, ꝙ tam temere consentiāt, sicq; ex pastoribus lanij fiant. Porro quanta diligentia curarint episcopi, ne quis excōmunicatus ad Chri sacratiss. mēsam accederet, ex vnico Ioan. Chrysostomo intelligimus, cuius hæc sunt verba: Oēs igitur simpliciter pellamus, q̊s indigne accedere videmus. Nullus communicet, nisi ex discipulis sit: nullus impuro animo, sicut Iudas, panem assumat, ne similia patiatur. Et post pauca: Quod si ipse pellere non audes, mihi dicas: non pmittam ista fieri: animā prius tradam meam, q̄ dñicum alicui corpus indigne: sanguinemq; meū effundi potius patiar, q̄ sacratissimū illum sanguinem, præterq̄ digno, concedā. Hactenus ille. Iam si placet, audiamus quo ordine recepti sint, excommunicati. Non enim sic excludebant, acsi nunq̄ essent excipiendi: immo potius excōmunicabant, vt citius possent recipi: sicq; (iuxta Augustinum) maxima pœna in ecclesia, in saluberrimū remedium mutatur. Eo pertinet quod D. Paulus alibi ait: Quod si quis non obedit verbo nostro per Epistolam, hūc notate, & ne cōmisceamini cum illo, vt confundat: & nolite quasi inimicum existimare, sed corripite vt fratrē. Sed nunqd statim admittebant ad sacram cōmunionem, q̄ primū illos facti pœnituit? Minime, sed successiue & ordine q̄dam, sicut ex diuo Cypriano intelligimus, qui sic ait, ægreferens hunc ordinem non seruari: Audio q̊sdam, ait, de presbyteris, nec euangelij memores, nec qd ad nos martyres scripserint, cogitātes, nec episcopo honorem sacerdotij sui & cathedræ seruantes, iam

Epistolarum lib.3, Epist.15.

1. Cor 11.

Hom 83. in Matt. cap.26. pag.150.

2. Thes.3.

Lib.3. epist.16.

cum lapsis cõmunicare cœpisse, offerre pro illis & eucharistiam dare, cum oporteat ad hęc per ordinem puenire. Sed q̃lis hic ordo? ais. Qui grad⁹ ad absolutionẽ excõmunicati? Erãt ordines quinq;, sicut veterũ monumenta testanť. Qui resipiscebant peccatores, ante fores ingredientib⁹ ac egredientib⁹ supplicabant, vt pro se apud ecclesiam patrocinarenť. Confitebanť aũt delictum suum, testabanturq; se iuste excludi. Nec insultabant, nec improperabať eis à fidelib⁹: sed ad pœnitentiæ arma aĩabant, non sine magna de reditu cõgratulatione.

Quinq; ordines pœnitentium.

Hac de re uide Tertull. de pœnitentia pag. 456.

2. Locus ille vestibularis, προσκλαυσις dicebať. Cum aũt speciem emendatioris vitæ præ se tulissent, intra portam aditus illis patebat in auditorium, vt cum catechumenis adstarẽt, pabuloq; diuini eloquij pascerentur: interesse tñ precib⁹, eis nõ licebat. Euehebanť deinde processu tẽporis, & spectata eorum

3. pseuerãtia, ad Hypoptosin: quo loco licebat eis audire verbum Dei, & adesse precibus: post preces tñ cum catechumenis egrediebanť. Quarto merebanť cõstãti pœnitẽtia, nullis

4. abarceri sacris, tãetsi cõione nondũ digni cẽserenť. Tandẽ &

5. postremũ oĩno purificati, & pristinę incolũitati restituti, ad sacrosancta illa mysteria admittebãť. Hęc fere est summa eorũ, quæ circa prodigũ illum filiũ resipiscentẽ fiebant. Quomodo vero erumpentib⁹ tanq̃ ex equo Troiano vitijs, oĩa immutata sint & cõmutata, longiorẽ requirũt disputationem, q̃ vt huic loco conueniat. Hoc vnicum superest, vt Deum pijs precib⁹ adeamus, & vita Chr̃ianis digna Christi aures vellicemus, q̃tenus salutarem illam seueritatem ac disciplinã, quam Apostoli & probi olim episcopi in vlciscendis peccatis eorum q̃ in obedientiã se euangelij tradiderunt, obseruarunt, restituere dignetur. Quæstiones illas de excõmunicatione maiori & minori, Item an excõmunicatus oĩbus ecclesiæ bonis priuetur? An mortuus vel excõmunicari vel absolui possit? An excommunicatio in manu episcoporũ sit, an ne in manu totius ecclesiæ? An pro debitis pecuniarijs merito ferri possit? &c. Hęc, inquam, oĩa surda aure transiemus. Reliquum superest, vt vnusquisq; sic vitam suam instituat, ne corpore agens in Christi ecclesia, extra hanc sit anima. Parũ enim refert, hoĩm

Luc 15

iudi-

iudicio cōdēnari, qui interdum falluntᷣ: sed Dei iudicium & seuerum & strictissimū & certissimū est. Interdum certe fit, quemadmodū & Origenes admonuit, vt ille qui foras mittitur, intus fit: & ille foris, qui intus retineri videtᷣ. Sed sit iam finis hui⁹ quinti capitis, nos Deo comite & auspice, ad caput sequens properabimus.

Super Leuit. Hom. 14.

Caput VI.

AVdet aliquis vestrum, habens negociū aduersus alterꝫ, iudicari apud iniquos, & non apud sanctos? An nescitis quoniam sancti de hoc mundo iudicabunt?

Absoluerat iam Apl'us negocium de fornicario siue incestuoso excōmunicando: aliud igitur nunc vitium Corinthiorū insectatur, quod & ipsum exterminare conatur. Est aūt hoc vitium, ꝙ frater fratrem, hoc est, Christianus Christianum apud gentilē iudicē reum ageret: quod quidē vsqꝫ adeo inconueniens Apostolo videtur, vt indignatione q̄dam motus, eis exprobret. Ait itaqꝫ: Audet aliquis vestrum, habens negocium aduersus alterꝫ, iudicari apud iniquos, & non apud sanctos? Iniquos, dicit Gentiles: Sanctos vero, chr̄ianos. Est autē sensus: Adeone obliti estis & frontis & honoris, vt vos non pudeat apud Ethnicos pro re pecuniaria contendere? Primū, impium est, sic hoīem auaritia victum altercari cum proximo. Secūdo peccatur, ꝙ hæc lis non componitᷣ amice. Tertio, ꝙ hanc ob friuolam rem iudicem quęrit. Postremo, ꝙ etiam gentilē iudicē adit. Sed vide obsecro, q̄ selectissimis ad hanc rem verbis Apl's vtatur. Chr̄ianos, sanctos vocat, vt q vel timore Dei ad iuste ferēdā sententiā adducuntᷣ: coram his aūt tutius iure agimus, qui causam habent cur recte iudicent. Porro illos iudices quos Corinthij adibant, non noīat gētiles, sed iniquos, vt qui aliàs Chr̄ianis male volunt, & iuris æquitatē minime curāt. Sed poterāt obijcere Corinthij: Vnde nobis alij iudices, qui has lites cōponere possint? Non

est eiusmodi, q̄d tam facile à quouis iudicari possit. Ad hanc obiectionem pertinet quod Ap̄lus subdit: An nescitis quoniam sancti de hoc mundo iudicabunt? Iam infert: Quid igitur maius est, vniuersum mundū iudicare, an inter duos tantum homines disceptantes discernere? Addit ergo Apostolus:

Angelos à nobis iudicādos, desertores angelos esse Tertul. docet, de pœnitentia: pag 487. & de Habitu muliebri. pag 511.

Et si in vobis iudicabitur mundus, indigni estis q̄ de minimis iudicetis? Nescitis quoniam angelos iudicabimus? quanto magis secularia?

Si per vos iudicabitur mundus, hoc est, infideles, indigni estis qui de minimis iudicetis? Quicq̄d illi infideles fecerint, hoc omne p̄ vos iudicabitur & condemnabit. & quō æquum est, vos ad illorū iudicia cōfugere? Nos tanti sumus, vt etiam angeli (malos hic angelos iuxta Theophylactum intellige) p̄ nos iudicādi sint, & nosmetipsos ipsi indignos reputam⁹ ad iudicandū de rebus quæ ad victū ptinent? Videte ergo q̄ magni nos simus iudice Deo, & q̄ oīno nostræ dignitatis nullā rationem habeamus. Hic aliquis quæret, q̄modo mūdus iudicandus sit per Chr̄i fideles. Sed hæc quæstio facile soluetur, si memineritis eorū quæ apud euangelistas sunt, in hūc modū: Viri Niniuitæ surgent in iudicio, ait Christus apud Matthæum, cum gn̄atione ista, & condemnabunt eam, quia pœnitentiam egerūt in p̄dicatione Ionæ. & ecce plus q̄ Ionas hic. Regina Austri surget in iudicio cū gn̄atione ista, & condemnabit eam, quia venit à finibus terræ audire sapientiā Salomonis: & ecce plus q̄ Salomon hic. Et in alio loco principibus sacerdotum dicit: Amen dico vobis, quia publicani & meretrices p̄cedēt vos in regnū Dei. Venit em̄ ad vos Ioannes in via iustitiæ, & non credidistis ei: publicani aūt & meretrices crediderunt ei: vos aūt videntes, nec pœnitentiā habuistis postea vt crederetis ei. Audis q̄m & Niniuitæ & Regina Austri iudicabunt Iudæos? Quid est, iudicabunt? Nihil aliud, q̄, iniustos ostendēt, & oēm illis excusationem adiment. Sic & Ioannes ille vere Chrysostom⁹ intelligit, cum sic verba eius habeant: Quando enim oībus eundē solem spectantib⁹, & eadem participantibus elementa, nos quidem credentes, illi in-

Quō sancti mundum iudicabunt.

Matth. 12.

Matth. 21.

fideles inueniantur, ad ignorationẽ confugere non poterũt. Accusabimus nanq; eos ex his, quę ipsi fecimus &c. Breuiter, fideles & pij homines, testimonio erunt ꝙ infidelibus non fi at iniuria, sed merito condemnentur, cum impietatis excusationem nullam habeant. Sic & nos dicimus: Hic testis illum condemnauit, **Der hat ihenen den halß brochen**, cum manife stum sit, hunc non tulisse sententiam capitis, sed suo testimonio tantum fuisse causam, cur Iudex sic tulerit sententiã. Puto apertum esse quod diximus. De angelis malis idem sentiendum est, quando eñ incorporeæ virtutes nobis q carnem induti sumus, inferiores reperiẽtur, grauius dabũt suppliciũ.

Secularia igitur iudicia si habueritis, contemptibiles q sunt in ecclesia, illos cõstituite ad iudicandũ. Ad verecundiã vestrã dico. Sic nõ est inter vos sapi ens quisq̃, q possit iudicare inter fratrẽ suũ, sed frater cum fratre iudicio contendit, & hoc apud infideles?

Sensus est, Forsan qspiã dicet neminẽ vestrũ sapientẽ esse, neminẽ sufficientẽ ad iudicandũ, sed contẽptibiles oẽs. Quid tũ, ait? Contẽptibiles igit illos q sunt in ecclesia, cõstituite iu dices, si secularia iudicia, hoc est, q̃ ad victũ & rẽ domesticam pertinent, habueritis. Hoc eñ tolerabilius esset, q̃ adire tribu nalia impiorũ. Quid Paule? Nunqd insipientibus res nostras iudicandas ꝓponemus? Non hoc volo, ait Apls, nec ex aĩo lo quor, q̃si velim contẽptibiles hoĩes cõstitui iudices, sed ad ve recundiam vestrã hoc dico, vt vos s. tam friuolæ excusationis & obiectionis pudeat. Sic non est inter vos ne vnus qdem sa piens, q possit iudicare inter fratrem suum? Tanta, inquit, inopia, tanta prudentiũ hoĩm inter vos raritas est? Adeo nullus est inter vos, qui tantum sapiat, vt de rebus tam leuibus arbiter sedeat, & inter duos Christianos litem finiat? Cum enim frater cum fratre litigat, nequaq̃ sapientia & grauitate opus est, cum affectus & cognatio multum faciat ad hanc contentionem soluendam. Sed frater cum fratre contendit, & hoc apud infideles. Multa, inquit, absurda perpetratis. Litigatis

&

& iure contenditis inuicē, cum oēs Chr̄iani sitis. Et cum huiusmodi lites vel contemptibiliū iudicio inter vos tolli possint, cumq́ꝫ sapientes multos inter vos habeatis, tñ apud iniq̄s & infideles vestra negocia agitis, sicq́ꝫ facitis nomē Chr̄ianorum male apud ethnicos audiri. Illa (dicent) fraterna illorum charitas, illa Chr̄ianorum modestia, hæc nimirꝫ egregia illa pax, de qua totos dies garriunt &c. Addit Paulus:

Iam quidem om̄ino delictū est in vobis, ꝙ iudicia habetis inter vos. Quare non magis iniuriam accipitis? Quare non magis fraudē patimini? Sed vos iniuriam facitis, & fraudatis, & hoc fratribus.

Multifariam, inquit, peccatis. Neqꝫ enim caret delicto, ꝙ etiam lites habetis coram Chr̄ianis arbitris. Sic enim conueniebat oēs pacem & charitatem colere, vt nulla foret causa, propter quam contenderetis inuicem. hoc enim cōgruebat professioni vestræ. Sed ait aliquis: Sed iniuriam hic mihi facit, vi q̄dam mihi mea auferens, & fraude doloq́ꝫ me vexat. Quid igitur mihi faciundū? Respondet Apl̄us: Præstabat & iniuriam & fraudē pati, q̄ sic litigare coram iudicibus & arbitris, qualesquales sint. Sed vos, addit Apl̄s, iniuriam facitis, & fraudatis, & hoc fratribus. Tantum abest, inquit, vt Chr̄iana mansuetudine dānum aut iniuriam impune feratis ab aliis, vt ipsi vltro alios afficiatis iniuria, vltro fraudetis ac circunueniatis alios, non incredulos tm̄, verū etiā religionis consortes germanos. De triplici ergo crimine eos agit reos, ꝙ nesciunt iniuriam æquo animo perferre, sed aliis inferunt. tertium, ꝙ iniquis iudicium de his permittunt. Hæc est enim voluntas Dei, alibi ait, ne quis opprimat aut fraudet in negocio fratrem suum. Ex his iam p̄dictis Anabaptistæ, qui nusq̄ non cœlū terra miscent, hanc q̄stionem mouent: Num liceat homini Chr̄iano iure agere? Ipsi certe cōstantissime pernegāt, & hæc Pauli verba adducunt, cum dicit: Iam oīno delictum est in vobis, ꝙ iudicia habetis inter vos. Et in euangelio audimus dn̄m sic dicentē: Ei, qui tecum voluerit iudicio cōtendere,

[Margin: 1. Thes. 4.]

[Margin: Anabaptistarum impietas & stultitia.]

dere,& tunicã tuam tollere,dimitte ei & pallium. His armis CAP.VI.
vtuntur Anabaptistæ aduersus Magistratum, quẽ pro Christiano non agnoscũt.Nos paucissimis hanc quæstionẽ absoluemus. Matth. 5.
Et primo quidem optandũ foret summis votis,vt sic coaluisset Christiana charitas inter eos qui Christiano cẽsentur nomine,ne esset opus vllis iudicibus, qui dirimerẽt & sedarent lites & contentiones. Verũ cum vix centesimus quisq; suo nomini respondeat, sed nemo non fratrẽ suũ circunuenire velit,perpetua itẽ sit inter fratres discordia:summa necessitas postulat,vt sit & magistratus,& sint iudicia.Quãdoquidem ergo nõ oẽs sumus quales esse cõuenit, necesse est vt habeamus quo carere non possumus. Si multas haberemus opes,nimirũ essemus diuites.Si multã eruditionẽ, docti nimirum essemus. Sed iam non conuenit ita colligere,ergo nobis nihil laborandũ, nihil studendum.Si alas haberemus,volare possemus:quandoquidẽ vero alas non habemus,pedibus ad incedendũ opus est. Alio simili rem aperiemus: Deus lege p̃cepit,ne cõcupiscamus,aĩoq; simus prorsus candido,& om̃i affectu atro carente. Iam si homo sit tali aĩo imbutus,& à cõcupiscentia alienus,non opus habet alijs legibus. Atqui alias quoq; leges huic affixit, quia non nesciuit imbecillitatẽ nostram,& q̃ concupiscentes simus rerum malarũ. Affixis ergo legibus cauere voluit,ne delictum hoc & imbecillitas humana erumperet in iniuriã & scelus manifestarium. idcirco addidit:Ne occidas,Ne furtum facias,Ne falsum testimonium dicas. Id est,Etenim non concupiscendum erat,si qs voluntati Dei satisfacere vellet:cæterum cum id non fiat, proximum est,vt concupiscentia ex imbecillitate oborta,reprimatur,ne cuiquam noceat.Sic ad propositum nostrum, delictum quidem est & imperfectum quoddã, q̃ iudicijs opus habemus:hoc est,malum est litigare, contẽdere, & iniuriam proximo inferre:sed iudicem esse, & causas cõtentionis tollere,malum esse nequit. Breuiter: Sicut licet vti defensione armati magistratus, ita licet vti auxilio magistratus togati. Et sicut Euangelium non tollit leges & politicas ordinationes,ita nec tollit hãc defensionem ciuilis societatis, videlicet

accuſationẽ & iudicia, modo videat accuſaturus, vt quærat defenſionẽ, nec afferat in iudiciũ odium, fraudẽ, & calũnias. De reo non dubium eſt, quin reſpondere debeat, quia cogitur mandatō magiſtratus venire in iudiciũ: & certe mentiri non debet, ſed ſi quam habet veram defenſionẽ, proponere debet. Summa, ſi magiſtratus à Deo ordinatus eſt, & ad magiſtratum pertinet vel gladio vel iure innocentes defendere, noxios punire, iudiciũ adire per ſe nunq̃ impium erit. Porro ſicut ſubditi eſt qui ius petit, om̃es prauos affectus exuere: ita & magiſtratus eſt, innocentes ab iniuria calumniatoris defendere. Ad ſententias quas nobis Anabaptiſtæ obijciunt, breuiter dicimus, Chriſtum nihil aliud voluiſſe ſuis vel præceptis vel conſilijs, quàm priuatam vindictam interdicere. Quod vero magiſtratum per ſe vituperarit, nuſquam legimus, ſed omnino diuerſum. Sufficiant hæc ſuper hac quæſtione. diximus enim hac de re in cap. Matth. quinto, etiam nonnihil. Apertum eſt, quid Apoſtolus in Corinthijs vituperarit, cum concludit, ipſos etiam fratres fraudare & iniuria afficere. Ad ſequentia procedamus.

An neſcitis, quia iniqui regnũ Dei non poſſidebũt? Nolite errare. Neq; fornicarij, neq; idolis ſeruientes, neq; adulteri, neq; molles, neq; maſculorũ cõcubitores, neq; fures, neq; auari, neq; ebrioſi, neque maledici, neq; rapaces regnũ Dei poſſidebũt.

Quid oportet multis demonſtrare veſtrum defectum? inquit: An neſcitis quia iniqui regnum Dei non poſſidebunt? Nolite errare. Non ſatis eſt, tinctos eſſe aqua: nõ ſatis eſt, inſitos eſſe Chriſto, niſi tota vita reſpõdeat doctrinæ Chriſti. Ideo à mundo exempti eſtis, vult dicere, ideo coaptati eſtis in corpus Chriſti, vt poſthac integritate vitæ Chriſto capiti reſpondeatis. An illud vos fugit, q̃ iniuſte viuentes, quamlibet baptizati, excludendi ſint ab hæreditate regni cœleſtis? Nemo ſeipſum ſeducat. Neque ſcortatores, neque ſimulacrorum cultores, neque adulteri, neque molles, qui velut

cuira-

euirati, prodigiosæ libidini inseruiunt, neq; qui masculis mulierum vice abutuntur, neq; fures, neq; auari, neque ebriosi, neq; maledici, neque qui per vim inuadunt aliena, consortes erunt regni Dei. Nihil proderit nouus titulus, si vita veteribus vitijs sit inquinata, immo Christus his vertitur in occasionem grauioris damnationis. Ad Galatas etiam enumerat huiusmodi vitia, & addit: Prędico vobis, sicut & prędixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non possidebũt. Et tñ Corinthij & Galatæ Christiani fuere. Porro Christianismus his sceleribꝰ inquinatus, non potest regnum Dei hæreditare. Ad Hebræos scriptũ est: Fornicarios & adulteros iudicabit Deus. Et in Apocalypseos lib. legimus: Non intrabit in cœlestẽ illam ciuitatem aliquid coinquinatũ. In Psalmo item q̃rtodecimo legimus, qui intraturi sint tabernaculum Dei, & habitaturi in monte sancto eius. Qui ingreditur sine macula, & operał iustitiã &c. Nec mireris ꝙ Apl̃us tam scelestis hoĩbꝰ regnum Dei deneget, cum suprà dixerit eos indignos q̃bus cum viuat vere Chr̃ianus. Et scio hos sermones Pauli, multis videri æquo duriores, sed nos contra veritatẽ nihil possumꝰ. Pauli verba non patiunł vel vim vel fucũ. Sententia est, Neq; fornicarios, neq; adulteros, neq; idoloꝶ cultores, neq; qui virilis cõditionis in luxuriando obliuiscunł &c. possessuros regnũ Dei. Sed fortassis non plurimũ mouet, ꝙ adulteris & cæteris impuris hoĩbus regnum Dei negat. Adulter eñ habet domi quo satiet suam libidinem. Sed simplex fornicatio multis videtur leuicula res, cum nefandissimũ sit scelus, quemadmodum & D. Apl̃us infrà clarius aperiet. Et furtum quibusdam tam leue peccatum videtur, vt indignum sit supplicio. Ad furtum porro pertinet, quicq̃d hoc est quo circũuenił & fraudatur ꝓximus. Tales itaq; partem in regno Dei non habebunt. Auaris non mirum est occludi regnum cœloꝶ, cum radix omnium malorum sit cupiditas. Quid enim non tentat auarus, donec voti compos fiat? Deum maledicit, eiusq; dispensationem calumniatur, acsi impie sua dona distribuat. Ditioribus hominibus inuidet, pauperes abominatur. Vt sitim auream impleat, nec patri nec matri parcit. Nunquid

Gal. 5.

Heb. 13.

Apo. 21.

 igi-

igitur talem, qui oẽs charitatis leges transgredit̃, super angelorum choros collocemus ad Dei filium, qui in terris non habebat vbi caput reclinaret? Regnum Dei non possidebit. Lata est sic sentẽtia. Sed q̃d de ebriosis dicemus? Quis credidisset tale crimen esse ebrietatem, vt huius gratia homo condemnaretur? Et tñ inter illos epulones magna est beneuolentia: & quicq̃d vorãt, duplo soluũt. Ditiores eñ huic maxime student. Selectissimi item vigiles sunt, cum per totam noctẽ suis vicinis qetem inuidẽt. Hæc & similia Apl's non curat, sed ait, tales non intraturos regnum Dei. Et apud Esaiam legimus: Væ qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandã, & potandum vsq; ad vesperã, vt vino æstuetis. Et iterum: Væ qui potẽtes estis ad bibendũ vinum, & viri fortes ad miscendą ebrietatem. Porro non miraberis tantam pœnam ebrietati p̃scriptam, si memineris quę mala subinde ebrietas pariat. Postremo, qui conuicijs alienam vitam insectant̃, item qui vi aliena bona inuadunt, etiam regni Dei exortes censent̃. Sed ait hic quispiam: Terribile hoc verbum est ab Ap'lo dictum. Si huiusmodi criminũ sectatores partem non habẽt in regno Dei, ergo qui semel in aliquo horum deliquit, huic iam desperanda est salus? De hoc statim audiemus, si tm̃ hoc admonuerimus, ꝙ singulũ vitium excludit à beatitudine, ne quis dicat, sibijpsi blandiẽs, Ego non sum his vitijs irretitus. Etsi eñ sim ebriosus, tñ non sum adulter, non sum scortator, (q̃uis hæc vox ab ebrietate sit) non sum fur &c. Non eñ ait hic Ap'lus, Qui hæc oĩa simul habuerint vitia, regnum Dei non possidebũt: sed neq; hi, neq; illi, vt singulis hoc subaudias, ꝙ nulli horum regnum Dei possidebunt. Ad proximam q̃stionem iam mox ex Pauli verbis respondebimus. Præmissis eñ subiũgit:

Esa. 5.

Augusti. cõtra Donatistas li. 4. ca. 19. & 20.

Et hæc aliquãdo fuistis quidem, sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis, in noĩe dñi nostri Iesu Christi, & in spiritu Dei nostri.

Sic ego iam infero: Ergo si abluti estis, sanctificati & iustificati in noĩe dñi nostri Iesu Christi &c. iam participes estis regni cœlorũ. Vide quo Pauli oratio sese extendat. Duobus argu-

CAP.VI.

argumentis adhortatur D. Aplus Corinthios ad vitæ synceritatē: metu pœnarū, & respectu acceptorū bnficiorū. Oportebat primū oīm Chrianam meditari vitā, qa iniqui regnum Dei non possidebunt. Et vos Corinthij in horum sorte eratis olim, alieni à regno Dei: sed misericordia Dei eo pducti estis, vt consortes sitis regni cœlestis. Abluti enim estis lauacro regnationis, & sanctificati estis gratia spūssancti, & tanq̄ iusti suscepti, q eratis oīs iustitiæ expertes. & hæc oīa non homini acceptum ferenda veniunt, sed Deo. In noīe siquidē dñi nostri Iesu Christi, & in spū Dei hæc oīa facta sunt. Vestrum igitur erit, vult Aplus dicere, ne retrorsum relabamini, ne vosmetipsos oībus bonis per Christi nomen acceptis, spolietis. Rom. 6.
Sic & alibi Aplus dicit: Si mortui sumus peccato, quomodo post hac viuemus in illo? & iterum: Liberati à peccato, serui facti estis iustitiæ. Et Petrus: Sat nobis est, q anteacto vitę tēpore voluntatē gentiū patrauerimus. Breuiter: Vera est sententia qua Aplus dicit, Iniquos illos regnum Dei non possessuros. Sed nō minus verum est, q̄d ad Romanos dicit: An diuitias bonitatis eius & patientiæ & longanimitatis contēnis? ignoras qm̄ benignitas Dei ad pœnitentiā te inuitat? Corinthij idololatrę erant, & oībus iniquitatib⁹ cōmaculati: sed in baptismo illa peccata oīa ipsis condonata sunt, & reddita illis multifaria bona. Verum illi Christi beneficiorū obliti, ad pristina vitia relapsi sunt: nec tñ desperādū illis venit, potest & huic morbo adhiberi medicina, ne sit lœtiferus. Nec necesse est adire rursus baptisma. habet ecclesia aliud pharmacum quo huic morbo mederi potest, pœnitentiā s. longe salutiferum sacramentū, & peccatorū resipiscentiū salutis fidissimam ancoram. Hæc Magdalenam curauit, hæc Petri tres negationes abstersit: nullusq; morbus tam grauis, quin si hanc adhibueris, curabitur. Sed hac de re aliàs copiosius.

1. Pet. 4.

Rom. 2.

Oīa mihi licēt, sed nō oīa expediūt. Oīa mihi licent, sed ego sub nullius redigar potestate.

Varia est huius loci expositio, prout varij & multi sunt interpretes. Planum certe est, vereq; constat, hæc ipsa Pauli

verba non poſſe vniuerſaliter accipi,cum dicit:Omnia mihi licent,ſed non oĩa expediunt.Quicq̃d enim Dei p̃cepto p̃hibitum eſt,hoc infringere nemini impune licet. fornicari igitur,inebriari,auaritia teneri, & cætera huiuſmodi, ſicut reliquis non licet, ita nec Apoſtolo. Quærendũ igitur, q̃d Ap̃lo ſit licitum,neq; tñ expediens. D.Ambroſius exiſtimat paraſceuen,hoc eſt,p̃parationem eſſe ad ea quæ infrà dicturus eſt cap.8.9.& 10.Decimo eñ capite rurſum audiemus Apoſtolum dicere:Omnia mihi licent,ſed non oĩa expediunt. Sic ergo intelligendũ venit:Omnia mihi licent,ſ. quæ alijs apoſtolis licent, ſed non oĩa expediunt. Oĩa mihi licent,quæ alijs apoſtolis,ſed ego ſub nullius redigar poteſtate. Sed quę ſunt Paulo licita cum reliq̃s Ap̃lis? Cibũ ſumere ab his q̃bus p̃dicabat Euangeliũ,cuius rei mẽtionẽ infrà facturus eſt, ſicut iam diximus. Vult ergo Ap̃lus dicere:Nullus me vetat vti eodem iure,quo cæteri vtunt̃ Ap̃li. Sed fortaſſe nõ ſemp̃ expedit vobis,vt vtar meo iure.Qui veſtro cibo viuunt,qui vobis expilant, velut empti veſtra munificentia, non audent libere vos admonere turpitudinis veſtræ, ne offenſi, commodum alio conferatis. Mihi q̃dem ius erat grauare vos ſumptu, ius erat mercedẽ accipere operæ inſumptæ, p̃ſertim quũ plus laborarim q̃ ali⁹ q̃ſq̃.Non deerat mihi poteſtas hęc agẽdi,ſed nolui cõmittere,vt vtens hac poteſtate, redigerer ſub alienã poteſtatem,& cuiq̃ veſtrũ deuinctus viderer,quo magis vobis liqueret,& ſi quid doceam,me veſtrum,non meum agere negocium: & ſi obiurgem vos,patienter audire debere. Hæc fere ſumma ſcientiæ & expoſitionis D.Ambroſij,quem libenter hoc loci loquimur,cum ex continenti textu intelligamus Apoſtolum de cibo hic verba facere.Sequitur enim:

Eſca ventri, & venter eſcis: Deus aũt & hunc & has deſtruet. Corpus aũt non fornicationi,ſed dño, & dominus corpori. Deus vero & dñm ſuſcitauit, & nos ſuſcitabit per virtutem ſuam.

Vult dicere Ap̃lus:Scio q̃dem ꝙ citra cibum naturaliter perſi-

CAP. VI.

persistere non possum: sic enim à Deo ordinatum est, vt esca seruiat ventri, & venter dedicatus sit cibis. Escæ in hoc sunt à Deo creatæ, vt corpus hoīs confirment: sed & ipsum corpus humanum escis indiget, necessitatem ergo nemo prohibet. Sic tñ interim edamus, vt meminerimus ꝙ Deus & ventrem & escas destruet. Equidem non ideo viuimus, vt edamus & bibamus: sed ideo edim⁹ ac bibim⁹, vt viuamus. Paucis quidē natura cōtenta est. Possent iam Corinthij cum Ioniniano obijcere: Et corpus ad coitum creatum est. Quod si illicit⁹ est huius vsus, vt quid Deus illud sic disposuit? Addit ergo Apl's, dicēs: Corpus aūt nō fornicatiōi, sed dño, & dñs corpori. Corpus in hoc destinatum est, vt seruiam⁹ dño, non spurcæ libidini: & dñs non destituet corpus, q̊ minus habeat necessaria. Neq; sic perit corpus, quēadmodū esca perit. De⁹ qdem & corpus & escā destruet, sed impari modo. Escæ sic destruent, vt illis posthac nihil indigeamus. Corpus vero sic destruetur, vt in melius mutetur. Oportet enim, ait alibi, corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem. Dñs enim per virtutem suam nos excitabit, vt ꝑpetuo adhęreamus dño nostro Iesu Chr̄o, tanq̄ germana membra veri corporis. Obseruādū hic est, anteq̄ vltrà progrediamur, qbus argumentis Apl's q̄si tacite ab immūditia dehortat, cū ait: Oīa qdē mihi licēt, sed non oīa expediūt. Si iā inter licita nō oīa expedit facere, q̄to minus illicita fieri debēt? Deinde vt oēm crapulā aboleat, admonet corp⁹ caducum esse & mortale: quod si etiam magno sumptu alatur, tñ destruendum esse. Sic ergo corpori seruiendum, vt in resurrectione suo corpori, Christo scilicet, perfecte adglutinetur. Addit præcedentibus Apostolus: 1. Cor. 15.

Nescitis quoniam corpora vestra membra sunt Christi? Tollēs ergo membra Christi, faciam membra meretricis? Absit.

Prima sentētia & ad resurrectionē & ad scortationē facit. Propterea eñ resurgem⁹, qa corpora nr̄a mēbra sūt Chr̄i. Et ꝑpterea sumope fugiēda venit scortatio, qa corpora nr̄a mēbra

bra sunt Christi. Et suprà audiuimus, Templũ Dei sanctum est, quod estis vos. Quod autẽ hic dicit, Absit vt quis tollens membra Christi, faciat membra meretricis, etiam rationem habet ex his, quę suprà de templo dixerat: Si quis templũ Dei prophanauerit, disperdet hunc Deus. Sed ad sensum Apostoli: An nescitis, inquit, qm̃ corpora vestra membra sunt Christi? Ignoratis ne quãta dignitate Christus vos vestraq́ꝫ corpora honorarit, vt ipsi per baptismum insiti sitis, tanq̃ vera membra vero corpori, sic adglutinati, tanq̃ palmites viti? Indecorum igitur est, nos sic ingratos esse erga Deum, & sic iniquos erga nosmetipsos, vt quod nobis Deus contulit, dehonestemus, & nostrapte sponte nobisipsis iniuriam faciamus. Eramus natura filij iræ, & fecit nos filios Dei: eramus mẽbra satanæ, cui & seruiebamus, & fecit nos mẽbra Chr̃i. Nos aũt sponte & nostra ducti malitia, excidimus à tanta dignitate, vt malim⁹ esse mẽbra vilissimi scorti, q̃ agni immaculati Iesu Christi. Quo supplicio digna tanta malitia? An ne honorabilius & tutius est, vnitum esse cum ipso Christo seruatore, q̃ cum satanę fœdissimo membro? Qualis deinde gratitudo est, immo qualis contemptus est, acceptum thesaurum, acceptam gratis margaritam, in lutum proijcere? Et certe peius facit, qui ex mẽbris Christi, membra meretricis facit. Corpora vero nostra, membra sunt Christi.

An nescitis quoniã qui adhæret meretrici, vnum corpus efficitur? Erũt, inquit, duo in carne vna. Qui autem adhæret domino, vnus spiritus est.

Posset alicui videri, quasi finistre ratiocinetur Apl'us, cum dicit fornicarium ex membris Christi, membra putidissimi scorti facere. Vt igitur dicta sua confirmaret, rem ipsam illis iudicandam proponit, dicens: Putatis ꝙ inepte collegerim? Nonne qui adhæret meretrici, vnum corpus cum hac efficitur? Eiusdem censentur criminis, & neuter sui corporis potestatem habet. sed vir potestatem mulieris, & mulier potestatem viri. Corpus igitur quod prius Christi fuit mẽbrum, iam mancipiũ est scorti, immo satanæ. Nec mea hæc est opinio,

nio,ait Apoſtolus,ſed in ſacris literis legimus: Erunt duo in carne vna. Sicut ergo legitima viri & mulieris cõmixtio facit,vt qui duo ſunt,vnus cenſeatur:ita & in nefario coitu nõ duo cenſent hoĩes,ſed vnus,cum neuter ſui iuris ſit,ſed alter alterius. Addit Apoſtolus: Qui aũt adhęret domino,vnus ſpiritus eſt. Hoc cum verum ſit in ſpũalibus,in carnalibus certe non poteſt non habere locum. Quid aũt eſt adhærere Deo? Nihil aliud,q̃ Deum ex toto corde diligere,in omnibus voluntatem ipſius perficere. Sic homo dicitur adhærere homini,qui nihil vel cogitat,quod nouerit alteri nõ placere. Sic in Deuteronomio legimus: Diligas dominum Deum tuũ,atq; obedias voci eius,& illi adhæreas. Et Pſalmo 72. audim⁹ Dauid,dicentem: Quid enim mihi eſt in cœlo? & à te quid volui ſuper terram? Defecit caro mea & cor meũ. Deus cordis mei,& pars mea Deus in æternum. Quia ecce qui ſe elongãt à te,peribunt: perdidiſti omnes qui fornicantur abs te. Mihi autem adhærere Deo bonũ eſt,ponere in domino Deo ſpem meam. Ex his certe minime obſcurum eſt,quid ſit adhærere Deo,& vnum eſſe cum ſpiritu Dei. quod certe Chriſtus nobis omnibus optauit à patre,dicẽs: Pater,ſerua eos in nomine tuo,q̃s dediſti mihi,vt ſint vnum,ſicut & nos.

Deut. 30.

Iohan. 17

Fugite fornicationem. Omne enim peccatum quodcunq; fecerit homo, extra corpus eſt: qui aũt fornicatur,in corpus ſuum peccat.

Non dicit Apoſtolus: Cauete vobis à ſpurca libidine,ſed fugite ipſam. Cætera enim vitia reſiſtendo vincuntur,hoc vero fugiendo vincitur. Oportet igitur,vt de hoc abominabili vitio,neq; cogitemus,neq; loquamur, neque alios loquentes audiamus. Cum enim homo de hoc loquitur, vel cogitat,vel alios audit,vix purus hinc diſcedit. Recte ergo Paulus dicit: Fugite fornicationem,tanquam peſtem aliquam, ſcilicet,ne corpus veſtrum occupet. Et addit rurſus nouam rationem, quare fugienda ſit. Omne enim,inquit, peccatum, quodcũq; fecerit homo, extra corpus eſt: qui autẽ fornicatur, in corpus ſuum peccat. Cætera enim peccata,etſi per corpus com- Auguſt.

mittantur, non tamen animum humanū concupiſcentiæ car nali ita efficiunt obſtrictum & obnoxium, quemadmodum in ſolo opere fornicatiõis corporalis. Commiſceri facit animum vis agens libidinis cum ipſo corpore, & vnū cum ipſo agglutinari & deuinctū eſſe, in tantū, vt nihil aliud ipſo momento huius tā magni flagitij, cogitare homini liceat aut intendere. Breuiter, hoc ipſum facinus ſceleſtiſſ. & animā noſtram, & corpus noſtrū, q̊d mẽbrū Chriſti debet eſſe, cõſpurcat. Et cū corpus deberet ſequi animū, ipſe animus à corpore vincitur ſic, vt minus ſit q̃ ſeruus corporis: immo animus ipſe iam captiuus eſt, nihil cogitat, nihilq́ꝫ nouit, nec aliquid iam hominis habet homo præter effigiẽ. Hoc ipſum & gen-
Pſal. 31. tiles nouerūt, & ſacer propheta nobis exprobrat, dicẽs: Nolite fieri ſicut equus & mulus, quibus non eſt intellectus. Nec
Hiero. Amando to. 4. pag. 60. actus tantū hoĩem facit bruteſcere, q̊d alia ſcelera nõ faciunt, ſed & in alio differt à cæteris ſceleribus. Omne em̃ peccatū, verbi gratia, furtum, homicidium, rapina, periurium, & cætera his ſimilia, poſt factū pœnitudinem habent: & licet inuitet lucrum, tamen mordet conſcientia. Voluptas ſola ac libido, etiā in ipſo tempore pœnitendi, præteritos ſtimulos patitur, & titillationem carnis, & incentiua peccati, vt per hæc quæ corrigi cupimus cogitãtes, rurſum ſit materia delinquẽdi. Sufficiant hæc ad præſentem cauſam. Innocentum aures plura non patiuntur. Sequitur continenter:

An neſcitis quoniam membra veſtra templum ſunt ſpiritus ſancti, qui in vobis eſt, quem habetis à Deo, & non eſtis veſtri?

Aliam & ſatis magnam adfert rationẽ, quare maxime nobis fugiẽda ſit fornicatio, nimirum hanc, ꝙ membra noſtra templum ſunt ſpũs ſancti, qui in nobis eſt, quem & à Deo habemus, & ꝙ iam non ſimus noſtri iuris. Corpus, inquā, noſtrum non dehoneſtandum eſt, quia maximo honore à Deo decoratum eſt. Neq; enim ſolum habitaculū eſt & carcer animæ, quæ ad Dei imaginẽ facta eſt: neq; ſolū eſt receptaculū eſcarū, ſed conſecratū eſt vt ſit templum ſpũs ſancti, q etiam non

 CAP. VI.

non dedignatur illud inhabitare, sed iam in nobis est. Cauen dum igitur, ne ipsum, prophanando templum suum, ad iracundiam prouocemus. Porro hunc sanctiss. hospitem non habemus à nobismetipsis, sed Deus nobis hũc donauit, quem nemo alius dare potuit. Quod vero spũssanctus in his sit, qui regñationis lauacro tincti sunt, ex multis scripturarum sanctarum locis apparet. In Romanis ait Apl's noster: Charitas diffusa est in cordibus nr̃is p spm̃sanctũ q datus est nobis. Et rursum: Cũ aũt benignitas & humanitas apparuit saluatoris nr̃i, nõ ex opibus iustitię q̃ fecim⁹ nos, sed secũdũ suã misericordiã saluos nos fecit, p lauacrũ regñationis & renouatiõis spũssancti, quẽ effudit in nos abunde p Iesum Chr̃m saluatoremnostrum, vt iustificati gratia ipsius, hæredes simus secundum spem vitæ æternæ. Et paulo superius dixit Corinthios ablutos, sanctificatos & iustificatos, in nomine domini nostri Iesu Christi, & in spiritu Dei. Quod vero ait, Et non estis vestri, probat cum continenter addit: Rom. 5. Tit. 3.

Empti em̃ estis precio magno. Glorificate & portate Deum in corpore vestro.

Emptio ergo hæc in causa est, quo minus simus nostri iuris. Ius emptitij corporis penes emptorem est. id qui alienat, aut qui secus tractat, quàm ex arbitrio domini, iniurius est in eum, cui debet seipsum. Sed quo precio empti sumus? Audi diuum Petrum, Apostolorum verticem: Scitis fratres, inquit, ꝙ non corruptibilibus auro vel argento redempti estis de vana vestra conuersatione paternæ traditionis, sed precioso sanguine quasi agni immaculati Iesu Christi. Ad quid nos emit? Vt glorificemus, inquit, & portemus Deũ in corpore nostro: Non vt libidini seruiamus, non vt sub satanę militemus signis: ab huius siquidẽ tyrãnide nos liberauit atq; redemit. Hũc satanã, puto, in baptismo abiurauimus, in noĩe vero Chr̃i iurauimus, & sacramento nos adstrinximus. Hũc ergo, satana & oĩb⁹ põpis suis valedictis, glorificem⁹ & portemus in corpore nostro. Ad hoc adhortatur nos Apl's, cũ ad 1. Pet. 1.

Romanos scribit: Liberati à peccato, serui facti estis iustitiæ.
Rom.6. Humanum dico, propter infirmitatē carnis vestræ. Sicut em̄ exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatē, ita nunc exhibete membra vestra seruire iusti-
Ephe.4 tiæ in sanctificationē. Et Ephesiis: Hoc aūt dico & testificor in dn̄o, vt iam non ambuletis, sicut & gentes ambulant in vanitate sensus sui, obscuratū habētes intellectum. Et ad Thess.
1.Thes.4. Non em̄ vocauit nos Deus in immūditiā, sed in sanctificationem. Huiusmodi multa vbiq; inuenire est in Paulinis literis, quæ hic recensere longū esset. Obseruandū hic diligēter, quod Apl'us dicit, Corinthios, hoc est, Chr̄ianos, non esse sui iuris, cum & gentes etiam non sint sui iuris, vt qui habent & vitam, & quicqd possident, ex Dei beneficio. Hinc hunc nodum sic soluit Chrysostomus, vt dicat Christianos & natos & renatos. Primū creatos, deinde cum mortui sumus peccatis, in baptismo regn̄atos: Gentiles porro tm̄ creatos. Quāto igitur potiora à Deo accepimus q̄ gentiles, tanto maiora illi rursum debemus. Non ergo poterat Apl'us Corinthios potiori argumento à vitijs dehortari, q̄ cum meminit redemptionis, & q̄ magno precio empti sint. Quis enim audiens huiusmodi malum esse peccatum, vt solo Christi sanguine aboleri potuerit, non exhorrescat, peccatorē se esse cognoscens? Quis deinde non amaret Deum, cum audit ipsum sola misericordia ductum, sola dilectione motum, vt ad expianda nostra fœdissima crimina, suum vnigenitum filium tradiderit in mortem? Cæterum hæc ordine prosequi, non est hic nostri instituti. Iam aggredimur caput septimum.

Caput VII.

DE quibus autem scripsistis mihi, Bonū est homini mulierem non tāgere. Propter fornicationem autem vnusquisq; suam vxorem habeat, & vnaquæq; suum virum habeat.

Iam absoluit Apl'us negocium om̄e de scortatore impuden-

CAP. VII.

dentissimo, multis argumentis ostendēs, q̄ graue sit flagitium fornicationis apud Deum, etiam si vel clam fiat, vel ad publicum scelus conniueant hoies. Aggreditur igitur aliud negocium, de quo sciscitatus fuerat à Corinthijs, de matrimonio s. viduatu, cœlibatu, & virginitate disputaturus, sicut audiemus. Pulcherrimo vero ordine procedit, cum ante disputasset de coitu illicito, iam disputationem de licito, immo & debito, orditur. Porro nos continuo textum aggrediemur. Inquit ergo: De qbus aūt scripsistis mihi, sic s. res se habet. Q. d. Quæ mihi à familia Chloes, de intestina vestra contentione annunciata sunt, absolui: Quæ ipse p̄sens meo spū vidi, quęve aliorum relatione intellexi, exequutus sum: iam quę ipsi à me sciscitati estis, expediā. res ergo se habet ad eum modū &c. Cæterum vt rem intelligatis, Corinthij q̄sierant, vtrum post fidem Chr̄i, cœlibes esse deberent, & continentiæ causa, quas habebant vxores, dimittere: an si virgines credidissent, inirēt matrimonia. Et cum e duobus Ethnicis vnus credidisset in Chr̄m, vtrum iam credens, relinqueret non credentē. Et si essent ducendæ vxores, Chr̄ianas tm̄ iuberet accipi, an & ethnicas. Videamus igitur quid ad hæc Paulus rescripserit. De qbus aūt scripsistis mihi, Bonum est homini mulierē non tangere. Ad oīa absolute respondet, bonum esse homini mulierem non tangere. Hoc est, optandum foret, vt hoīes oēs iam possent in totum à mulieribus abstinere. Neq; tn̄ hoc dicit, quasi per se malum sit ducere vxorem, vel nubere: sed tm̄ hoc dicit, quod optabilius est. Quū vero sic se res habeat humana, vt nequeant oēs & singuli continere, audi quid adiungat: Propter fornicationem aūt vnusqsq; suam vxorem habeat, & vnaquæq; suum virum. Apertū est, quid velit Paulus. Tanta sunt incōmoda matrimonij, vt merito quis illa effugere cupiat. Verum qui matrimonij incōmoda sic fugit, vt interim scortetur, amarum potum recusat, & venenum pestiferū lœtiferumq; bibit. Matrimonij enim incōmoda tm̄ corpori nocent, fornicationis vero malum in p̄cedenti cap. audiuimus. Igitur qui matrimonij inquietudines effugere velit, in totum abstineat à mulieribus: q si hoc proximū facere non potest,

Vide D. Hieronymum cōtra Iouinianum lib. 1 pag 9.

Quid Corinthij à Paulo quæsierint.

certe necesse est, vt matrimonio se committat, magis eligendo difficultatem aliquam, quàm summā perniciem. Præstat enim hic in præsenti, multis curis & anxie familiam alere, q̃ libere hic scortari, & deinde æterno igne cruciari, vnd die fry haut in der hellen glut rösten. Certe hoc seculum, etiam si crebérrimæ sint nuptiæ, tamen q̃ plurimos habet, qui cōsiderantes matrimonij incommoditates, honestas nuptias fugiunt, vt possint libere scortari. Et, quod dicere debeo, sic excæcat diabolus suos scortatores, vt vitando incommoda sanctissimi matrimonij, longe difficilimo oneri & importabili iugo sese committant. Hinc prouerbium natum: Scortatores etiam Carthusianis duriores agere. Sed nolo hunc latissimum campum perambulare. Votum Pauli est, Bonum est homini mulierem non tangere. Verum cum hoc optare possit, dare non possit, addit præceptum, vt qui continere non possit, matrimonium ineat, ne parum feliciter, quod est optimum, affectans, per occasionem in deteriora prolabatur. Sed audiemus rursum Apostolum nostrum.

Vxori vir debitum reddat, similiter autem & vxor viro. Mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir: Similiter autem & vir sui corporis potestatem non habet, sed mulier.

Vide super hac re Clemētis epistolā 3. pag. 162.

Postq̃ semel sunt sociati coniuges, non licet vni vt se contineat sine volūtate alterius, sed debitū cōpari reddere cogit, ne q incontinēs est, cadat in adulteriŋ dānabile flagitiū. Acceptabilis est aūt Deo sola cōtinendi volūtas eius, q cōtinētiam seruare vellet: sed ꝑpterea debitū reddit, ne cōiunx peat. Inquit ergo Apl's: Vxori vir debitū reddat, & vxor viro. Et addit causam: Mulier sui corporis potestatē nō habet, s. vt tradat illud aliŋ viro, vel cōtineat se: sed in viri eius potestate est corpus eius. Idipsum & de corpore viri sentiendū, q non pōt sui copiā vxori negare, vel alteri mulieri facere. Porro de hoc matrimoniali debito, nolo hic plura dicere, tū ob pias innocentū aures, tū etiā ob nequitiā huius seculi. Quid eñ (obsecro) tā cādide, tā circūspecte dici pōt, q̊d nō neq̃s, hoīes alio

Vide August. de bono cōiugali. cap. 6.

torqueāt? Apta est hæc sentētia: Vxori vir debitū reddat, similiter & vxor viro. Hac tñ in re semp cogitādū, maritos eē, nō fornicarios: hoīes esse, nō aīalia bruta: Chrianos eē, nō impuros gētiles, vt s. in oñi re modestia non exulet. Prudēs hic multa ꝑtereo. Inuenitur eñ vterq;, & maritus & vxor, in debito vel soluendo vel petendo delinquere aliqñ. Sequitur: 1. Thes. 4.

Nolite fraudare inuicē, nisi forte ex cōsensu ad tēpus, vt vacetis oratiōi: & iteꝝ reuertimini in idipm, ne tentet vos satanas propter incōtinentiā vestram.

Quid hoc significat? Nolit, inqt, vxor inuito viro, & vir inuita vxore cōtinētiā seruare. Nam si alter inuito altero se continet, fraudare est. Quod si vterq; in cōtinētiā cōsenserit, iam neuter possit queri se fraudatū. Cæteꝝ vt rē meli⁹ intelligatis, olim in primordijs nascētis ecclesiæ, maior erat ꝑcandi & ieiunādi ī Chrianis ardor, & q̄ Dei sunt, maiori studio ꝑficiebāt. Hic interdū ad exēplū Chri ꝑnoctabāt in oronib⁹, & aliqt dies nō recedebāt de tēplis ad exēplū Annæ viduæ ꝓphetissæ, q̄ oīa studiosus veteꝝ patrū lector, statim se sic habere inueniet. Ad has igit preces nocturnas nūc accedebāt cōiugati pariter, nūc alter tm̄, secundū q̊d iner se cōuenerāt. Et si qs iā hæc expēderit, cōtinuo intelligere poterit, qd Paul⁹ hoc loci doceat, cū ait: Nolite fraudare inuicē, nisi ex cōsensu ad tēp⁹, vt vacetis oratiōi &c. Neuter, inqt, debet alteri debitū negare, nisi cū antea supra hac re cōuenerint, s. se abstēturos à cōplexib⁹, vt oratiōi expediti⁹ vacare possint. Ad hāc rē aptius noscēdā facit, q̊d apud Tertull. legim⁹ li. 2. ad vxorē vbi dissuadet matrimonia disparis cultus, hoc est, ne vxor Chriana Ethnico nubat. Ait ergo inter cætera: Mulier Ethnicū viꝝ habēs, nō pōt ꝑ disciplina satisfacere dño, habēs in latere diaboli seruū, ꝓcuratorē dñi sui, ad impediendū fideliū studia & officia: Vt si statio faciēda ē, marit⁹ de die cōdicat ad balneas: si ieiunia obseruāda sunt, marit⁹ eadē die cōuiuiū exerceat: Si ꝓcedēdū erit, nunq̄ familiæ magis occupatio adueniat. Quis eñ sinat cōiugē suā, visitandoꝝ fratrū grā, vicatim aliena & quidem pauperiora quæq; tuguria circumire? Quis nocturnis conuocatiouibus, si ita oportuerit, à latere suo eximi li-

benter feret? Quis deniq; solennibus Paschæ abnoctantē securus sustinebit? Quis ad conuiuiū dn̄icum illud, quod infamant, sine sua suspicione dimittet? &c. Hæc Tertullianus de coniugio inter Chr̄ianam & Ethnicum inito. Iam ponamus Chr̄ianum cum Chr̄iana iunctū matrimonio, & alterū velle continere, vt cōmodius possit orare, vel ieiunare, vel diem festum agere, vel aliquid aliud ex Chr̄ianorum instituto, alterꝝ vero postulare debitū: iam certe iuxta Pauli doctrinam, debitum soluendū est, cum ambo ad secubationem non cōsenserint, & timendū sit, ne pietas huius, ꝑditio sit alterius. Verꝝ si consenserit vterq; ad continentiā in aliquod tempus, iam alia res est. Finito aūt p̄scripto tempore, iam redeundum ad pristinam cohabitationem, ne diabolus hanc pietatem rapiat in occasionem malitiæ, s. alterū coniugū solicitādo ad fornicationem & adulterium, cum alter nolit debitum petenti p̄stare. Nunq̄ enim cessator est diabolus, sed circuit tanq̄ leo rugiens, q̄rens quem deuoret, 1. Pet. 5. cap. Rursum sępissime factum est, vt vterq; coniugū mutuo consensu perpetuā vouerit castitatem, & sic in cœlibatu conuixerint, vel vterq; monasterium intrauerit: & hoc non est cōtra Apl̄m, cum vterq; in cœlibatū consenserit. Quando vero alter coniugū vouerit castitatem, altero inuito, iam est contra Apl̄m: & iuxta Chrysostomum, maior est iniustitia, q̄ pietas. Hinc D. Augustinus Heddibiæ, ni fallor, sic scripserat: (cum inuito & nolēte marito & continentiā vouerit, & habitum quoq; mutauerit mulier) Neq; enim maritus tuus corporis tui debito fraudādus fuit, priusq̄ ad illud bonum quod superat pudicitiam coniugalē, tuæ volūtati voluntas q̄q; eius accederet. Nisi forte non legeras, vxori vir debitum reddat, &c. Secundum hæc verba Apostolica, etiam si ipse cōtinere voluisset, & tu noluisses, debitum tibi reddere cogeretur, & illi Deus imputaret cōtinentiam, si non suæ, sed tuæ infirmitati accedens, ne in adulterij damnabile flagitium caderes, maritalem tibi concubitū non negaret &c. Cæterum an aliæ sint causæ secubationis, nō est huius loci multis disputare. Minori certe bono maius bonū
1. Pet. 3. ꝓponendum est. Admonet etiam Diuus Petrus, coniuges sic
inui

inuicem habitare, ne ipsorum impediantur orationes. CAP. VII.

Hoc autem dico secundum indulgentiam, non secundum imperium.

Quid hoc est, quod Apostolus nõ vult nec audet imperarare, sed tantum indulget & ꝑmittit? Illum cõcubitũ (Augustini vtor verbis) secundũ veniã concedit Apostolus, qui fit ꝑ incõtinentiã, nõ sola causa procreãdi, & aliquãdo nulla causa procreãdi, quem nuptiæ fieri nõ cogũt, sed ignosci impetrant: si tamen ita nõ sit nimius, vt impediat, quę seposita esse debẽt, tempora orandi. Cõcubitus eñ necessarius causa procreandi, inculpabilis & solus ipse nuptialis est &c. Hæc sententia Augustini est, nec aduersat̃ D. Paulo. Possumus & simpliciter sic dicere: Apostoli nõ est, vel castitatẽ vel cõcubitũ imperare, cũ vtrũq; Chrs reliquerit liberũ. Cõsulit igit̃ tantũ Aplus, quãtũ existimat indulgeri æquũ esse. Et incõtinẽtibus suadet, ne æquo lõgius secubare velint, cogitãtes q̃ callide insidietur satanas bonis cõiugatis. Mallet itẽ oẽs in totũ à coitu vel licito vel illicito abstinere, non tantum ad breue tempus, sed perpetuo. Hinc cõtinuo addit prædictis:

Volo autem vos omnes esse sicut meipsum. Sed vnusquisq; proprium donum habet ex Deo, alius quidem sic, alius vero sic.

Propter incõtinentiã & lasciuiã hominũ docuit Apostolus, qua ratione possint effugere fornicatiõis dãnabile flagitium, scilicet si vnusquisq; suã legitimã vxorẽ habeat, & vnaquæq; suũ virũ, alter itẽ alteri debitũ reddat. Veruntamen cũ bonũ sit homini, mulierẽ nõ tangere, q̊d pius Apostolus ꝑcipere nõ audet, dare nõ potest, hoc ipsum optat, dicẽs: Volo aũt vos oẽs esse sicut meipsum. Sed qualis fuit Apostolus? Liber vtiq; ab omnibus matrimonij incõmodis & molestijs, vt sibi nõ fuerit necessum, debitũ cõiugale vel petere vel reddere. Porro an Paulus vxorẽ habuerit, vel nõ habuerit, parum refert. Si habuit vxorem suam, aut iam e viuis excesserat, aut ipsa adhuc superstes cum marito Paulo in perpetuã cõsen-

sit cōtinentiā. Quicq̄d tādem hoꝝ fuit, hoc fateamur necesse est, Apostolū, cū hæc scriberet, omnino fuisse liberrimum à matrimonij molestijs, vt sic expeditius potuerit inseruire euā gelio. Et hoc votum Pauli est, vt omnes possint suum exemplū imitari, scilicet vt mulieres nunq̄ tangerent. Optare, inquam, potest, sed nō præcipere: quia nō oēs capiunt verbum
Matth. 19. hoc, ait dn̄s: & vt Paulus hoc loci dicit, Vnusquisq; propriū donū habet ex Deo, alius quidē sic, alius vero sic. Sicut non oēs apti sumus ad continentiā, sic nec oēs apti sumus ad matrimoniū. Nemo poterit fidelē agere cōiugem, nisi ei datum fuerit desuper. Sic nemo cōtinentiā seruare poterit, nisi e supernis acceperit. Hinc Sapiēs dicebat: Vt sciui q̄m aliter nō
Sap 8. possem esse cōtinēs, nisi Deus det, & hoc ip̄m erat summa sapiētia, scire cuius eēt hoc donū, adij dn̄m & dep̄cat⁹ sum illū. Matrimoniū vero fidele, Dei donū esse, ex hoc liquet, q̄ illos qui legitime iungūtur, Deus ipse cōiungat. Hinc in scripturis nō semel legimus: Quod Deus coniunxit, homo nō separet, & Ap̄lus hoc loci docet, Aliū q̄dē habere donū castita-
Matth. 19. tis, aliū vero donum sacro matrimonij accōmodatū. Et Chr̄s apud Matth. enumerat tria eunuchoꝝ (hoc est, eoꝝ, q̄ continentes sunt) gn̄a: aliud à natura ineptū ad matrimoniū, aliud ab alienis hoībus, aliud vero à semetipsis, de q̄ vltimo genere D. Ap̄lus suprà dixit: Bonū est homini, mulierē nō tangere. & in sequentibus multa super hac re audiemus. Continentia certe grauissima res multis videt̄: sed q̄ nō careat difficultatibus, matrimoniū experti norūt. Ad hūc locū pertinet, quod Apostoli Christo obijciebāt: Si ita est causa hoīs cum vxore, non expedit nubere. Sed hæc extra propositū. De his, q̄ ob fornicatiōis damnabile flagitiū incusati, cōquerūtur se dono castitatis destitutos, suo loco dicemus. Seq̄tur in Apostolo:

Dico autem non nuptis & viduis, bonum est illis, si sic permanserint vt ego. Quod si se non continent, nubant.

Iam & de digamia differit. Erant em̄ apud Corinthios, q̄ tametsi ius cōiugij nō adimerēt, nolebāt tn̄ iterari matrimonium.

nii. Ad hæc Apl's ait: Quãtũ quidẽ viduos & viduas attinet, bonũ est illis, si sic permãserint vt ego: hoc est, vt liberum se seruet à matrimonio, si quis à morte coniugis cœlebs est, aut si qua ab obitu viri vidua est. Ex hoc iam apparet, Apl'm certe, cum hãc epistolam scriberet, vel virginem fuisse ab infantia, vel certe iam viduum, cum innuptis & viduis se proponit imitandũ. Et hoc rursum Pauli votũ est, q̊d libenter in oĩbus videret. Verum cum hæc pcipere non possit, nec oẽs consilium ipsius accipiant, addit: Quod si se non continẽt, nubant. Ergo neq; primæ nuptiæ malæ sunt, neq; secundæ. Habuit qdem mundus olim pestilentiss. hæreticos, qui oĩno derogabant nuptijs, etiam primis: non attendentes ꝙ Deus pater nuptias instituerit, & Deus filius iam homo factus, sua pręsentia nuptias cohonestarit & nobilitarit. In hoc luto hæsit Marcion, Manichæus, Tatianus & Eucratites: Montanus vero & Nouatus cum cæteris portentis, digamiæ bellum mouerunt. Sed Apl'm veritatis nos sequemur, non veritatis hostes. Porro quare Apostolus etiam viduis & viduabus concesserit secundas nuptias, rationem addit, dicens:

Melius est enim nubere, quàm vri.

Sic & suprà dixerat: Bonum est homini, mulierẽ non tangere: ad vitandã aũt fornicatiõem, vnusquisq; suam vxorem habeat, & vnaquęq; virum suum. Ita & iam dixit: Bonum est innuptis & viduis, si sic pmanserint vt ego: Melius tñ est nubere q̃ vri: hoc est, melius est reiterare matrimonium, q̃ fornicari extra matrimoniũ. Durum fortasse alicui, qui matrimonij incõmoda expertus est, & iam de his liberatus est, se rursum iam periculoso mari cõmittere. Sed multo durius est, damnabile fornicationis vitium perpetrare. Hanc verissimã esse verborum Pauli sententiã, persancte iurare possem. Tolle ergo fornicationem, & non expedit nubere. Sed pessimũ est fornicari, & nubere non est malũ. Hinc & Hieronymus post Tertullianum ait, Melius est nubere, q̃ vri, idem esse, acsi quis dicat: Melius est vnum oculũ amittere, q̃ duos. Et tñ nemo negare potest, qn optimũ sit, nullũ amittere: & non sit bonum,

vnum oculũ amittere. Si igitur Apl'm sui ipsius interpretem facis, & idem esse intelligis vri, quod est fornicari, nulla erit difficultas. Quod si iuxta nouorũ propheta℞ coaxatiões, vri nihil aliud est, q̃ tentari & titillationes carnis pati: certe paucos mihi dabis cõtinentes, cũ vix centesimus qsq; huiusmodi tenationes nõ aliqñ sentiat. Si rursum sententia Apostoli est, Melius esse nubere, q̃ contra carnis insidias pugnare: mirum est, cur non Apl's vxorem duxerit, iuxta suum consiliũ quod aliis dedit? Sed cum ipse pateretur stimulos carnis, non continuo sibi de muliere ꝓuidit: sed ter dñm accessit, ac rogauit ab ipso, huius stimuli ablationem. Quod q̃ stultum, quamq́; nouum Lutheranis videatur, non potest dici. Neq; enim putãt precatiões & ieiunia remediũ eẽ aduersus lasciuiã carnis, sed solam mulierem. Porro hac de re, in votorum ratione.

His autem qui matrimonio iuncti sunt, præcipio, non ego, sed dominus, vxorem à viro non discedere: Quod si discesserit, manere innuptã, aut viro suo reconciliari. Et vir vxorem non dimittat.

Apertum est quid D. Apl'us velit, s. Christianismũ non dirimere matrimonia, cuius contrarium aliqui male feriati hæretici, docere conati sunt, quemadmodũ in ꝑmissis diximus. Dicit ergo Apl'us: Neminem cogimus ad ineunda matrimonia. Et vellem oẽs esse sicut meipsum. Vnusqsq; aũt ꝓprium donum habet ex Deo, vnus quidẽ sic, alius vero sic. Proinde si qui sunt procreandæ prolis causa, vel propter fornicationem vitandã, matrimonio iuncti, his nõ opus est vt ego ꝑcipiam, vel quid facto opus sit doceam, qñquidem & dñs singulari ꝑcepto ꝑceperit vxorem à viro non discedere. Quod si discesserit, manere innuptam, aut viro suo reconciliari. Et vir similiter vxorem suam non dimittat. Videamus dñi ꝑce-
Matt. 5. ptum, ad quod nos Apl'us mittit. In Matthæi euangelio legimus Christum dicere: Dictum est aũt, Quicunq; dimiserit vxorẽ suam, det ei libellũ repudii: Ego aũt dico vobis, Quia oĩs qui dimiserit vxorem suam, excepta fornicationis causa, facit

CAP.VII.

facit eam mœchari: Et q dimissam duxerit, adulterat. Et rursum ca.19. Dico vobis, quia qcunq; dimiserit vxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur: & qui dimissam duxerit, mœchatur. Interpretatur etiam ibidem dñs negocium de libello repudij, ostendēs repudiū cōcessum certe Iudæis, non quidē q̄ bonum sit, sed ad maius malum vitandum. Ab initio, inquit, nō erat sic, sed qui fecit hoīem, masculum & fœminam fecit eos. & dixit: Propter hoc dimittet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. Quod ergo Deus cōiunxit, homo non separet. Ad hoc ergo dñi p̄ceptum mittit nos Apl̄us, vt maiorem ipsi fidē habeamus. Nulla igitur sit causa, siue bona, siue mala, ob quam alter coniugū alterū relinquat. Dixi, siue bona siue mala. Neq; enim sunt facienda mala, vt inde eueniant bona. Ponamus exemplū: Est vir quidā honestus, qui ex animo cupit cœlibem vitam perpetuo agere. Nunqd ob hoc relinquēdam vxorē dicemus? Nequaq̄: Cœlibatus quidē bonus est, sed repudium malum est. Porro si mutuo in cœlibatū consenserint, iam alia res est, sicut & in sup̄ioribus diximus. Breuiter, Apl̄s ex verbis Christi, ad quem nos remittit, intelligēdus est. Nolo hic de diuortio plura dicere. Si cōiugati iuxta regulā quam ipsis Paulus p̄scripserit, mutuo sese dilexerint, non cogitabūt de diuortio, sed charitas coniugalis, iuxta alium Apostoli locum, oīa suffert, oīa sperat, breuiter nō agit pperam. Non est honesti coniugis, si qñ aliquid molestiæ subnatum fuerit, statim meditari diuortium, aut coniugē pro cōiuge non agnoscere. Non est status sub cœlo, qui non subinde felle mixtus sit, Nihil ex omni parte beatum, ait ille. Si quis cupiat nullas molestias habere, hic necesse est extra mundū peregrinet. Præsens etenim vita sic multis varijsq; molestijs mixta est. Militia est vita hoīs super terram. In valle lachrymarū item sumus, & peregrinamur sup terram, ideoq; necesse est cœli intemperiē patiamur, donec ad patriam nostram pueniamus. Hæc recensuimus ob molestias q̄sdam q̄s matrimonium habet. Possem & alia hic addere de diuortio, quæ ob malitiam huius seculi silentio p̄terire cogimur, Si enim adulteria iuxta 1.Cor.13.

Christum dirimunt matrimonia,& iam adulterium honesta res multis videtur, quas videre liceret matrimoniorũ mutationes, si Christo obtẽperaretur? Videam⁹ reliqua Apostoli.

Nam cæteris ego dico, non dominus: Si quis frater vxorem habet infidelem, & hæc consentit habitare cum illo, non dimittat illam. Et si qua mulier habet virum infidelẽ, & hic consentit habitare cum illa, non dimittat virum.

Quæ antea dixit Apl's, eos coniugatos concernũt, qui ambo fidem Iesu Christi professi fuerunt. Iam aũt de his coniugatis loquit, q̃rum vterq; infidelis ad matrimoniũ peruenit: deinde vero tẽporis successu alter coniugũ Chr'ianam fidem amplexus est, altero in infidelitate adhuc persistente. Interrogatus igitur Apl'us, num æquum vel iustum sit, vt fidelis mulier cum marito ethnico maneat, & e conuerso maritus fidelis cum muliere ethnica: ad hoc respondet Apostolus, hac de re non extare expressum domini præceptum, se autem nonnihil in hac re consulturum quærentibus: Si contigerit, inquit, vt mulier Christiana iuncta sit marito nondũ professo Christum, atq; is, licet alienus à Christi mysterijs, non tamen adeo infensus est, vt ob diuersam religionem putet eam repudiandam, si me audiet, non relinquet maritum. Rursus, si obtigerit, vt vir Christo initiatus, coniunctus sit vxori, quæ à Christo sit aliena, nec ea q̃rat diuortium, diuersa offensa religione, meo cõsilio non ejciat illam. Hæc facile intelliges, si memineris, quoties maritus ethnicus Christianam vxorem coram ethnico iudice accusarit, sicut diuorum Historiæ hæc docent. Sed qua ratione iubet Apostolus fidelem cum infideli permanere? Augustinus respondet, Apostolũ hic dare consilium, non p̃ceptum. Contra p̃ceptum qui agit, peccat: q vero cõsilium non acceptat, is non peccat. Christiani vero hominis est, considerare non quid liceat, sed quid maxime expediat. Licuit quidem Christiano marito ethnicam abijcere mulierem: quia fornicatio mentis, nocentior est fornicatione

ne corporis: idololatria vero, fornicatio mentis est. Sed non expediebat tum abijcere ethnicam, & dirimere matrimonia, ne propter coniugum separationem offensi homines, ipsam doctrinam salutis, qua illicita prohibent, exhorrerent, & sic peiores ac perituri, in eadem infidelitate permanerẽt. Obseruandum & hoc loci, ꝙ Apl'us non agit hanc quæstionem, an liceat Christiano ethnicam vxorem in matrimonium accipere, & e conuerso. Non loquitur hic Apostolus de coniungendis, vt Augustini vtar verbis, sed de cõiunctis. Permittit quidem Apostolus coniunctis, vt si pace vtriusq; fieri possit, sic permaneãt: sed vt Christianus se ethnico coniungat, non ꝑmissurus est. Neq; enim in veteri lege concessum est Israelitis, vt ducerent vxores alienigenas, ne amore mulierꝝ viri ad idololatriã laberentur. Quid? ante legislationem, Abraam ipse sanctus patriarcha, cum iam esset senex & dierum multorũ, vocauit seruum seniorẽ domus suæ, qui ꝑerat oĩbus quæ habebat: Pone manum tuam subter femur meum, vt adiurẽ te per dñm Deum cœli & terræ, vt nõ accipias vxorẽ filio meo de filiab⁹ Chananæoꝝ, inter quos habito, &c. Sed audiamus Mosen: Ne ineas pactum cum hoĩbus illarum regionũ, ne quum fornicati fuerint cũ dijs suis, & adorauerint simulacra eoꝝ, vocet te qſpiam vt comedas de immolatis. Nec vxorẽ de filiabus eoꝝ accipies filijs tuis, ne postq̃ ipsæ fornicatæ fuerint, fornicari faciãt & filios tuos in deos suos. Et in 5. Mosis: Nõ inibis cũ gẽtibus fœd⁹, nec misereberis eaꝝ, nec sociabis cũ eis cõiugia: Filiam tuã nõ dabis filio ei⁹, nec filiã illi⁹ accipies filio tuo, qa seducet filium tuũ, ne sequat̃ me, & vt magis seruiat dijs alienis. Eo ꝑtinet q̊d apud Ezram dñs grauiter offensus legit̃, ob alienigenas vxores filioꝝ Israel. Deinde q̃ infeliciter cesserit sapiẽtissimo Salomoni, ꝙ adiũxerit sibi alienigenas, scriptura testat̃, dicẽs: Cũ iã esset senex, deprauatum est cor ei⁹ ꝑ mulieres, vt sequeret̃ deos alienos, Astharten deam Sidonioꝝ, & Chamos deũ Moabitaꝝ, & Moloch idolũ Ammonitaꝝ &c. Sũt hui⁹ rei multa apud ꝓphetas, q̃ enarrare lõgũ esset. Proinde diligẽter aĩaduertẽdũ est, ꝙ Apl's non dicit, Si qs frater vult ducere mulierẽ infidelẽ: sed dicit, Si qs fra-

Gene 24. Exo. 34. Deut. 7. 3. Esd 10. 3 Reg. 11.

frater habet vxorem fidelem &c. Impudentissime ergo & im merito flagellat parens nouæ hæreseos Lutherus catholicos, ꝙ docuerunt, Chrīanis non licere matrimonia iungere cum infidelibus. Ipse porro contra oēs scripturas contendit, sicut ꝑmittitur cum infidelibus, Turcis, Iudæis & Hæreticis edere ac bibere, ita etiam licere alienigenas ducere. Neq; in hoc in totum mentit̄. Sicut enim non licet Hæreticis, Aue, dicere, ita multo minus licet eis coniūgi matrimonio. Sed proh pudor, ille plus habet auditorꝝ, q̄ scriptura cum om̄i ecclesia. Parentes huius seculi, in elocandis liberis neq; pietatem, neq; honestatem considerant, sed tm̄ opibus inhiant. Inde iam tantam coniugiorum fœlicitatem audimus. Scripsit super hoc negocio optimū & oīno doctum librū Q. Septimius Tertullianus ad vxorem suam. Mulieres em̄ q̄dam tum tēporis, maxime aūt locupletiores, defunctis maritis suis, ambitionis ac gloriæ studio, gentilibus nubebāt, quas Chrīanorum pudebat, vt humilium & tenuiū. Nam tum rerū summa adhuc apud ethnicos erat. Illi regnabant, ꝑsidebant, dn̄abātur. Docet igitur bonus pater in illo libro, q̄ impium sit, Christianam mulierem ethnico nubere. Sed quid multa perdimus verba in negocio aperto? Infrà semetipsum declarabit Apostolus, dicens: Mulier, defuncto viro, libera est: cui vult, nubat, tātum in domino, hoc est, Christiano. Sententia est igitur Apostoli, non vt quis Christianus ducat gentilem vxorem, sed vt Christianus maritus, q antea in matrimonio ethnicus fuit, ethnicam mulierem non abijciat, quod pari ratiōe vxori Christianæ permittitur. Sed audiamus Apostoli rationem:

In de uita coniugali.

Sanctificatus ē em̄ vir infidelis per mulierē fidelē, & sanctificata est mulier infidelis per virū fidelē. alioq filij vestri immūdi essent, nunc aūt sancti sunt.

Ab exēplo probat, Chrīani hoīs cohabitationē cum infideli, nihil nocere, sed plus ꝓdesse, q̄ si Chrīanus ethnicū relinqueret. Relictus em̄, in infidelitate sua ꝑseuerat, & ob diremptū matrimoniū odio accendit̄ aduersus Chrīanismū, secum item trahit liberos, qui & ipsi exemplo ethnici pereūt, osoris

Christi in infidelitate. Verum si mutuo consenserit maritus ethnicus, cum vxore fideli habitare, sperandũ est, & ethnicũ aliquãdo Christi fidem amplexurũ, sic vt & filij & filię exemplo vtriusq; parentis, Christiani efficiantur. sicq; fit vt & maritus sanctus sit, & liberi inde prognati, sancti sint. Nec dubium est, quin Apostolus suo tempore tale quid viderit. Non igitur debet vxor fidelis terreri infidelitate mariti, quasi impiũ sit vel marito infideli cõmisceri, si ita necessitas dederit, vel etiã ethnicos liberos alere. Infidelitas mariti ethnici, vxori Christianę nihil nocebit, sed huius pietas illi multum proderit. Neq; enim dubium est, quin Deus propter pietatẽ alterius tantũ coniugis, toti matrimonio gratiã suam collaturus sit. Ex his igitur omnibus patet, expedire multis nominibus, vt fidelis infidelem non relinquat, maxime autem cũ inuicem ad mutuam cohabitationẽ consentiant. Hic mihi videtur simplicior esse sensus verborũ Pauli. Cæterũ locus hic olim torsit doctissimũ virum Paulinũ, sic vt diuum Hieronymum super hac re consuleret. D. vero Hieronymus ex Tertulliano de monogamia respõdit, filios ideo dici sanctificatos, quod quasi cãdidati sint fidei, & nullis idololatriæ sordibus polluantur. Diuus porro Augustinus nõ audet asserere, qualisnã illa sit sanctificatio, sed tñ admonitionẽ quandã ponit, dicẽs: Quęcunq; illa sanctificatio sit, non valere eã ad faciendos Christianos, atq; ad dimittenda peccata, nisi Christiani & Ecclesiastici institutione sacramẽti efficiantur fideles. Nã nec coniuges infideles, quãlibet sanctis & iustis adhæreãt coniugibus, ab iniquitate mundãtur, quæ à regno Dei separatos, in damnationem venire cõpellit: nec paruuli de quibuslibet sanctis iustisq; procreati, originalis peccati reatu absoluuntur, nisi in Christo fuerint baptizati, &c. Hactenus Augustinus, qui in alijs locis à nobis minime dissidet. Videamus reliquum Apostoli.

To. 4. pag. 89

Ex lib. ad Marcellinũ.

Quod si infidelis discedit, discedat. Non eñ seruituti subiectus est frater vel soror in huiusmodi. In pace autẽ vocauit nos Deus. Vnde eñ scis mulier,

si virum saluum facies? Aut vnde scis vir, si mulierẽ saluã facies? Nisi vnicuiq; sicut diuisit dominus.

Poterat fidelis mulier obijcere Apostolo: Equidem libenter velim cohabitare viro meo infideli, vt ipsum possim lucrifacere Christo: sed ille me propter religiõis diuersitatem repudiat. Aut igitur cum perfidia religio vera mihi turpiter deserenda, aut maritus relinquẽdus est, qui me fidei Christianæ dicatam, ne alloquio quidem dignatur, nedum coniugio. Hic respõdet Apostolus: Si om̃ino alterum fuerit relinquendũ, satius est discessisse à marito, q̃ defecisse à Deo. Proinde si pręter tuam culpã discesserit à te maritus infidelis, vel vxor incredula, age suo malo discedat. Non em̃ seruituti subiect⁹ est frater vel soror in huiusmodi: hoc est, Nemo adstringitur vinculo matrimonij, vt huius nomine aliquid in veritatem moliri cogatur. Sed si quando ex violentia mariti infidelis, vel religio, vel maritus ipse negligendus est, non debet fidelis vxor, contẽpta religione, marito adhærere, sed recordari q̃d dominus dixit: Qui amat patrem aut matrẽ aut vxorem aut filios plus q̃ me, nõ est me dign⁹. Addit deinde Apostolus: In pace autẽ vocauit nos Deus: id est, Cum oĩa Christi præcepta huc tendant, vt cum oĩbus hominibus, quãtum fieri potest, pacem habeam⁹, ego in matrimonio pacem docui sectandam. Quatenus ergo illæso religionis veræ vinculo, pax & concordia custodiri potest, etiam in impari cõnubio custodiatur. Mulier igitur fidelis, cũ infideli non rixetur, non litiget, nec continuo relinquat infidelem virũ: sed q̃diu bona spes emendationis vtcunq; superest, patienter improbitatẽ infidelis coniugis sufferat. Addit rursum Apostolus, quare fidelis se pacifice habere debet ad infidelem. Vnde, inquit, scis mulier, si virum saluũ facies? Aut vnde scis vir, si mulierem saluam facies? Potest mulier fidelis, quæ improbitatẽ viri infidelis ęquo animo fert, sua verecundia & honesta conuersatione ad Christum perducere, quod repudiata vel separata non potest. Et vir fidelis si vtcunque condescendit mulieris ethnicæ infidelitati, potest cum tẽpore ipsam Christo lu-

Matt. 10.

lucrifacere. Quia igitur incertũ est, an velit ethnicus in sua infidelitate perseuerare, & fidelis hominis est semp meliora sperare, præstat iniuriam infidelis cõiugis ad tempus pati, q̃ ad primam offensam statim relinquere. Quãdiu enim vnà con uiuunt, nõnulla spes emendationis superest, quæ post repudium nulla erit. Porro si quis peculiarem super hac re reuelationem habuerit à Deo, siquidem Deus varius est in suis donis elargiendis, faciat quod sibi bonum videtur. CAP. VII.

Vnumquenq; sicut vocauit Deus, ita ambulet, & sicut in oĩbus ecclesijs doceo. Circuncisus aliq̃s vocatus est? nõ adducat præputiũ. In p̃putio aliq̃s vocatus est? nõ circuncidat. Circũcisio nihil est, & pręputiũ nihil est, sed obseruatio mãdatorũ Dei.

Similitudinibus quibusdam Apostolus conclusurus est negociũ de matrimonio. Et primum quidem simpliciter effert suam sententiã, dicens: Vnumquenq; sicut vocauit Deus, ita ambulet: hoc est, non opus est vt quis ob religionẽ mutet statum suum, cum in oĩ statu pietati vacare possit. Non minus Christianus est, qui in matrimonio est, q̃ qui extra matrimonium. Nec viduitas neq; virginitas matrimonio officiet. Et, æque Christianus esse potest, qui habet vxorem infidelẽ, atq; ille qui habet fidelem. Proinde vnũquenq; sicut vocauit Deus, ita ambulet. Qui virgo vocatur ad Christianismum, nulla necessitate cõpellitur vt ducat vxorem: & qui in matrimonio existẽs, fidem Christi acceptat, nulla necessitate compellitur vt relinquat vxorẽ, siue illa sit fidelis, siue infidelis, modo non plus amet vxorem, q̃ pietatem. Addit Apostolus: Et sicut in oĩbus ecclesijs doceo. Circuncisus aliquis vocatus est? non adducat præputium &c. Hæc est mea, inquit, sentẽtia, quam non vobis solum, verum etiã oĩbus ecclesiis propono: nec grauabimini sequi, quod omnes amplectuntur. Circuncisus aliquis vocatus est? non adducat pręputium: hoc est, si adspiras ad Christianismum, nil te moueat, te in Iudaismo, & nõ potius in gẽtilitate cõpręhensum esse. Præteritus eñ Iudai-

ſmus, Chriſtianæ pietati nihil officiet. In præputio aliqs vocatus eſt? non circuncidat: hoc eſt, Si te vocat Chriſtus à gentilitate ad ſuam fidem, non opus eſt vt prius circunciſione accepta Iudæus fias, ſed proximus gradus eſt à Gentilitate ad Chriſtianiſmũ. Circunciſio nihil eſt, & præputium nihil eſt, ſed obſeruatio mandatorũ Dei. Parũ, inquit, refert vnde qs vocetur ad Chriſti fidem: ſed vt quis vocationi ſuæ reſpondeat, hoc opus, hic labor eſt. Hæc omnia dilucidiora erunt, ſi quis perpẽderit, q̃ anxie ſudauerint apoſtoli, donec ſibimetipſis & alijs perſuaſerint, non opus eſſe vt primo omniũ gentilis ad Iudaiſmum, deinde tandẽ ad Chriſtianiſmũ vocaret.
Hinc quodam loco plurimũ admirabãtur, ꝙ & nationibus
Act.10. ſpiritusſanctus obtigiſſet. Et concilium Apoſtolorum prin-
15 cipio Hieroſolymis coĳt, ne gentes Iudaiſmo premerentur.
Eo pertinet, ꝙ apoſtolus Paulus ob Iudęorum moroſitatem
16 coactus fuerit circũcidere Timotheũ, etiam ſi bene ſciret, neq; circunciſionem, neq; præputiũ aliquid eſſe. Et in alijs locis multis rationibus oſtẽdit Apoſtolus, Gẽtilibus & Iudæis par ius eſſe ad Chriſti fidem. Cæterum Apoſtolus non ex profeſſo hic diſputationẽ inſtituit de circunciſione & prępútio, ſed ſolum exemplorũ vice vtcunq; attigit. Eo autem omnia tendunt, vt perſuadeat, infidelitatem vxoris Chriſtiano marito nihil præiudicare, modo non plus amet mulierẽ, quàm Chriſtum, quod etiam coniugatis Chriſtianis illicitum eſt. Addit rurſus ad idem argumentum Apoſtolus:

Vnuſquiſq; in qua vocatione vocatus eſt, in ea ꝑmaneat. Seruus vocatus es? non ſit tibi curæ: ſed & ſi poteris fieri liber, magis vtere. Qui enim in domino vocatus eſt ſeruus, libertus eſt domini. Similiter qui liber vocatus eſt, ſeruus eſt Chriſti.

Seruorum nomen vnde, docet Auguſtin. de Ciu. Dei lib.19. ca.15.

Non eſt hic Apoſtolo ſermo de famulis & miniſtris, ſed de ĳs ſeruis, qui libertate amiſſa, à nutu pendent dominorũ, apud quos eſt vitæ in ipſos & necis poteſtas. Iam ergo erant tempore Apoſtoli, qui putarẽt indignũ & iniquum, vt quos Chri-

Christus redemisset, eos seruitute sibi deuinctos haberent do mini prophani. Inde etiam est, quod Apostolus alibi docet, nihil officere Christianæ pietati, etiam si quis Christianus dominus, christianos habeat seruos. Ad Timotheū de seruis ita scribit Apostolus: Quicunque sunt sub iugo serui, dominos suos omni honore dignos arbitrentur, ne nomen domini & doctrina blasphemetur. Qui autē fideles habent dominos, non contemnant, quia fratres sunt: sed magis seruiāt, quia fideles sunt & dilecti, & beneficij participes. Eadē copiosius tractat in Ephesiis, vbi admonet seruos, ne ad oculum dominis suis seruiāt, sed in simplicitate cordis sui, sicut Christo: admonet etiam dominos, meminerint & se habere Dominū in cœlis. Breuiter, Apostoli mens est, seruitutem Christianismo nihil officere, libertatē itē nonnihil prodesse. Vnde parū retulerit vnde quis vocetur. Vnusquisque, inquit, in q̄ vocatione vocatus est, in ea permaneat. Seruus vocatus es? nō sit tibi curæ &c. Si seruitutem seruiebas, tum cum in euāgelicum concederes institutū, ne putaueris quod externa illa corporis seruitus in seruitute Dei tibi quicquam obesse possit, aut quod Euāgelica prædicatio te libertate corporea liberauerit. Ne ergo curaueris, non reddat te anxium. Sed & si poteris fieri liber, magis vtere. Hoc est, nolim ita te seruituti addictū esse, vt credas te peccare, si citra fraudem & cum pace domini, libertatē assequi possis. Post hęc Apostolus sententia quadam suppacta comprobat, quod corporis seruitus, seruituti spiritus nihil obesse possit. Etenī qui seruit, & in hac sua seruitute dogma Euangelicum amplexus est, per fidem illam suam in Deum, Dei libertus est, vt nunc ipsi cōditio externa nihil in salutis negocio incōmodare queat. Huic adiungit sentētiam contrariam: Qui liber vocatus fuit, seruus est Domini. Nam libertas exterior, interiorem seruitutem nihil moratur.

1. Tim. 6.

Ephe. 6.

Precio empti estis. Nolite serui fieri hominum. Vnusquisque ergo in quo vocatus est, fratres, in hoc maneat apud Deum.

Tertio iam admonuit, vt vnusquisque in sua vocatiōe ma-

neat. Porro quod ait, Precio empti estis, Nolite serui fieri hominum: non ita intelligendũ est, acsi impium sit, alicui homini inseruire: sed de his seruis dicit, qui aliquid in gratiam hominũ faciunt, per q̊d gratia Dei excidunt, dum scilicet Christo contempto, pendent ab hominibus, & hominum præcepta & gratiam pluris æstimant, quàm Dei instituta, adeoq́ue
Gal. 1. ipsum Deum. De huiusmodi seruitute Paulus alibi dicit: Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem. Breuiter, sicut suprà de impari connubio admonuit, cohabitare quidem ipsos posse, sed tamen mulieri Christianæ curandũ, ne maritum infidelem pręponat Christo: ita hoc loci docet, seruum, si pace domini non potest liber fieri, in sua seruitute permanere, sic tamen, vt meminerit Domino in primis placere. Porro de libertate Christiana multis in locis disputat diuus Apostolus: de libertate, inquam, non corporis, sed spiritus: de libertate, nõ qua quis libere, quod vult, malum agit, sed qua quis lubenti animo Dei mandatis obtemperat. Profecto libertas illa Christiana nihil mali operatur, nemini iniuriam facit, neminem scãdalizat. Verum libertas carnis q̃d
Anno 1525 mali pariat, Tumultus Rusticus superioris seculi satis docu-
Rom. 6. it. Sed audiamus Apostolum hãc rem tractãtem: Liberati, inquit, à peccato, serui facti estis iustitiæ. Et paulo superius: An nescitis quoniã cui exhibetis vos seruos ad obediendum, serui estis eius cui obeditis, siue peccati ad mortem, siue obeditionis ad iustitiam? &c. Postremo, sicut suprà admonuimus, Apostolum non proprie & ex professo disputare de circuncisione, sed tantũ, vt, quid velit, exẽplis exprimat: ita & hoc loco non instituit disputationem de seruitute, sed tantum exẽpli causa quædam attigit, ostendens q̃ huiusmodi externa nihil officiant homini Christiano, siue sit circũcisus, siue non: siue sit seruus, siue liber. Vnde non necesse sit, vt mulier Christiana timeat cohabitationẽ mariti, cuiuscũq; tandẽ conditionis sit. Nõ polluit seruus cohabitatione dñi ꝓphani, cui nisi fideliter seruiat, proculdubio peccat. Pari ratiõe & mulier sancta nõ polluit cohabitatione & thoro maritali, immo nisi ipsũ officiose obseruet, illiq́ue vt vxor inseruiat, nequaq̃ Christia-

stianæ vxoris ingeniũ retulerit. At vt seruus cauere debet, ne vspiam hero inseruiat in re turpi aut religioni aduersa: ita & vxor Christiana meminerit, se ad arã vsq; marito debere obedientiam. Hactenus de dispari connubio.

CAP. VII.

De virginibus autem præceptũ Domini non habeo, consilium autem do, tanquam misericordiam cõsecutus à Domino, vt sim fidelis. Existimo enim hoc bonum esse propter instantem necessitatẽ, quoniam bonum est homini sic esse.

Absolutis quæstionibus quæ matrimonium attinent, aggreditur disputationem de Virginitate, quam & multis rationibus commendabilem facit, sic tamen, vt interim ostẽdat, nuptias non esse damnandas. Principio ergo dicit, De virginibus pręceptum Domini non habeo. Non extat locus, inqt, vbi pręceperit Dominus virginitatẽ, sed liberam reliquit, dicens: Non omnes capiunt verbum istud. Qui potest capere, capiat. Quod igitur Domin⁹ liberum reliquit, hoc alicui imperare non est fidelis serui. Nolo ergo hic quicquã præcipere, consilium autem do, tanquam misericordiam cõsecutus à Deo, vt sim fidelis. Nullum quidem extat de virginitate pręceptum, neq; tamen contemnẽda venit, neq; nefas est hac de re quicquam dicere. Per misericordiã Dei eo perueni, vt possim fidele consilium dare, quid de virginibus statuẽdum sit. Non est igitur consilium meum contemnendum, cum Dominus me ad consulendum fidelibus idoneum fecerit. Quid igitur boni cõsulis, mi Paule? Existimo, inquit, hoc bonum esse propter instantem necessitatem, quoniam bonum est homini sic esse. Sic & suprà dixit generali sententia: Bonum est homini, mulierem non tangere. Et de viduis: Dico autem viduis & innuptis, Bonum est eis, si sic permanserint vt ego. Et rursum: Volo omẽs homines esse sicut meipsum. Ita & iam fideliter consulit, deligendam esse virginitatem, non tantum ꝙ maximi meriti sit apud Deum, sed propter multas molestias

Matt. 19.

Vide Aug. de Sãcta virg. ca. 19. vbi maxie

Lutheranæ ꝑcacitati reluctatur, & eiusdem lib. ca. 24.

stias & difficultates, quas matrimonium veluti difficiles comites habet. Videmus igitur hoc loci, quale sit discrimen inter præcepta Domini, & consilia Apostoli. Suprà de coniugatis dicebat: His autem qui in matrimonio sunt, præcipio, non ego, sed Dominus, mulierem à viro non discedere. Hoc ergo Domini præceptum est, quod nemini licet infringere. De virginibus autem consilium dat Apostolus, vt in virginitate perpetua maneant. Qui iuxta hoc Apostoli consilium agit, maiorem mercedem recipiet. Qui vero consilio hoc neglecto, matrimoniũ init, non peccat, ideoq́; illi nulla metuenda pœna. Sed hęc dilucidius cõtinenter exponit Apostolus.

Alligatus es, inquit, vxori? Noli quærere solutionem. Solutus es ab vxore? Noli quærere vxorẽ. Si autẽ accepis vxorem, non peccasti: & si nupserit virgo, nõ peccauit. Tribulationẽ tamẽ carnis habebũt huiusmodi. Ego autem vobis parco.

Poterat qs iam velle vxorẽ dimittere, tantũ ne multis angeretur molestijs. Huic dicit Apostolus: Alligatus es vxori? noli quærere solutionẽ. Cõiugatis eñ pręcipio, non ego, sed dominus, virum à muliere non discedere. Poteris & in matrimonio Christo placere, vtcunq; de incommodis coniugij sit. Solutus autẽ si es ab vxore, si times multas tribulationes, quę matrimonio annexæ sunt, noli ducere vxorem. Nemo te cogit, vt marinis his fluctibus te committas. liberum tibi est, vel ducere vxorem, vel non ducere. Nemo te cogit vt ducas, quandoq; dem semel illas molestias expertus fueris. Si autem acceperis vxorem, & si in maximam seruitutem te conieceris, neq; tamen peccasti. Contra libertatem carnis tuæ fecisti quidem, sed non contra Deum: Et si nupserit virgo, non peccauit. Tribulationem tamen carnis habebũt huiusmodi: intellige, quales non habuissent, si permansissent in virginitate. In matrimonio enim quales sint tribulationes & molestiæ, ipsi coniuges dicere possunt. De malis & iniquis coniugijs, in quibus perpetuo rixatur, inuidetur, æmulatur &c. no

lo

lo hic quicq̃ dicere. Sint felicissima licet inter bonos coniuges matrimonia, tamen nõ deerunt infinitæ molestiæ. Quod enim Adam & Euæ dictũ est, perpetuo habebit locũ. Mulieri post præuaricationem dixit Deus: Multiplicabo ærumnas tuas & conceptus tuos: In dolore paries filios, & sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui. Adæ quoque dixit: Quia audisti vocem vxoris tuæ, & comedisti de ligno ex quo præceperam tibi ne comederes, maledicta terra in opere tuo, in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ &c. Taceo hic educationes liberorum, curam domus, infidelitatem seruorum & ancillarum, deinde lugubres mortes & huiusmodi infinita incommoda, quę matrimoniũ habet. De indissolubili vinculo ne verbum quidem diximus. Duxisti vxorẽ? qualisqualis sit, quoad vterq; vestrum viuit, ipsi adhærendũ erit. Quid aũt sibi vult quod Apostolus dicit, Ego aũt vobis parco? Augustinus putat Apostolum hic potuisse & alias causas adducere, quare præferenda sit virginitas coniugio: potuisse item omnia matrimonij enarrare incommoda, sed noluisse, ideóq; dixisse, Ego vobis parco. Et certe aliàs duplici nomine illis parcit, dum vtrunq; liberum facit. Qui carere potest coniugio, huius libertati consulo: qui nõ potest, huius periculo succurro, inquit. Addit deinde:

CAP. VII.

Gene. 3

Hoc itaq; dico fratres: Tempus breue est. Reliquum est, vt & qui habent vxores, tanquam nõ habentes sint: & qui flent, tanquam non flentes: & qui gaudent, tanq̃ non gaudentes: & qui emunt, tanq; non possidentes: & qui vtuntur hoc mũdo, tanquã non vtantur. Præterit enim figura huius mundi.

Virginibus luctandũ cum carne est, & coniugati tribulationẽ carnis habẽt: sed hoc vnicum consolationi habent, q; huiusmodi militia non est perpetua, sed breuis. Hoc vnũ igitur restat, vt contemptis hisce rebus fluxis & momentaneis, cor nostrũ vni Deo totũ cõsecremus: deinde vero si q̃d cor-

poris & vitæ sustinēdæ gratia agēdū, ita agamus, vt nō amittamus cœlestia & ęterna. Proinde q propter fornicationem vitandā vxores habēt, ne summū bonum in hoc collocēt: sed sint tanq̄ nō habētes, neq; vnq̄ admittant, vt qcq̄ illarū gratia cōtra pietatē faciāt. Rursus, si q in matrimonio aut vlla in re plorāt, id est, aduersam fortunā sentiūt, ita animati sint, vt q meliora sperāt. Quod si eis feliciori fortuna frui cōceditur, ne nimiū efferātur: meminerint, post dies serenos, affuturum cœlū nubilū caliginosumq;. Iā si qui mercātur, laborant aut negociātur, vt & ipsi habeant vnde viuāt, & alijs nō habentibus cōmunicare queant, meminerint semper se in hisce terris esse hospites: meminerint, opes si affluant, ne his cor apponant. Breuiter, qui negocijs inuoluuntur humanis, hoc vnice curent, ne terrenis abutant: Præterit em̄ figura huius mundi. Et hic mundi status perpetuus non est, nedū humana & terrena negocia. Ad hunc locum pertinet quod Ioannes in canonica sua dicit: Nolite diligere mundum, neq; ea q̄ in mundo sunt. Si quis diligit mundum, non est charitas patris in

1. Ioan. 2 eo. Quoniam omne quod est in mundo, aut est concupiscentia oculorum, aut concupiscentia carnis, aut superbia vitæ, quæ non est ex patre, sed ex mundo. Et mundus transit, & concupiscentia eius.

Volo autem vos sine solicitudine esse.

Quod suprà dixit, Ego aūt vobis parco: nunc dilucidius effert, Velim aūt vos sine solicitudine esse. Id est, ea quæ disputo, huc tendunt, ꝙ cupiā vos q̄ minimū distineri curis mūdanis: aut si omnino aliqua ex parte propter necessitatem & rem domesticam in has implicari cogemini, curetis ne mens vestra obruatur nimia cura, quæ tandem à Deo rebusq; diuinis prorsus auellat.

Qui sine vxore est, solicitus est quæ domini sunt, quomodo placeat Deo: Qui autem cum vxore est, solicitus est quæ sunt mundi, quomodo placeat vxori: & diuisus est.

Quā

CAP.VII.

Quàm plena sit curis vita coniugatorum, nemo est qui ignoret: & vulgi prouerbiũ testatur, cum de viduo vel vidua profitentur, Hic à multis curis iam liber est. Et quanto meliores sunt coniuges, tanto plus curarum deuorãt, ne nihil desit, quod ad bene cultam domũ pertinere aliquo modo possit. Quàm multum tẽporis debeat famulis & famulabus qui officio suo desunt, nemo ignorat. De liberis quid dicam? Quis labor deuorãdus, quæ curæ, q̃nta parentũ anxietas, donec vel ad adolescentiã tm̃ peruenerint? Deinde parentib⁹ curandũ, ne hi q̃s tanto sumptu educauerint, ab alijs corrumpant̃. Inde dos filio vel filiæ q̃renda. Deligẽdus gener q̃ fœliciter successurus sit, ignoras. Taceo hic inobedientiã & improbitatẽ liberorum, taceo eorundẽ immaturas mortes. Hinc sequit̃ luctus, sequũtur cum hæredibus rixæ & cõtentiones. Breuiter, solicitudines, anxietates, curæ coniugatorum non possunt enumerari. Recte ergo Paulus dicit: Qui sine vxore est, solicitus est quæ dñi sunt, quomodo placeat Deo. Corpus, cuius interitus dubius est, paruo curatur: sed animæ negociũ ꝑpetuo agit, cum quod reliquum agat, nihil habeat. Qui aũt cum vxore est, solicitus est quæ sunt mundi, q̃modo placeat vxori: & diuisus est. Hoc est, qui coniugij vinculo ligatur, tot habet curare in re domestica, vt non possit in totum vacare Deo: sed diuisus est, hoc est, partim seruit Deo, partim vxori, cui iam indissolubili nexu ligatus est. Hanc querelam quotidie audimus, se non posse, aiunt coniugati, Deo vacare, Verbo Dei adesse, ecclesias visitare: sed clericis, qui nihil aliud quod agant, habent, hæc & licere & conuenire. Sed obseruandũ hic venit, quod Ap̃lus ꝑscribit ijs qui à matrimonio liberi sunt, vt in totum vacent Dei ministerio: qui aũt coniugati, non in totum deserant. nemo enim tam stricte impeditur, quin aliq̃n aĩam suam curare possit. Sed quid iam ꝑsens seculũ, reliquum pietatis habet? Qui liberæ sunt vitæ, nec circa familiã occupantur, hi diu noctuq; genio indulgent, cuticulam curant, pergræcantur & Corinthiantur. Qui porro matrimonio iuncti sunt, vel familiam negligũt, vel ad impietatem alunt, nec vel semel de animarum salute cogitant: sicq; à neutra parte Deo ser- Obser.

uitur, sed omnes quærunt quo mundo placeant. Audiamus reliquum Apostoli: de viris enim tantum iam dixit.

Et mulier innupta & virgo, cogitat quæ domini sunt, vt sit sancta & corpore & spiritu. Quæ autem nupta est, cogitat quæ sunt mũdi, quõ placeat viro.

Eadem dicit de mulieribus, quæ de viris. Pari enim ratione alligati sunt coniuges ad curam domesticam. pari modo coguntur erga familiam soliciti esse. Dicit ergo Aplus: Virgo aut mulier alioqui cœlebs, vnum illud curat, vt Christo sponso placeat, cui non aliter placet, q̃ si se totam castam & incorruptam seruet, non corpore solum, verum etiam animo. At quæ nupta est, necesse habet vt se Christo mũdoq́ partiatur, ita satagẽs placere Christo, vt marito, cui debet obsequium, non displiceat. Profecto magno põdere hæc ab Apostolo dicuntur: Mulier innupta & virgo, cogitat quæ dñi sunt, vt sit sancta corpore & spũ. Cogitat mulier cœlebs & virgo, quæ dñi sunt: quæ diaboli sunt, non cogitat. Diaboli aũt est tota illa vitiorũ colluuies, superbia, inuidia, auaritia, lasciuia, ebrietas, turpiloquiũ &c. his oĩbus sancta virgo valedicit, hæc oĩa abominatur: Superbiam humilitate expellit, inuidiam charitate, lasciuiam, ebrietatem & turpiloquiũ virginali verecundia amolitur. Non amat placere mũdo, sed Christo. Sic Christo inseruit, vt charitas proximi nõ exulet. In sancta virgine non inuenies pompã vestium, nouit enim quod in Psalmis de filia
Psal. 44 regis scriptum est: Omnis gloria filiæ regis ab intus. Sancta virgo non erit loquax, quia in multiloquio non deerit pecca
Pro. 10. tum. Virgo soli Deo loquatur, soli Christo confabuletur. Sinat mũdanos sua agere negocia. Cito verbum excidit, quod re-
Gene 3. uocare desideres. Si Eua non fuisset loquax, nec Adam deceptus fuisset, nec respondisset interrogata serpenti. Virgo sancta non amat publicum, sed si aliqua necessitas publico vtendi contigerit, cum deipara virgine festinanter domũ Zachariæ ingreditur. Habẽt virgines exemplũ quod imitentur in di-
Luc. 2. ua virgine, quæ Chrm̃ Dei filium, virginem & virginũ sponsum genuit, sic tñ, vt virginitate sua nõ priuaretur. Poteris &

tu

tu sacra virgo, tu item mulier cœlebs, incorrupta virginita- CAP.VII.
te, multorũ effici mater. Quotquot enim tua virtute tuoq́ꝫ pio
pietatis exemplo ad pietatem prouocas, horum oĩm mater
eris. Exijt Maria in publicum, non q̃dem ad choreas, sed vt
Elizabethæ inseruiat, vt Hierosolymis in tẽplo legi Dei satis
faciat, vt deniqꝫ Chr̃m crucifigendũ comitetur. Nec oĩno mu
ta est mater vestra, o sacræ virgines: habet q̃d loquaẗ, habet
quod cantillet. Nouimus cantiones deiparæ, nõ turpes, non
mordaces, non impuras, sed quales vel angeli in cœlis cane-
re solent. Magnificat, inquit, anima mea dñm, & exultauit Luc. 1.
spũs meus in Deo salutari meo. Audi, Non tristatur, non lu-
get, sed exultat & lætatur, non ꝙ diues sit, ꝙ pulchra, ꝙ be-
ne pasta, sed in Deo, inquit, salutari meo. Sed non est locus
hic, deiparã multis cõmẽdare. Redeam⁹ ad Apl̃m nostrum.
Virgo cogitat q̃ dñi sunt, vt sit sancta corpore & spũ. Parũ
est mala non loqui, nisi & mala non cogitet, & ab alijs turpe
dictum non intelligat. Parum item est, virginem esse corpo-
re, nisi & mente virgo sis. Animus enim est, q aut sanctificat,
aut polluit corpus. Quid enim prodest, corpus habere mun
dum & animam pollutam, cum merito animæ aut honoreẗ
corpus, aut damneẗ? Multas inuenire licet puellas, si corru-
ptionem corporis tñ quæras: aut enim inuitis parentib⁹ sic
retinetur, aut qui ipsam ambiat, nõ inueniẗ. Sed sanctæ virgi
nis est, vt nõ minus animũ purum custodiat, q̃ corpus imma
culatũ. Quid dico animũ? Oculi, lingua, manus, pes, breuiter,
totus corporis habitus, qualis sit virgo, repræsentare debet.
ex abundantia cordis os loquiẗ. Et oculi deprædanẗ animã. Matt. 12.
Et qui licitatores non quærit, merces suas non exponit, sed Thre. 3.
domi retinet. Deprædari desiderant, qui thesaurũ publice in
via portant. Non est honestæ virginis, impuris delectari di-
cterijs. Virgo cogitat quæ dñi sunt, vt dño placeat, vt tem-
plum spũssancti sit, vt sit sancta corpore & spũ. Olim bonæ
virgini non licebat sacrarũ nuptiarũ interesse celebrationi:
nunc q̃dam à nullo abhorrent cõuentu, sed vbi plurima tur
ba, ibi primũ oĩm puellæ conueniũt spectatum, spectẽtur vt
ipsæ. Et ad hunc errorem non solum cõniuent parentes, sed

etiam instigant,cõpellunt,vrgẽt. Stulta vocatur puella,quæ se intra suam pelliculam cõtinet. Muta dicitur,quæ non subinde turpia vel dictat vel cantillat. Quid referam hoc, quum etiam ꝗdam matres,filias suas doceãt superbire, anteq̃ quid superbia sit,intelligant? Quid quod ꝗdam matresfamilias, famulas suas ad diuersos ludos vagari ꝑmittunt,ad ecclesiã vero ire piaculo ducitur? Ex sic vitiato semine, quid boni fructus(rogo)procreabitur? Nolo hoc mare altius ingredi. sufficiat nobis vnica Pauli descriptio & admonitio virginis: Mulier innupta & virgo, cogitat quę dñi sunt,vt sit sancta corpore & spũ. Suffecerit virgini huic placuisse, qui speciosus forma est p̃ filijs hoĩm. Audiamus residuũ Pauli de hoc negocio.

Porro hoc ad vtilitatem vestram dico,non vt laqueum vobis inijciam, sed ad id quod honestũ est, & quod facultatem præbeat sine impedimento dominum obsecrandi.

Quia Apl'us multis argumentis ostenderat virginitatem ꝓferendam matrimonio,ostendit & rationem reddit, quare ad virginitatem seruandã adhortatus sit. Hæc,inquit,quę hactenus dixi de virginitatis p̃stantia, non eo ptinent,vt vobis laqueum inijciam,hoc est, vel matrimoniũ, vel virginitatem p̃cipiam,quod vtrunq; dñs liberum permisit, sed dixi & ꝓposui quod vtilius est, quod honestius est, quodq; hoĩem ꝓmouet ad diligẽtiorẽ & ꝑseuerantiorem pietatem. Vtile est, siue vtilitatem præsentem siue futurã spectes. Honestum est in eo statu viuere, in quo virgo saluatorem mundo peperit. Ad liberius item Deo seruiendũ facit,cũ alijs curis virgo non distrahatur,& soli Chr̃o placere opus habeat. Obseruãdum hic,ꝗbus de causis virginitatis status eligendus sit,non in alium finem,q̃ vt quis liberius Dei ministerio vacare possit. Poteris & in matrimonio Deo vacare,sed non tãta libertate,q̃nta in statu virginitatis. Viderint igitur hi qui in hoc statu constituti,& virginitatem professi,nihil aliud agunt,q̃ ꝙ corpus saginant,somno indulgent &c. hi, inquam, viderint, quam

Obser.

Deo reddituri sint rationem. Talibus em̃, ille sanctus status, neq; vtilis, neq; honestus est, sed maxime nociuus. Quid igitur faciundum? Num in alium statum concedendum? Non assentior: sed vita emendãda, & quod hactenus neglectum, resarciendum. Verum hac de re in fine huius capitis, quando instituemus disputare de votorum ratione. Iam quod reliquum est, Paulum audiemus.

Si quis aũt existimat turpem se videri super virgine sua, ꝙ sit superadulta, & ita oportet fieri, quod vult faciat: non peccat, si nubat.

Rursus more suo repetit, virginitatẽ qdem p̃ferẽdam esse, sic tñ, vt quæ nupserit, non peccet. Porro hic de parentib⁹ dicit, qui fortassis lubenter filias suas virgines consecrassent, hę vero non consentirent, cum iam supra pubertatis annos puenerint. Dicit ergo Aplus: Si qs male audit ob retentã suã virginem, quæ iam nubilis est, aut si parẽs metuit, ne qd dedecoris aut infamiæ sibi cõtrahat, si filiam virginẽ, non abhorrentem à nuptijs, vltra iustum tempus domi clausam teneat, atq; ita res suadet vt nubat, nõ peccat pater elocãdo filiã, nec peccat filia nubendo. Summa est, iuxta Ambrosiũ: Si aliqua virgo in desiderio nuptiarũ est, iam matura ad vsum, melius esse vt secundũ concessam legem publice nubat, q̃ occulte turpiter agat, quod parenti & filiæ dedecorosum sit. Perpetuo em̃ in solutis locum habebit: Propter fornicationem vitandam vnusquisq; vxorem suam habeat, & vnaquæq; virum suum. Et, melius est nubere quàm vri: hoc est, fornicari. Obseruandum hic, quod etiam ethnicis & Christianis turpe visum est, si parentes nubilem virginem, & non abhorrentem à nuptiis, etiam inuitã apud se retinuerint in virginitate. Hoc an necessariũ sit multis tractare hoc seculo, vix video. De nobilibus certe auaris diuitib⁹ hic possem multa dicere: sed quia re ipsa multi parentes experiuntur, quid sit filiæ non prouidere de marito, silens præteribo. Melius & tutius aliquando esset, agricolæ vel sutori crepidario elocare filiam, quàm nescio Obser.

scio

ſcio quos quærere generos. Bonarum quidem virginum eſt, nihil contra parentum voluntatē deſignare: ſed piorum parentum etiam eſt, bonas filias non negligere. Porro ad id, ne filij vel filiæ negligant parentes, nec occulte vel fornicent vel matrimonia ineant, plurimū habebit momenti diligens educatio, diſciplina parentū, ſobrietas, occupationes aſſiduæ, conuictus pudicus, pſcripta doctrinæ euangelicæ. Quid aūt nouum aut mirum, ſi qui ſumma parentum indulgentia, vel neglectu potius, per ocium & luxum educantur ad laſciuiā, inter iuuenes aut famulos intemperantes, ocioſos ac laſciuos, inter ineptos luſus & obſcœnas fabulas, ante tempus rapiantur ad libidinem? Nonne in euangelijs eſt, Nunqd de ſpinis
Mat 7. quis poterit colligere botros, aut de tribulis ficus? Quæcunq;
Gal 6. ſeminauerit homo, hæc & metet. Hæc ptinent ad hoc, ne parentes occaſionem vel cauſam dent filijs vel filiabus, aut turpe aliquid cōmittere, aut contra voluntatē parentū nubere. Cæterū ſicut qdam maximo ſuo malo liberorū differunt coniugia, ita qdam vel auaritia, vel ſuperbia, vel aliqua alia non honeſta re ducti, liberorū pcipitant coniugia. Quæ aūt lerna malorum hinc ad parentes redeat, nolo alius repetere.

Vide Epipha. cōtra hæreſim Apoſtolicorū ca. 61. pag. 243

Nam qui ſtatuit in corde ſuo firmus, non habēs neceſſitatem, poteſtatem autem habens ſuæ voluntatis, & hoc iudicauit in corde ſuo, ſeruare virginē ſuam, benefacit.

Quæ proxime pmiſit, eo ptinent, ne parens nupturiētem virginem contra ipſius voluntatem à matrimonio retrahat. Iam vero oſtendit, qmodo agere debeat parens cum virgine quæ non abhorret à virginitate, ſed potius à matrimonio. Eſt itaq; doctrina Pauli talis: Si quis habet virginem, cui animus ad nuptias non eſt, ſeruet illam: nec illi ingerat fomitem nuptiarū, quam videt voluntatē nubēdi non habere. Bene igitur diſcutienda ſunt, quæ hic Paulus ordine enumerat. Principio, inquit, ſi firmiter ſtatuit in corde ſuo ſeruare virginem ſuam, ne ſcilicet poſt ipſum pœniteat, & velit virginem à ſua pro-

professione reuocare, Secundo, non habens necessitatem, sed potestatem voluntatis suæ. Quid hoc est? Quàm diu virgo libera est, neq; ad matrimonium, neq; ad virginitatem alligata est. Similiter & pater non peccat, si voluntariam virginem vel elocarit, vel apud se retinuerit. Quod si virgo nupturit, hoc est, voluntatē nubendi habet, iam pater necessitate coactus est, nec habet potestatem suæ volūtatis. Item si virgo semel matrimonio iuncta fuerit, iam non habet pater potestatem illam ad cœlibatum cogere. Quod enim Deus cōiunxit, homo non separet. Postremo, qm̄ primo dixit, qui statuit in corde suo firmus, addit in postremo loco, & hoc iudicauit in corde suo: vt admoneat hæc non negligēter debere fieri, sed cum sano animi iudicio. Subnectit Apostolus:

Igitur & qui matrimonio iungit virginē suam, bene facit: & qui non iungit, melius facit.

Qui virginem suam elocat & nuptum dat, benefacit, nec peccat. Nuptiæ enim bonæ sunt, sanctæ sunt, honestæ sunt. Sed qui non dat nuptum, melius facit. Nuptiæ, inquit, bonæ qdem sunt, sed his longe p̄ferenda virginitas, quæ & maioris meriti est apud Deum, & minoris solicitudinis apud mundum. Sed de his in superiorib⁹. Scio quid huius tēporis pseudoprophetæ blaterent: sed apud me potior est vnius Ambrosij sententia, q̄ oīm Lutheranoꝝ assertiones. His igitur posthabitis, quod reliquum est huius capitis, audiemus.

Mulier alligata est legi, quanto tempore vir eius viuit. Quod si dormierit vir eius, liberata est: cui autem vult nubat, tantum in domino. Beatior autem erit, si sic permanserit secundum meum consiliū. Puto autem ꝙ & ego spiritum Dei habeam.

Epilogus est oīm suprà dictoꝝ, siue de virginitate, siue de digamia &c. Rogatus fuerat de matrimonij negocio, siue paris siue disparis cultus. Iam concludit, dicens: Mulier, vxor nimirum, alligata est legi, quanto tēpore vir eius viuit. Qua-

lemcunq; sortita fuerit virum, cuiuscunq; fuerit conditionis, cogitur cum ipso q̃ diu viuit, permanere: sic tñ, vt huius intuitu nihil in Chr̃m peccet. Sic ergo non licet mulieri, inuito marito, cœlibatum amplecti: neq; licet mulieri, etiam repudiatæ, qualicunq; modo alteri viro nubere. Quod si dormierit vir eius, liberata est, sic vt iam possit nubere vel cœlebs viuere. Si vero nubere voluerit, cui vult nubat, tantũ in dño, hoc est, religionis suæ viro. Quos enim vocatio in impari apꝑhendit cõnubio, separari non debẽt. Quos aũt in vocatione separarit mors, superstitiq; fuerit cordi alteras inire nuptias, curabit vt in dño eæ coeant: id est, vt maritus incredula vxore liberatus, fidelem ducat: & vt vxor fidelis, experta prius quid sit impio alligatam esse, abhorreat ab impijs, pio vero nubat viro. His oĩbus iterato subiungit, quod tota disputatione sæpi⁹ repetierat: Beatior aũt erit, si sic maneat iuxta meam sententiã. Postremo, vt ratum & ꝓuidum suum cõsilium ostendat, humilitate verbi hoc cõmendat, alio sensu dicens: Puto aũt ꝙ & ego spm̃ Dei habeam. Sic & in principio disputationis dixerat: Consiliũ aũt do, tanq̃ misericordiam consecutus à Deo, vt sim fidelis &c. Cæteꝝ de impari connubio in superiorib⁹ q̃dam diximus, & nonnulla statim adijciemus.

Obser. Admonuimus etiam paucis, ne filij vel filiæ, clam parentibus, conditionẽ mutent. Etsi enim vere matrimonium sit, nec dirimi debeat, ad q̊d vir & mulier consenserint, etiã clam & inuitis parentib⁹: nihilominus tñ peccatũ est ab illis contra Dei

Exo. 20 legem, quæ ꝑcipit parentes honorandos. Quapropter, q cõtra voluntatẽ parentũ nubunt, bonoꝝ liberoꝝ exemplũ nequaq̃ imitant: sed exemplũ iniqui Esau, qui non accepit vxo-

Gene. 26. rem ex patris sententia, sed opes ac formam sequutus, duxit vxores tres ex gẽte Chananitide: ex his suscepit filios, impia-

Gene. 28. rum ac reprobataꝝ gentiũ, semperq; Israelitico populo rebellium, authores. Hoc malum exemplũ est. sed si qs bonum audire cupit, legat qua ratione Iacob duxerit vxores, q̃ deuotione, qua item continentia &c. Multa profecto ꝑtinent ad fœliciter ineundũ matrimonium, quæ non patitur locus vel tẽpus enumerare. Postremo vt fidem meam liberem, restat

CAP. VII.

ſtat vt nonnihil dicam de Cœlibatu ſacerdotum, de votorum item ratione: receperam enim me de hac re nonnihil dicturum. Qui poſſim aũt hoc negocium melius abſoluere, q̃ ex ſacris literis oſtendendo, q̃ varia ſemper fuerint matrimonij iura: quidve varijs tẽporibus mutatũ ſit in his, quæ ad matrimonij negocium attinent. Ab Adamo ſumamus initium. de hoc eñ dicit Moſes: Plãtauerat dñs paradiſum voluptatis à principio, in q̊ poſuit hoĩem quem formauerat. poſuit eum, inq̃t, in paradiſum, vt operaret & cuſtodiret illum. p̃cepitq́; ei dñs Deus, dicens: Ex omni ligno paradiſi comede, de ligno aũt ſcientiæ boni & mali, ne comedas. In q̊cunq; enim die comederis ex eo, morte morieris. Dixit quoq; dñs: Nõ eſt bonum hoĩem eſſe ſolum, faciamus ei adiutoriũ ſimile ſibi. Adæ eñ non inueniebatur adiutorium ſimile eius. Immiſit ergo dñs Deus ſoporem in Adam: cumq́; obdormiſſet, tulit vnam de coſtis eius, & repleuit carnem pro ea. Et ædificauit dñs Deus coſtam quam tulerat de Adam, in mulierem, & adduxit eam ad Adam. Dixitq́; Adam: Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea. Quamobrẽ relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna. Benedixitq́; illis Deus, & ait: Creſcite & multiplicamini, & replete terrã. Hactenus recenſuimus ex Moſe, quæ ad inſtitutũ noſtrum faciũt. Hæc igitur prima ſunt ab orbe creato matrimonia, in quo nõ poteris dicere, virum duxiſſe vel filiam vel ſororem: ſed hoc tm̃, q vnus vnam duxerit, virgo virginem, mas fœminam. Iuxta hanc normam futura fuiſſent oĩa matrimonia, niſi primi coniuges Dei p̃uaricaſſent legem. Quod enim poſtea tempore procedẽte vnus plures habuit vxores, ex pc̃tõ noſtrorum parentũ Adam & Euæ factũ eſt. Neq; eñ dubium eſt, quin mors non habuerit locum in ſtatu innocẽtiæ. Nolo hic quiſq̃ putet, Adamũ nõ procreaturum fuiſſe prolem ſiue liberos, ſi non peccauiſſent. proculdubio enim procreaſſent, & lõge fœlicius q̃ nunc procreant liberi. hoc certe ex eo liquet, q innocenti etiamnũ Adamo dñs Deus Euam in adiutorium dederit ob nihil aliud, q̃ propter filios p̃creandos, ſicut adiutorium ſemini terra eſt, vt virgultum ex vtroq; na-

Diſputatio de cœlibatu & uotis clericorum.

Gene. 2.

Status innocẽtiæ.

Gene. 1.

Auguſt. cõtra Iulia. Pela. lib. 4 cap. 11.

scatur, hoc enim in prima rerum conditione, id est, in statu innocentiæ, dictum erat: Masculum & fœminam fecit eos, & benedixit illis Deus, dicens: Crescite & multiplicamini, & replete terram. Verisimile quidē est, Adam & Euam non coijsse in paradiso: sed tantum, postq̃ emissi sunt. non tñ video quid prohibere potuerit, quo minus essent eis etiam in paradiso honorabiles nuptię & thorus immaculatus. Si enim non peccasset Adam, iam q̃dem adhęreret vir vxori suæ vt gignerent filios, non tñ haberent in carne motum libidinis turbidæ: sed futurus fuisset concubitus, genialibus voluntate, non libidine motis, vt sine vllo inq̃eto ardore libidinis, sine vllo labore atq; dolore pariendi, fœtus ex eorũ semine gignerentur. Diximus Adamum concubiturũ fuisse cum Eua, etiam si non peccasset: nec tamē concubuisse in statu innocentiæ, sed postq̃ eiecti sunt de paradiso p̃uaricatores. Cur vero non coierint, nisi cum exissent de paradiso, cito, iuxta Augustinum, responderi potest: Quia mox creata muliere, priusq̃ coirent, facta est illa transgressio. Non enim scriptura expressit, q̃ntum interfuerit inter eos factos, & ex eis natum Cain. Potest etiam dici, quia nondũ eos Deus iusserat vt coirent. Cur enim non ad hanc rem diuina expectaretur authoritas, vbi nulla concupiscentia tanq̃ stimulis inobedientis carnis vrgebat? Sed hæc, vt remotiora à nostro instituto, nolo alti⁹ repetere. Tantũ hoc obseruãdum, quale fuerit primũ matrimonium, tale s. vt vnus cum vna iungeretur. Et ad hunc locum pertinet, q̊d dñs apud Matthæum dicit: Ab initio non fuit sic, s. vt vir plures habuerit vxores: sed qui creauit hoīem, masculum & fœminam creauit Deus, &c. nō masculo fœminas, nec fœminæ masculos. In primo igitur matrimonio, oīa bona coniugij fuerunt, quæ tria numerant̃ ab Augustino, Fides, Proles, & sacramentũ. De sacramento apud vere catholicos non est controuersia, cum Ap̃lus hoc ipsum clarissime testetur, dicens: Sacramentũ hoc magnum est, ego aũt dico in Christo & ecclesia. Nec difficile est intelligere quid Ap̃lus velit, q̃ñ q̃dē suprà dixerat: Viri, diligite vxores vestras, sicut & Christus dilexit ecclesiam, & seipsum tradidit p̃ ea &c. Et vt intel

Aug. de Ge. ad literã li. 9. cap. 3. & 4.

Heb. 13.

Quare nō concubuerit Adã cum Eua in parad.

1.

Matt. 19.

Matrimonij bona.

Ephe. 4.

liga

CAP.VII.

ligamus Apl'm non minus de Adā, q̄ cæteris dicere, ipsa verba Adæ adducit: Propter hoc relinquet homo patrē & matrem &c. De Fide coniugali minus dubitať, quū neuter coniugum alterum fefellerit. Sequiť iam proles, Abel, Cain &c. Iam videbimus mutatum ordinem, sed necessario mutatum. Cum igiť genus humanū post primū copulam viri facti ex puluere, & coniugis eius ex viri latere, marium fœminarumq́ꝫ cōiunctione opus haberet, vt gignendo multiplicaretur, nec essent vlli hoies nisi qui ex illis duob⁹ nati essent, viri sorores suas in coniuges acceperunt: q̄d quidē culpabile non est, cum ad hoc necessitate compulsi fuerint. Cain ergo duxit ꝓpriam sororem, cum alię non extarent mulieres. Sic ergo Adam coactus est necessitate eadem, vt esset filijs & filiabus suis & pater & socer. Sic & Eua vxor eius, vtriqꝫ sexui filioꝝ fuit & socrus & mater. Quare vero postea non idem factum sit, inter alias rationes non minima est, charitatis propagatio, vt non esset idem socer, qui & pater, sed duo charitatis membra. Hic obiter obseruandū, ꝙ sorores q̄dem duxerunt, sed ꝙ aliquis filię suæ matrimonio fuerit iunctus, nusq̄ reperitur. Quod vero Loth & filias suas adtinet, alibi fortassis diligētius & melius tractabitur. Abel sanctus martyr virgo obijt. Cain porro ex sorore genuit Enoch: ex eius progenie genitus est Lamech: Et hic nouum matrimonij institutum aggressus. Lamech siquidē accepit duas vxores, nomen vni Ada, & nomen alteri Sella. Vtrum vero culpādus sit, ꝙ duas duxerit vxores, nescio. certe scriptura hoc refert, quasi insolitum & contra morem illi⁹ seculi. Profecto aliàs hic Lamech sanguinarius, non pluri mū laudis meretur. Sub huius certe ætate fere legimus dn̄m supra malitiā hoīm conquestū, sicut scriptura dicit: Videns aūt Deus ꝙ multa malitia hominū esset in terra, & cuncta cogitatio cordis intēta esset ad malum om̄i tempore, pœnituit eum ꝙ hoiem fecisset in terra. Lamech porro pater est Noæ iusti, quem Deus cum suis in arca, diluuio inundante, reseruauit: per quos deinde rursus multiplicati sunt boni & mali. Aqs siquidē de terra sublatis, bn̄dixit Deus Noę & filijs ei⁹, & dixit ad eos: Crescite & multiplicamini, & replete ter-

Status lapsus

Vide Epiphanium pag. 156.

II.

Gene. 4.

Aug. in ciuit. lib. 15. cap. 16.

Sorores duxerunt, nō filias.

Gene. 19.

Gene. 4.

III.

Gene 6.

Gene. 9.

Gene.7. ram &c. Verũ q̃d in duabus vxoribus Lamech fecerat, Noah non est imitatus. Habuit enim Noah tm̃ vnicam vxorē, sicut
IIII. ex scriptura intelligimus: & hunc morem, i. vt vnus cum vna matrimonio copularetur, arbitrant observatum vsq; ad tempora Abrahã sanctiss. patriarchæ. Hic enim sanctus vir sustu-
Gen. 12.16.25. lit liberos ex Agar, Sara, & Zethura, qua de re hic nonnihil dicemus. Legimus enim q̃ Sara dixerit Abrahæ: Ecce conclusit me dñs ne parerem. Ingredere ad ancillã meam, si for-
Aug. cõtra aduers. legis & Pro. li. 2. ca. 9. te ex illa saltem suscipiam filios. Consensit Abraham vxori, ingressusq; est ad Agar ancillam, ex qua genuit Ismaelē. Cæterum Abraham cõcumbendo cum concubinis siue ancillis,
V. non peccauit, qm̃ non lubrico libidinis amauit ancillam, sed
Abrahã non peccauit concumbẽdo cum Agar. ab vxore accepit potestatem, qñ vxor ei9 fecit de iure suo q̃d voluit, volens habere liberos de marito suo, q̃uis ex vtero alieno. Nec coijt Abraham cum ancilla insultando coniugi, sed
D. Augu. de ciuit. Dei lib. 16. cap. 25. potius obediendo coniugi, quæ suæ sterilitati credidit esse solatium, si volũtate, ancillæ fœtum faceret suum. Nulla est hic cupido lasciuiæ, nulla nequitiæ turpitudo. Ab vxore causa plis: ancilla viro traditur, à marito causa prolis accipitur. Et hoc quod tum licebat, iam non licet. Peccat enim qui, etiam solo amore prolis q̃rendæ, cum muliere fornicatur. Neq; eñ
Rom. 3. sunt facienda mala, vt inde eueniant bona. Porro non solus
Gene. 25. Abraham legitur cum cõcubinis rem habuisse, sed etiam alij sancti viri, iussu vxoris. Isaac vnica & sola vxore Rebecca cõ
Gene. 29.30. tentus fuit. Iacob vero ex duabus vxoribus Lia & Rachel liberos suscepit, & ex duabus ancillis Bala & Zelpha. Qualis autem fuerit conditio concubinarum, operæprecium fuerit
Cõcubina q̃d audire. Hebræi per concubinam intelligunt, ancillam viro in concubitũ absq; scripto & legitimis cæremonijs additam. Et proles ex tali nata coniugio, nõ succedit patri in hæreditatem, sed muneribus dotari potest. Ergo cõcubinæ in scripturis, non sunt meretrices seu scorta, sed vxores: verum licet generent, procreentq; liberos, tamen nõ dominæ dom9 sunt, cui oĩa sint cõmissa. Vnde in Genesi Sara dña legitur. Agar, licet & vxor, Saræ dñio tñ subiecta fuit. Nam tales concubinæ siue vxores, parent dñæ vt aliæ ancillæ. Sic Salomon plures

res concubinas habuisse legitur, & alij multi. Augustinus existimat, oẽs quidẽ concubinas, vxores fuisse: sed non omnes vxores, cõcubinas. Sic Sara vxor fuit, nõ cõcubina: Agar vero, & vxor & concubina. Sic ergo facilime excusantur boni patriarchæ, ꝙ non solis vxoribus, sed etiã ancillis vsi fuerunt ad procreationẽ liberoꝝ. Sic etiã alij nõ fuerunt culpandi, ob pluralitatem vxoꝝ, quia non lasciuiendi, sed gignendi causa fœminis vtebãtur. Neq; cõtra morẽ illius seculi fecerunt, quia tum illa factitabãtur: neq; cõtra præceptũ, qa nulla lege prohibebant. Sicut enĩ sapiẽs in cibo & potu salutẽ tantũ corporis quærit, ita boni patres in cõcubitu, q̊d iam sæpe diximus, nõ nisi procreationẽ filioꝝ intuebant. Iam vero alia ratio est, q̃ tum fuerit. Quisquis enĩ hoc seculo plures vxores habuerit, & contra diuinã legem, & contra morem seculi, & deniq; cõtra naturam facit. Huc facit, quod seruator noster Christus in Euangelio dicebat: Ab initio non fuit sic. Sed q fecit hominem, masculum & fœminam fecit eos &c. Obseruandum obiter, quod quidem longo tempore licuerit, viris plures vxores simul & semel habere, sed nunq̃ licuit mulieri plures viros habere. Deinde & hoc obseruatum est, ꝙ etiam nondum lege scripta lata, patribus religio fuit, ne cum alienigenis inirent connubia: nouerant siquidem & cogitabãt, quid disparis cõiugia cultus tempore diluuij fecerint. Ad hunc locum iam pertinet, quod Abraham adiurauit seruum suum, ne filio suo Isaac vxorẽ acciperet de filiabus Chananæorum. Et Isaaci vxor Rebecca, timet ac veret ne Iacob vxorẽ sibi ducat de filiabus Heth. Et Isaac ipse filio suo Iacob dicit: Noli accipere coniugẽ de genere Chanaan, sed vade & proficiscere in Mesopotamiã Syriæ, ad domũ Bathuel patrem matris meæ, & accipe tibi inde vxorem de filiabus Laban. & profectus est Iacob, adiunxitq; sibi duas sorores Liam & Rachel in coniuges. quod & postea lege cautũ est, ne fiat. Adiũgam hoc vnicũ, ꝙ Isaac & Rebecca plurimũ legũtur offensi, ꝙ Esau sibi duas vxores alienigenas adiũxerit. Et ad Sichem dicũt filij Iacob: Non possumus sororẽ nostrã dare incircũciso. Habemus ergo iam, qualis fuerit indulgẽtia matrimonij

CAP. VII.

Vide Aug. cõtra Faustũ lib. 22. ca. 47

Pluralitas vxorum.

Vide Iudic. 8.

Vide D. Eusebiũ de demõstratio euang. lib. 1. cap. 9.

Matth. 19

Obser.

Disparis cultus cõiugia.

Gene. 24.

Gene. 27

Gene. 28

Duæ sorores. VI.

Gene. 26

Gene. 34

nij tẽpore ante legẽ. Iam audiemus limites, q̃s iuxta legẽ scriptam, in matrimonio cõtrahẽdo trãsgredi nõ licebat, & hoc paucist. expediemus, vt ad id q̃d instituimus, citius perueniamus. In Leuitico legimus terminos & gradus p̃scriptos, q̃s in cõtrahendo matrimonio excedere nõ licebat. Ibi iam non cõceditur, vt q̃s vxoris loco habeat sororẽ, vel sororis filiã, & cætera huiusmodi q̃ nolumus enumerare. Primũ ergo nõ licuit proximos affinitatis gradus, q numerant, trãsgredi. Secundo aliud rursus mandatũ legimus: Nubãt, inq̃t Moses, q̃bus volũt, tantũ suæ tribus hoĩbus, ne cõmisceatur possessio filiorum Israel de tribu in tribũ. Commune quidẽ hoc fuit mãdatum: sic tñ, vt Leuitis licuerit ducere, ex qua tribu placuerat. Tertio additum est: Quãdo habitauerint fratres simul, & vnus ex eis absq; liberis mortuus fuerit, vxor defuncti nõ nubat alteri, sed accipiet eã frater eius, & suscitabit semen fratris sui, & primogenitũ ex ea filium, noĩe illius appellabit, vt non deleat nomẽ eius ex Israel. Sin aũt noluerit accipere vxorem fratris sui q̃ ei lege debetur, perget mulier ad portã ciuitatis, & interpellabit maiores natu, dicetq;: Nõ vult frater viri mei suscitare semen fratris sui in Israel, nec me in coniugẽ sumere. Statimq; accersiri eum faciẽt, & interrogabũt. Si responderit, nolo eã vxorẽ accipere, accedet mulier ad eum coram senioribus, & tollet calceamentũ de pede eius, spuetq; in faciẽ illius, & dicet: Sic fiet homini q nõ ædificat domũ fratris. Et vocabitur nomen eius in Israel, domus discalceati. Ex hac lege bene cõsiderata, multæ soluũtur in scripturis q̃stiones, q alij sunt patres secundũ legẽ, alij secundũ naturã, & tñ vtriq; veri patres. Hinc Ioseph spõsus Mariæ virginis, duos habet patres: alterum carnis, qui vocat Iacob: alterum legis, q vocatur secundũ Lucã Heli. Iuxtà hãc legẽ in Euãgelio proponũt Saducæi quęstionẽ de muliere, q̃ ordine septem fratres viros siue cõiuges habuerit. Si q̃s porro huius legis exẽpla velit, legat sacrã historiã de Iuda & Thamar. Quartum pręceptum de matrimonio audiamus: Si acceperit homo vxorẽ, & habuerit eã, & nõ inuenerit gratiam ante oculos eius propter aliquã fœditatẽ, scribet libellũ repudij, & dabit in manu illi-

Marginalia: Tempus legis scriptæ. — Leuit. 18 — 1 — Nume. 36 — 2 — 3 — Deut. 25 — Filius quõ duos patres habere potuerit. — Matth. 22 — Gene. 38 — 4 — Deut. 24

illius,& dimittet eã de domo sua,scilicet vt alteri nubere pos CAP. VII.
sit libere,neq; ausit prior maritus repudiatam repetere.
Vltra prædicta adhuc aliã legem inuenimus,quę solos sacer- 5
dotes concernit.ea sic habet:Sacerdos scortum & vile prosti Leuit.21
bulum nõ ducet vxorem, nec eã quæ repudiata est à marito,
quia consecratus est Deo suo, & panes propositionis offert.
Virginem ducet vxorẽ,viduã aũt & repudiatã, & sordidam
atq; meretricẽ, nõ accipiet.Apud Ezechielẽ porro additur: Ezech.44
Sed & viduã,quæ fuerit vidua à sacerdote,accipient. Iã non
à re alienũ fuerit,si & hoc ostenderim,tẽporibus quibusdam
certis cõiuges abstinuisse à cõplexibus,nõ quasi à per se ma- Obser.
lis,sed vt diuinis rebus maiori studio adesse possent. Huius
rei exemplũ arbitror esse, ꝙ populo suscepturo legem Dei,
Moses mãdat,dicẽs:Estote parati in diẽ tertium,& ne appro Exo.19
pinquetis vxoribus vestris. De sacerdotibus & Leuitis non
est dubiũ,quin eo tẽpore q̃ cogebant certis aliq̊t diebus in tẽ
plo ministrare,abstinuerint ab vxorꝶ cõplexibus. Neq; enim
oẽs & singuli ꝑpetuo adstabant tẽplo, sed prout sors siue vi-
ces dabãt. Hanc rem vel ex Zachariæ ministerio apud Lucã
intelligere poteris.Obserua igit̃ hoc loci,q̃a sacerdotibus & Obser.
Leuitis licebat habere siue ducere vxores,sed non quascunq;
vellent,neq; licebat ꝑpetuo ipsis adhærere,q̊ expeditius Deo
vacare possent.Iã accedamus ad tẽpora nostra, ad tempora
gratiæ siue euãgelij,visuri q̃d in causa matrimonij mutatum
sit.Principio igit̃ statim in vestibulo euãgelij Christus salua-
tor natus est ex casto matrimonio, q̃d fuit gloriosæ virgini Tẽpus gratiæ & euãgelij.
Mariæ cũ pijssimo Ioseph.Voluit quidẽ ex virgine nasci, vt
status ostẽderet eminentiã.Sed eũ honorem habuit cõiugi-
bus,vt placuerit ex cõiuge nasci.Sanctũ eñ & verꝶ coniugiũ
fuit inter Mariã & Ioseph,etiãsi copula carnalis nunq̃ inter-
cesserit.Noli timere accipere Mariã cõiugẽ tuã, ait angelus Matth.1
ad Ioseph.Habuit itẽ Chr̃s de virgine natus,virginẽ p̃cursо-
rem,Ioannẽ nimirꝶ Baptistã,q̃ semetipsum propter regnum
cœlorꝶ castrauerat.Sed relicto virginitatis encomio, ad ma-
trimoniũ reuertamur.Chr̃s Iesus interpretaturus capita legis
Mosaicæ,post nõnulla q̃ ad institutũ nostrũ nõ ꝑtinẽt,ordine Matt.5

ad matrimoniũ venit,& hoc nõnihil elucidaturus. Dictũ est,
Deut. 24 inqt Chrs: Quicũq; dimiserit vxorẽ suã, det ei libellũ repudij.
Ego aũt dico vobis, qa oĩs q dimiserit vxorẽ suã, excepta for
nicatiõis causa, facit eã mœchari: & q dimissam duxerit, ad-
ulterat. Vides igit qmodo Chrs cõtrahat matrimoniũ arctiꝰ,
Matt. 19 q̃ sub lege fuerat. Porro hãc interpretationẽ qdã dente cani-
no arrodebãt, & huius causa cũ Chro expostulabãt, dicẽtes:
Si licet homini dimittere vxorẽ quacũq; ex causa? Iesus vero
respõdẽs, ait: Nõ legistis qa q fecit hoiem ab initio, masculũ
& fœminã fecit eos? Et dixit: Propter hoc relinquet homo
patrẽ & matrẽ, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne
vna. Itaq; iã non sunt duo, sed vna caro. Quod ergo Deus cõ-
iunxit, homo nõ separet. Qui dicũt: Quid ergo Moses man-
dauit dare libellũ repudij, & dimittere? Et ait illis: Quoniam
Moyses ad duritiã cordis vestri pmisit vobis dimittere vxo-
res vestras: ab initio nõ fuit sic. Dico aũt vobis, qa quicũq; di-
miserit vxorẽ suã, nisi ob fornicationẽ, & aliã duxerit, mœ-
chatur. Et qui dimissam duxerit, mœchatur. Post disputatio
nem iã auditã, discipuli dicunt: Si ita est causa hoĩs cũ vxore,
nõ expedit nubere. Respõdit Iesus: Non oẽs capiũt verbum
istud, sed qbus datũ est. Et cõtinenter enumerat dñs tria gña
viroꝝ, q̊s repudiũ nihil morat, cũ in totũ mulierib⁹ abstinẽt.
Sunt, inqt, eunuchi, qui de matris vtero sic nati sunt: & sunt
eunuchi, q facti sunt ab hoĩbus: & sunt eunuchi, q semetipos
castrauerũt propter regnũ cœloꝝ. Qui potest capere, capi-
at. Duo prima gña eunuchoꝝ, etiãsi velint rei venereæ ope-
ram dare, nõ possunt. Tertiũ porro genus aptũ est ad matri-
moniũ, sed propter regnũ cœloꝝ cœlebs viuit. Ad proximũ
hoc genus pertinent Apostoli & discipuli dñi Iesu, q aut du-
ctas vxores Chri gratia reliquerũt, aut in totũ à nuptijs & à
Luc. 4 mulieribus abstinuerũt. De vnico Petro legimus in Euange-
lijs, ꝙ vxorẽ habuerit, de alijs nihil certi habemus. Quod ve-
ro Paulũ Apostolũ attinet, nolumus cũ aliquo rixari. siue eñi
habuerit, siue non habuerit, parum refert: quandoquidẽ cer-
to certius constat, ipsum in Apostolatu cum vxore vel alia
quapiam muliere rem non habuisse. Hactenus de tempore
inter

CAP.VII.

inter natiuitatem & Adscensionem Christi. Quid deinde reliquum in Matrimonij negocio actum sit ab Apostolis, Paulus capite septimo huius Epistolæ satis ostendit: & quod hic non inuenitur, alijs in locis satis superq; expressit. Non est animus hãc rem altius repetere. Quid ad interrogata Corinthiorum responderit, paucis compræhendi potest. De q-bus aũt scripsistis mihi, bonũ est homini mulierẽ non tangere: ad vitandã vero fornicationẽ, vnusquisq; vxorẽ suam habeat, & vnaquæq; virum suum habeat. Quid coniuges inuicem debeant, ostensum est. De his vero quæ diuersæ religionis sunt, etiam non tacuit suam sententiã: & hæc maxime ad nostrum institutum ptinent. Cõmunis lex est, cõmune priuilegium, vt vnusquisq; ad vitandã fornicationem suam coniugem habeat. Addit tñ Apl'us terminos, quos trãsgredi non licet, s. ne quis fidelis cum infideli cõtrahat. Et hac de re nonnihil diximus. Cæter cum in gñe multa super hac re disputasset, breuiss. sic cõclusit: Qui matrimonio iungit virginem suam, bene facit: & qui non iungit, melius facit. Mulier alligata est legi, q̃diu viuit vir eius. q̃ si dormierit vir eius, liberata est. Cui aũt vult nubat, tantũ in dño. Beatior aũt erit, si sic pmãserit secundũ meum consiliũ &c. Hoc ergo capite ostendit matrimoniũ qdem bonum esse, virginitatem aũt multis noĩbus p̃ferendam, non solum ob cõmoditates p̃sentis vitæ, sed qm̃ is qui à muliere liber est, absq; vlla distractione Deo assidue seruire possit. Ex hoc iã alia Apostoli ordinatio manat, nimirũ vt is qui semel à lege matrimonij liberatus est, & rursum ad has solicitudines sese dederit, Sacerdotio indign' iudicaretur. Et hoc est quod Apl's ad Timotheum & Titum scribit: Oportet episcopum vnius vxoris virum esse: hoc est, q̃ ex viduo non rursus factus sit maritus. Quod vero hæc germana sit verbor Apostoli expositio, multis argumẽtis olim in epistola ad Timotheum ostẽdimus. Sufficiat hoc vnicum, q̃ in omni scriptura noui testamenti, ne vestigium qdem demonstrari possit, ex quo vel conijcere liceat, aliquem iam sacerdotio fungentem, hoc est, in ipso episcopatu vxorem duxisse. Quod vero liceat eum, qui vxore prima defuncta, sacer

Tẽpus ab Adscensione.

1. Cor 7.

1. Tim. 3.

Tit. 1.

Obser.

dotium ambit, in sacerdotē eligere, totius ecclesiæ praxis docet. Quid? Non potest Apl'us pcipere vt sacerdos vxorem habeat, cum matrimonium liberum sit: Nec potest consulere, vt vxorem ducat, cum hactenus diuersum consuluerit. Principio nascentis ecclesię ipsa paucitas Chr'ianorum suadebat, etiam coniugatos in sacerdotium allegere: cauebatur tñ, ne bigamus adlegeretur. Legimus Timotheum, Titum, Marcum, & alios, virgines: neminem tñ legimus ab Apostolo hãc ob rem obiurgatum. Igitur quod Apl'us hic docuit, hactenus obseruari voluit ecclesia. Noui quid pseudoprophetæ contrà intonent. Sed qñquidem vtraq; pars sua scripturis circũuallare pollicetur, hic opportune fortassis catholicus à pseudoprophetis quæret, Quid mouere possit vel debeat catholicũ,
Obser. vt reiectis interpretationibus sanctoꝶ doctoꝶ, episcopoꝶ, martyrũ item, ipsis pseudoprophetis credat, qui in tam multis à se inuicem dissentiunt. Obijciunt fortassis: Hoïes sunt, labi possunt. Sed nos totidem recinimus: Certe quod nos docemus, à tempore Apl'oꝶ Chr'ianus populus credidit. Quod illi persuadere conanť, à sanioribus semꝑ explosum est. Porro qñquidem illis desunt scripturæ, ad cõuicia protinus currunt, impuram clericoꝶ vitam in medium ꝓducentes. Principalis quæstio illoꝶ est, Num melius & tutius sit vxorem habere, q̃ scortum alere. Sed quid ad hæc respondebimus? In
Heb. 13. Decalogo legimus, fornicationem esse ꝓhibitam. Et Paulus dicit, Fornicarios & adulteros iudicabit dñs. De meretrice igitur nulla quæstio est: sed vtrum cõiunx sit illa, quam hoc specioso Titulo venditas. Apud tuos fortassis vxor iudicať, quæ à sanioribus tanto vilior reputatur, quanto magis se melioribus mulieribus cõparat. Quæstio igitur in hoc est, num vere sit vxor, quam tu bonã vxorem p̃dicas. Quis enim tam demens est, qui non multis noïbus coniugiũ scortationi p̃ferri velit? Quid iam aliud restat, nisi vt probes matrimonium esse, quod ab alijs impura scortatio iudicatur? quod nisi feceris, dum clericos concubinarios iudicas, teipsum condẽnas. Sed obijciunt, matrimonium liberũ esse, nec alicui hoïm ꝓhibitum vel interdictum. Fatemur & hoc. Quæstio ergo nunc

 CAP.VII.

est: Vtrum hoc quod per se liberũ est, aliquis sibi facere possit non liberũ. Matrimoniũ quidem liberum erat tibi ante emissionem solennis voti, sed post votum, liberum tibi non est. Vouere, liberum est: sed votum emissum præstare, præcepti est. Sed inquiunt: Vota quidem præstanda sunt, sed tamen ea quæ non sunt contra dñm. Vouere porro castitatem perpetuam, cum in potestate mea non sit præstare, potius præsumere est quàm vouere. Ad hoc respondemus: Seruare perpetuam castitatem, optimũ esse, ex Paulo nostro iam sæpe audiuimus. Quod aũt ipsam liceat vouere, sacræ scripturæ exemplis probari potest. Certe sicut ex epistola ad Timotheum intelligimus, nemo ex stipe ecclesiæ alebatur, nisi qui vel quæ promitteret se perpetuo abstenturum à matrimonio. Et certe si quis assumebatur ad episcopatum, hic si non habebat vxorẽ, certe nõ poterat vnam ducere. Si aũt primam habebat, permittebatur ei in matrimonio viuere, hac tñ lege, vt prima mortua, secundã non duceret. Quid dico de episcopis? Nec omis vidua assumebatur in curam ecclesiæ, sed tñ vniuira. Quod vero causantur impossibilitatem, nihil est, quum nec semel ex animo ipsam castitatem à Deo rogarunt. Vnde igitur petas tibi donum, vt fidelis sis maritus, quum etiam multos inuenias qui hoc dono careant? Sap. 8. legimus: Et vt sciui, quoniam aliter non possem esse cõtinens, nisi Deus det, & hoc ipsum erat sapiẽtia, scire cuius esset hoc donum: adij dñm, & ex totis præcordijs deprecatus sum eum. Audis iam vbi inuenitur donum continentiæ? Vis aliud? Nõne legimus Apl'm Paulum pari remedio stimulum carnis sedasse, cum ter accesserit dñm, & illius amolitionem petierit? Sed noui prophetæ aliud remedium ignorant, præter carnem fœmininam. D. Hieronymus ad exẽplum Pauli, alio remedio vsus est. Quia impossibile est in sensum hoĩs non irruere innatum medullarum calorẽ, ille laudatur, inquit, ille prædicatur beatus, qui vt cœperit cogitare sordida, statim interficit cogitatus, & allidit ad petram. Petra aũt erat Chrs. O quoties ego ipse in eremo cõstitutus, & in illa vasta solitudine, quæ exusta solis ardoribus, horridũ monachis præstat habitaculum, putabam me Romanis interesse delicijs. Sedebam solus, quia

1. Tim 5.

Sap. 8.

2. Cor 12.

Ad Eustoch. de custodia virg.

amaritudine repletus eram. Horrebant sacco membra defor mia, & squalida cutis sitū æthiopicę carnis obduxerat. Quotidie lachrymæ, quotidie gemitus. Et si quādo repugnātem somnus imminēs oppressisset nuda humo, vix ossa hærentia collidebam. De cibis vero & potu taceo, cum etiam languen tes aqua frigida vtanť: & coctum aliqd accepisse, luxuria sit. Ille igitur ego, qui ob gehennæ metum, tali me carcere ipse damnaueram, scorpionum tm̄ socius & ferarꝝ, sæpe choris intereram puellarꝝ. Pallebant ora ieiunijs, & mēs desiderijs ęstu abat: & frigido corpore, & ante hoīem suū iam carne pmor tua, sola libidinum incendia bulliebāt. Itaq; om̄i auxilio destitutus, ad Iesu iacebam pedes, rigabam lachrymis, crine ter gebam, & repugnantē carnem hebdomadarꝝ inedia subiugabam. Memini me clamantē diē crebro iūxisse cum nocte, donec rediret dn̄o increpāte tranqllitas. Hactenus Hieronymus, quem noui vxorarij contēnunt, concubinarij vero magis laudant, q̄ imitanť. Rursum ridiculum est quod interpre tanť, Melius est nubere q̄ vri, hoc est, tentari. Neq; enim Apo stoli mens est, vt quis aliqñ ad stuprū solicitatus, continuo vel vxorem ducat, vel scortetur. Sed de hoc superi⁹. Est aliquod mediū inter scortari, & vxorem ducere. Tentabať acerrime Paulus, sed neq; scortatus est, neq; vxorem duxit. Obijciunt donum Pauli, Obijcio ego precationē Pauli. Breuiter admit timus quicqd ex Paulo adducunt, sed sic, vt de liberis hoībus intelligatur, non de his qui sua voluntate semetipsos in seruitutem dederunt. Sed sunt qui causantur se in vouendo nesciis se piculū, ideoq; se impune iam contrahere. Respondeo: Cur non pari ratione irritum putant, quod suo noīe in baptismo pmissum est? Conquerunť de negato dono. Non habebim⁹ eis fidem, donec pia cōuersatione pbent. Scortatio siquidem non declarat donum cōtinentiæ deesse. Aut cur nō absoluis furem vel latronem, qui pfitetur se nescio qua cupiditate coactum? Sed quid ego incassum multa verba perdo, cum recepti ss. Lutheranorꝝ dogma sit, Deum & bona & mala in nobis operari, oīa item de necessitate euenire? Cæterꝝ nolo hic adducere orthodoxorꝝ patrū authoritates, nolo referre sancto-

Obiect. (beside "gis laudant")
Obiect (beside "donum Pauli")
Obiect. (beside "non pari ratione")

ctorum exempla, cum aduersus pertinacē nihil satis sit. Summa supradictorũ est, Eum qui semel ꝑpetuam vouerit castitate, non posse citra peccatum contrahere. Sed iam opinor aliquot cogitare, Defensam ergo vis impurã clericorũ vitam? Non possum defendere, nec animus est: quis enim nesciat, q̃d & suprà admonuimus, fornicarios & adulteros regnum Dei non possessuros? Nec dubito quin impura sacerdotum vita, non minima causa sit, cur sacramenta ecclesiæ in tam detestabilem contẽptum venerunt. Arcebant olim ab esu panum ꝓpositionis, qui se vxorib⁹ polluerãt. Et Apostoli consiliũ est, vt sese coniuges coniugali cõtineant opere, dum vacandũ est orõni. Ex his igitur & similibus facile æstimare datur, q̃lis sacerdotes deceat puritas & vitę innocentia. Et tantum de hoc negocio. Multa q̃dem ad hoc negociũ ptinebãt, sed ego tm̃ ea proponere volui, quæ proxime ad nostrũ institutũ faciũt. 1. Reg. 21.

Caput VIII.

DE his autem quæ idolis immolãtur, scimus quia omnes scientiam habemus. Scientia inflat, charitas vero ædificat.

Absoluto matrimonij negocio, ad alias quæstiones accedit, ostẽsurus q̃d Christiano fratri vel faciendũ, vel omittendum. Quæstio autẽ in hoc est, Num q̃s sana cõscientia possit vesci cibis, q̃ idolis fuerint antea immolati. Porro vt rem melius intelligatis, principio dicã, vnde quæstio hæc occasionẽ acceperit. Ea sic habet: Quũ apud Corinthios fideles cũ infidelibus mixtim versarẽtur, factũ est, vt iunctis amicitijs & vicinitatibus, Gẽtes in festiuitatibus publicis, quũ dijs suis sacra facerent, aliquãdo fideles ad epulas publicas inuitarẽt. In his porro epulis etiã habebant carnes, quæ immolatæ fuerãt idolis, & deinde comedebant. Ex carnibus em̃ immolatitijs quędam deo cremabãtur, quædam cedebãt sacerdotibus, quædã reseruabantur ad epulas, ad quas, q̃ sacrificiũ instituerat, vicinos & necessitate aliq̃ sibi deuinctos, vocabat: atq; hic, parte sacrorũ prima per sacrificos ꝓ more absoluta, accũbebant in

templo aut in loco consecrato vocati, & epulabant de consecratis carnibus splēdide. Vocati ergo Christiani, cū Gentib' (grauatim licet) accūbebant: qdam, ne viderent societatē eorum adspnari: qdam, ꝙ scirēt idolum nihil esse: quod qdem Apostoli, q tum Corinthi erant, admittebāt. Erant autē multi adhuc infirmi, q hoc facto non parū offendebātur, apud se cogitantes, nō adeo malū esse colere idola, cum viderent pfectos q̊sq; ex idolothytis promiscue vesci. Et infirmiores etiā vescebantur, mala tamē cōscientia, dubij num aliqd periculi subesset. Aduersus ergo pfectiores & sciolos, q existimabāt sibi impune licere vesci quibuslibet, hāc disputationē instituit, & sic ordit: De his autē quæ idolis immolantur, scimus qa omēs scientiā habemus: hoc est, ad matrimonij quęstiones satis respōsum arbitror, ne posthac de hisce rebus diuersis opinionibus inter vos digladiemini. Nunc qm̄ hoc quoq; venit in quæstionem intelligo, fas ne sit Christiano, vesci carnibus pecudis idolis immolatæ, q̄s ethnici pro sacris habent, etiā super hac re meā accipite sententiā. Scimus qa omēs scientiam habemus. Hæc ad sciolos, sicut diximus, loqtur, q promiscue omibus cibis sese ingurgitabant. Nec caret ironia p̄sens Pauli sermo, & secū obiurgationē importat: Scimus quia omnes scientiā habemus, Eia wir sind all gelert, Nō habemus opus scilicet vllo aliq̄ doctore. Ipsi scimus idolū nihil esse, & q̄ idolis immolātur, nihil inde vel puritatis vel immūditiæ contrahere. Vult aūt Apl's his tectis verbis in hunc modū serio agere: Sunt inter vos, q, ꝙ intelligunt simulacrū nihil aliud, q̄ lignū, aut æs, aut saxū esse, proinde carnes huic immolatas, re uera à cæteris nihil differre carnibus, nec animū hoīs vllo cibi genere pollui posse: male freti sua scientia, passim nulloq; delectu sese ingurgitant carnibus immolatitijs, bene qdem iudicantes de re, sed parū memores Christianæ charitatis, q̄ solet omē offendiculū vitare, ac semetipsam accōmodare infirmioribus, donec paulatim ad meliora ꝓficiant. Quid autem magni est, si intelligāt simulacra nihil habere numinis? habere oculos, nihil autē videre? habere manus & pedes, neq; tamen vel palpare, vel ambulare posse? Scimus qa omēs scientiam

Occasio huius disputationis.

CAP.VIII

tiã habemus. Scimus ꝙ arrogãtia & contẽtione magis, q̃ vera sciẽtia, imbuti sumus. Addit Apostolus: Sciẽtia inflat, charitas vero ædificat. Hoc est, scientiã profitemur & iactamus, sed hac nos supbi simus & tumidi, nemo aũt inde aliqd emolumenti sumit. Charitas vero ædificat. Sciẽtia frequẽter officit, inqt, vt q̃ tumorẽ ac superciliũ adferat. At charitas vbiq; prodesse studet, lædit neminẽ. Egregia sententia est, quã hic Apostolus habet: Sciẽtia inflat, charitas ædificat. Scientia eñ nihil est, nisi charitatẽ habeat sibi iunctã. Quid enim proderit multa scire, & nemini sua scientia velle ꝑdesse? Et Paulus scientiã habebat, sicut dicit: Etsi impitus sum sermone, nõ tamen scientia, sed hanc scientiã vertebat in cõmodum ꝓximi. Breuiter, nõ loqtur hoc loci Apostolus de vera sapiẽtia, sed de ea scientia, quã aliqs se putat habere, cum nihil minus habeat. Corinthioꝶ eñ qdam existimabant se sapientissimos, ꝙ scirent idola nihil esse, neq; hoĩem posse aliq̃ cibo inqnari: ideoq; plurimũ gloriabantur in sua scientia, & alios despiciebant. Possem iam exempla adducere p̃sentis seculi. Quid eñ alind nobis has mirabiles sectas pepit, q̃ tumida illa quorundam sciẽtia, q veteribus contemptis, ipsi sibi soli sapere videbantur? Sed videamus quid Paulus his dicat:

2. Cor. 11.

Obser.

Si quis autem existimat se scire aliquid, nõdum cognouit quemadmodũ oporteat eũ scire. Si qs autẽ diligit Deum, hic cognitus est ab eo.

Ex his verbis clarũ est, Apostolũ non loq de his q vere sapientes sunt, sed de ijs q sibi falso persuadent se sapientiã habere. Vnde ait, Si qs aũt existimat se scire aliqd: non ait, Si qs sapiens est. Si quis aũt existimat se scire aliqd, nondũ cognouit quemadmodũ oporteat eum scire: hoc est, ignorat q̃modo scientia sit vtendũ, nec veram sapientiã habet. Vnde illud conijciendũ? Qm̃ si qs diligit Deum, hic cognitus est à Deo. Sensus est: Deus diligentibus se, elargitur gratiam sapientię. hæc autẽ non aduersatur legi charitatis. Nec aliqs potest diligere Deũ quem non videt, nisi & diligat fratrẽ quem videt.

r Et

Ergo q scientia sua vtit aduersus charitatē proximi, hunc nō nouit Deus, hunc dedignatur sua sapientia. Dilectio igit proximi, Lydius ille lapis est, ad quem oīs scientia examinanda venit. Proinde vos Corinthij inane nomen scientiæ habetis, cum aduersus fraternā charitatē aliqd conamini. Etem q sibi placet, suæq; studet glorię, neglecto fratris periculo, huius scientiā non approbat Deus. Cæterū q Deum vere diligit, & proximū diligat necesse est. Hunc igitur vt suum discipulum agnoscit Deus, qppe q suam scientiā subijcit ac seruire cogit cōmodo proximi. Scientia per semetipsam neminem vel damnat, vel saluat: sed q in charitatem proximi delinqt, hic saluari minime potest. Proinde non est, vt Corinthij vobisipsis egregie placeatis, ob vestrā stultā sciētiam, q̄ vos tumidos facit, & alijs oībus plurimū incōmodat. Vocat & diuus Iacob⁹
Iaco. 3. sapientiā illā, diabolicā, terrenā, aīalem, item q̄ cū zelo & contentione iuncta est. Quæ aūt desursum est sapiētia, primū quidem pudica est, deiñ pacifica, modesta, suadibilis &c.

De escis aūt q̄ idolis immolātur, scimus qa nihil est idolū in mūdo, & ꝙ nullus est Deus nisi vnus.

Exordiolū præmiserat disputationi suæ Paulus, in quo arrogantiā sciolorꝫ perstrinxit, docens, scientiā quantūuis pręstantem, quæ charitate non moderet, non modo nullius momenti, sed etiā perniciosam esse. Iam vero rem ipsam aggreditur, ostensurus idolū quidē nihil esse, ideoq; non posse nocere homini, neq; tamē homini licere citra discrimen idolo-
Act. 16. thytis vesci. Sed audiamus ipsum Paulū: De escis autē, inqt, quæ idolis immolantur, scimus qa nihil est idolū in mundo. Sic autē iam inferre licebit: Si cōstiterit idolum nihil esse, ergo nullam habet potestatē, nedum aliqd diuinitatis, ideoq; nec prodesse neq; obesse potest. Seqtur etiā, cum q oīno nihil est, cibos q immolantur, neq; sanctificare, neq; inqnare posse. Sed vnde scimus idola nihil esse, vana esse? Quia scim⁹ ꝙ nullus est Deus nisi vnus. Si nisi vnus Deus est, conseqtur eos toto cœlo errare, q sibi alios deos fingūt, qbus & simulacra ponunt, qbus etiam cibos & alia immolāt. Porro Deū vnicum esse,

esse, scriptura multis in locis testatur. sufficiat nobis vnic⁹ ex Deuteronomio: Audi Israel, Dñs Deus noster, Deus vn⁹ est. Deut. 6.
Et rursum: Vbi sunt dĳ eorum, in qbus habebant fiduciã? De quorum victimis comederunt adipes, & biberũt vinũ libaminũ: Surgant & opitulent vobis, & in necessitate vos ptegant. Videte q ego sim solus, & nõ sit alius Deus præter me. Ego occidã, & ego viuere faciam: pcutiam, & ego sanabo: & nõ est q de manu mea possit eruere. Nos igitur scimus, qa nullus est Deus nisi vnus: q qualis sit, tota scriptura testat. Omnipotẽs est nomẽ eius, ait Moses. Sed qd de idolis scriptura testetur, paucis absoluemus. Christianis em̃ loqmur, non Iudæis aut Gẽtilibus. De idolis ergo sic loqtur Dñs apud Esaiam: Faber ferrarius lima opatus est, in prunis & in malleis formauit illud, & opatus est in brachio fortitudinis suæ. Esuriet, & deficiet: nõ bibet aquã, & lassescet. Artifex lignarius extẽdit normam, formauit illud in runcina: fecit illud in angularibus, & in circino tornauit illud. & fecit imaginem viri quasi speciosum hoiem, habitantem in domo. Succidit cedros, tulit ilicẽ & quercũ, q̃ steterat inter ligna saltus. Plantauit pinum, quã pluuia enutriuit, & facta est hoĩbus in fucum. Sumpsit ex eis, & calefactus est, & succendit, & coxit panes: de reliq̊ autẽ operatus est Deũ, & adorauit: fecit sculptile, & curuat⁹ est ante illud: Mediũ eius cõbussit igni, & de medio eius carnes comedit: coxit pulmentum, & saturatus est, & calefactus est, & dixit: Vah calefactus sum, & vidi focũ. Reliquum autẽ eius deũ fecit, & sculptile sibi. Curuat ante illud, & adorat illud & obsecrat, dicens: Libera me, qa deus meus es tu &c. Et in Psalmis legimus: Simulacra gentiũ argentũ & aurũ, opera manuum hominũ: Os habent, & non loquent: oculos habẽt, & nõ videbunt: Aures habent, & non audient, &c. Facit & ad hunc locum, quod in libro Iudicum legimus: Destructo idolo Baal à Gedeone, omnis populus destructori dira minitabat, dicens: Quis hoc fecit? Cumq; perqrerent authorẽ facti, dictũ est: Gedeon filius Ioas fecit hæc oĩa. Et dixerũt ad Ioas: Produc filium tuũ vt moriatur, qa destruxit aram Baal, & succidit nemus. Quibus ille respõdit: Nunqd vltores estis Baal, vt

Deut. 32. Exo. 15. Esa. 44. Psal. 113. Iudic. 6.

pugnetis pro eo? Si deus est, vindicet de eo q suffodit arã eius &c. Eiusmodi multa sunt in scripturis, quæ idolorũ vanitatem, & idololatrãæ stultitiam declarant. Cæterũ nõ me latet, q eiusmodi scripturis pseudoprophetæ diuorũ imaginibus bellũ mouent, qbus pro tempore paucis respõdebimus. Quid em̃ opus multis argumẽtis defendere Christi diuorũq; imagines, cum hoc tẽpore etiam aduersarij ipsi suæ temeritatis palinodiã instituere? Alius em̃ fatet, scripturas quę sculptilia phibent, nõ nobis loq, sed Iudæis. Alius rursum adstruit, imagines per se nihil habere mali. Om̃es autẽ quasi ex cõposito denegant imaginibus aliqd numinis, damnãt superstitionem, reprobãt inanes sumptus, execrantur fœdas & amatorias imagines, quæ magis carnem q̃ spũm mouent. Hæc oĩa catholicissimi qq; damnãt, & poterat his morbis, etiam citra tumultum, remediũ efficax adhiberi. Sed sicut pleriq; conati sunt hunc morbũ tollere, non est mederi, sed prorsus perdere. Prohibuit qdem Dñs fictiones, sculptiões, & fusiones imaginũ: sed harũ, quæ ponebant acsi in eis aliquod numen habitaret. Quæ vero hominẽ ad altiora ducũt, vt erat serpens æneus, non sunt phibita. hoc ipsum etiã maior pars aduersariorum fatet. Fateor ingenue, maximope aliquot annis erratũ esse in Diuorũ & veneratione & imaginibus: sed illorũ remedia, morbo fuere grauiora. Sic ppulsarunt illi ppostere medici Christi diuorũq; imagines, vt iam pro Chro Martem, pro Paulo Neronẽ, pro Maria virgine, Venerem vilissimũ scortum videas in multis locis. sicq; nostris picturis testamur, in quã religionẽ procliues simus. Breuiter, sic instituenda est ratio imaginũ, vt pietatem pmoueant, nõ vt pietatem corrumpant. Nec vlla est quæstio inter doctos catholicos, an necessariæ sint ad salutem, Chri Diuorũq; imagines, sed num aduersentur sacris scripturis. Hactenus in multis locis lecta sunt q̃tidiana sacra, in qbus ne vestigiũ quidẽ imaginũ videas: nemo tñ ob hoc alicuius pietati derogauit. Sufficiãt hæc p tẽpore.

Iconomachi.

Luther.

Bucer.

Exo. 20.

Num. 21.

Nam & si sunt qui dicãtur dij, siue in cœlo, siue in terra, siquidem sunt dij multi & dñi multi, nobis tamen

men est vnus Deus pater, ex quo oĩa, & nos in illo: & vnus dñs Iesus Chrs, ꝑ quẽ oĩa, & nos ꝑ ipsum.

Cum dixisset nullũ idolũ esse, & nullũ deum alteꝝ: essent autẽ & idola, & q̃ dñ dicerentur, ne videretur res manifestas oppugnare, hæc addidit: Nã & si sunt q̃ dicantur dij &c. Sensus est: Nouimus quidem in multis locis haberi simulacra deorum, & multos ab hoĩbus celebrari deos. Quid tum? Sunt quidem dij multi & dñi multi, quos hoĩm superstitio sibi finxit, siue in cœlo, vt Lunã, Solem &c. siue in terra, vt Dianã, Aescu lapium, & alios q̃ ex hoĩbus dij facti sunt: sed nobis credentibus est tantũ vnus Deus, pater nimiꝝ, ex quo oĩa, & nos in illo: & vnus dñs Iesus Christus, per quẽ oĩa, & nos ꝑ ipsum. Illi q̃dem Gentiles multos iactant deos, sed nõ sunt dij, nisi nomine, re ipsa nihil. Ille autem Deus, quem nos prædicam⁹ & colimus, talis est, ex quo oĩa sint, à quo oĩa suum esse habẽt, & nos in illo sumus. Non solũ ab illo creati sumus, quemadmodum reliq̃ omnes, sed etiã regenerati, & in familiaritatẽ eius admissi sumus. Et nobis est vnus Dominus, nẽpe Iesus Christus, per quẽ oĩa, & nos per ipsum. Nobis, inq̃t, Chrianis non est nisi vnicus Deus, nimiꝝ pater ille Iesu, cõditor & author vniuersi, à quo vno nobis proficiscunt̃ oĩa, cuiq; soli addicti, pio cultu placere studemus. Vnus item dñs Iesus Chrs, ꝑ quẽ vnum nobis oĩa contulit pater, & cuius vnius beneficio Deũ verum agnoscim⁹, vt iam cum falsis & ꝓphanis ethnicorum dijs, nihil oĩno commercij sit nobis: neq; pluris æstimari debeant, q̃ si omnino non sint. Sunt ergo plures dij, & dicũtur dij: sed nobis non sunt, neq; à nobis colũtur. Si ergo non nobis, quibus? Audi Psalmistã: Q̃m omnes dij gentium dæmonia. Obseruandũ hic, etsi verisimile sit, Apostolum hic de dijs gentiũ dixisse, tamen etiã posse intelligi de hoĩbus sanctis, q̃s scriptura subinde deoꝝ noĩe nobilitat. Deoꝝ siq̃dem nomen multis per participationẽ adscribitur. Sic Moses legitur deus Pharaonis: sic principes populi, dij vocantur in Exodo: Dijs populi tui non detrahes. Et in Psalmis: Deus stetit in synagoga deoꝝ. Rursum filij Dei dicuntur hoĩes sancti, ꝓpheræ, &

Vide Hilar. in psal. 134. pag. 675. & Epipha. pag. 445.

Psal. 95.

Exo. 7. & 22.

Psal. 81.

eius generis alij. Hinc in euãgelio Chrs ad osores suos dicit: Nonne in lege vestra scriptũ est, Ego dixi, dij estis? Si illos di-
Ioan.10. xit deos, ad quos sermo Dei factus est, & nõ potest solui scriptura, quem pater sanctificauit & misit in mũdum, vos dicitis, Quia blasphemas, quia dixi, Filius Dei sum? Postremo & idola hoĩm dij dicuntur, sicut iam diximus: sed falso dicunt, cum nemini possint ꝑdesse, immo cum nec sibijpsis prodesse possint. Eo pertinet q̃d Ezechias dicit: Vere dñe dissipauerũt
4.Reg.19. reges Assyrioꝝ gentes & terras eoꝝ, & miserũt deos eorũ in ignem. Non eñ erant dij, sed opera manuum hoĩm ex ligno & lapide. Qm̃ igitur etiã hoĩes dij appellantur, & dæmones dij appellantur, recte Apostolus dicit: Siqdem sunt dij multi & dñi multi. Sed nos vnũ veꝝ Deum agnoscim⁹, & vnũ Dominũ Iesum Christũ, in quem peculiariter Dei nomen cõpetit, vt in eum, ex quo & per quem oĩa sint, q́ꝫ potestatem habet vitæ & mortis, q ab æterno Deus est, cuius potestas, potestas æterna: cuius regnũ, regnum omnium seculorum.

Sed non in omnibus est scientia.

Nos qdem scimus, inqt Apostolus, ꝙ vnus tantum Deus est, & in idolis nihil numinis est: scimus item differentiam inter eos q ab hoĩbus siue à vero Deo dij noĩantur: sed nõ est in oĩbus sciẽtia, nõ possunt oẽs hanc rem discernere, non sunt oẽs eius iudicij, vt possint in totum idola contemnere.

Quidam autem cum conscientia vsq; nunc idoli, quasi idolothytum manducant: & conscientia ipsorum, cum sit infirma, polluitur.

Probat Apl̃us, non oẽs vere scire, ꝙ idolũ nihil sit. Quidam enim mãducabãt carnes idolo immolatas, cum magna reuerentia & timore, vel pollicentes sibimetipsis inde aliqd sanctimonię, vel timentes ne, si citra discrimen immolaticijs vescerent, ab idolo punirentur: sićq; hæsitabant, incerti quid de idolo statuerent. Quod si vere credidissent, dæmones sua propria virtute nihil vel prodesse, vel obesse posse, neq; simulacra illoꝝ à cæteris lignis vel lapidib⁹ differre, nequaq̃ ꝑsua-

fiſſent ſibi, aliqd carni propter immolationẽ, vel numinis vel ſanctimoniæ accidere. Cum aũt adhuc infirmi erãt qdam in Chr̃ianiſmo, neq; ſatis pſuaſum haberent idolorũ cultum nihil eſſe, viderent item alios veſci carnib⁹ idolo immolatis, audiebant p̃terea vnum ſolum p̃dicari Deum, dubitabant num peccarẽt mãducando carnes idolis cõſecratas. Manducabãt tñ interim, non ſine magna dubitatione, num in hoc cõtrauenirent Chr̃ianæ fidei: ſic'q; infirma illorũ conſciẽtia polluebatur, hoc eſt, ſemetipſos condẽnabant, timentes Dei offenſam, neq; tamen abſtinentes ab idolothytis.

Eſca autem nos non commendat Deo. Neque enim ſi manducauerimus, abundabimus: neque ſi non manducauerimus, deficiemus.

Apertum eſt qd hic velit Apl̃us, nimirũ eſcam per ſe non eſſe quæ aliquem vel probet, vel improbet, ſed cõſcientiã comedentis. Sed probe trutinabimus ipſius Pauli verba, qui dicit: Eſca aũt nos nõ cõmendat Deo: & vt intelligamus quid his verbis voluerit, ſtatim annectit: Neq; enim ſi mãducauerimus, abundabimus: neq; ſi nõ mãducauerimus, deficiem⁹, hoc eſt, tm̃ ſitum eſt in cibis quibuslibet, vt manducantẽ nec iuſtificent, nec abſtinentẽ condẽnent. Qui veſcitur immolaticiis carnibus, non efficitur melior, neq; peior: & qui abſtinet ab idolothytis, non habet vnde vel timeat vel glorietur. Caro enim quæ idolo immolata eſt, non eſt alia caro q̃ prius fuerat. Neq; enim aliquid diuini habet idolum, quod carni cõmunicare poſſet: ſed nihil oĩno differt à carne quæ in macello venit. Proinde qui ex idolothytis manducat, non ſe exiſtimet meliorem: neq; infirmiores exiſtiment, manducantes vel peccare, vel non peccare, cum nihil differat caro immolaticia ab aliis carnibus. Adiungã & hoc, cũ Chr̃s propter eſcam ipſam neminẽ vel condẽnet, vel ſaluet: qd mouit ſciolos illos Corinthiorũ, q̧ ſic poſt carnes immolaticias currunt, acſi in deuorãdo ſumma pietas ſita ſit? Duo ergo p̃ſenti textu Apoſtolus admonet: Primũ, ne ij qui ſciẽtiam habẽt idolum nihil eſſe, ſic ſe commiſceãt ethnicorũ epulis, nullo habito reſpectu

infirmorum in fide, cum nihil pietatis habeat vel vesci vel abstinere, neq; aliquis Deo inde magis vel minus placeat. Secũdo, ne infirmiores qui vident alios vesci, scãdalizentur, neq; putent se peccare si manducauerint, neque putent se meliores si abstinuerint. Addit Apostolus:

Videte autem, ne forte hæc licentia vestra, offendiculum fiat infirmis.

Per se quidem licitum est, vesci idolothytis, vel non vesci, cũ ob hoc Christus neminẽ vel saluet, vel condemnet. sed potest euenire, vt esca hęc ob comitãtes aliq̃t causas fiat noxia, quę aliàs fuerat indifferens. Quõ possit hoc accidere, accipe: Manducare carnes immolatitias, per se nõ est malũ: sed proximum offendere, pessimũ est. Admonet ergo Apostolus pfectiores apud Corinthũ Christianos, ne licẽtia sua abutantur ad offendiculum infirmiorum, q possint existimare, idololatriã non vsq; adeo malam esse, cum vident etiã optimos & præcipuos Chrianorum idolis cõmunicare. Oportet ergo vt hi scioli magis expendãt qd expediat, q̃ quid liceat. Licet qdem vesci carnibus, ob rationes supradictas, sed non licet fratrem offendere. Qui abstinet ab idolothytis, non ideo cõmeruit culpam: sed q fratrem offenderit, quomodo se excuset, non habebit. Videte ergo, inqt Paulus, ne forte hæc licẽtia vestra offendiculum fiat infirmis. Sed quomodo offenditur infirmus, q videt aliquem ex idolothytis manducare? Audi Apostolũ:

Si eñ quis viderit eũ, qui habet scientiam, in idolio recumbentem: nõne cõscientia eius, cum sit infirma, ædificabitur ad manducandum idolothyta?

Si, ait, infirm⁹ aliqs frater, q nuper ab idololatria desciuit ad Christi euangeliũ, interim affectus adhuc auita superstitione nonnihil, cõspexerit te, te, inquã, q eruditione & pietate videris cæteris præstantior, conspexerit autẽ in idolio (est autem idolium locus simulacrorum, aut mẽsa in qua carnes sacræ proponebant) accumbentẽ, huius animus siue cõscientia ædificabit, hoc est, animabitur (cũ adhuc propensus sit ad pristi-

nam idololatriã, vt & ipse manducet carnes dæmonibus immolatas. Nam & eruditioni & pietati tuæ fidit tantũ, vt idẽ iam audeat quod tu, sed dissimili animo. Tu em̃ non recusas conuiua esse Gentiliũ, cum certo scis idolũ nihil esse, neq; carnem vel idolum aliquid numinis habere, vt possit vel obesse vel prodesse. Ille autem infirmus & neophytus, videns te in idolio recumbentem, & incompertum habens tuum animũ, statim putat idolum nihil officere veræ pietati, immo existimat, ob reuerentiã & honorẽ idoli, te huius sacris interesse. Sic ergo scandalizatur, & à perfectiori pietate retardat, cũ duobus illis dominis Deo & dæmoni seruire adgredit. Magnus siquidẽ defectus est pietatis, in idololatria perseuerare. Puto apertum esse quid velit. Subdit autem: Cap. VIII.

Et peribit infirmus in tua conscientia frater, propter quem Christus mortuus est?

Attende q̃ multis modis exaggeret, cũ dicit, in tua conscientia perire infirmũ fratrẽ, propter quem Christus mortuus est. Aliàs, inquit, infirmus est, nec adhuc ad perfectã Christianæ religionis cognitionẽ venit, vix ad limen ecclesiæ peruenit, & tu obstaculo es? Infirmus est, & tu perdis? Infirmus nõ opus habet veneno, sed pharmaco. Est item frater tuus, cui mutuã & fraternã dilectionẽ debes: Frater tuus est, cui nihil optare queas q̊d regno cœlo℞ præponderet, & tu ipsum infirmũ fratrẽ tuum, à regno cœlo℞ prohibes? Si fratri tuo nõ parcis, alieni qd à te, obsecro, expectabũt? Nec putes contemnendũ fratrẽ tuũ, cũ etiam huius causa Christus, non dico natus, sed mortuus est. Christus pro infirmis suam vitã vilẽ habuit, & tibi fratris tui salus adeo pro nihilo est, vt ob vilissimum cibum, negligas illius periculum?

Sic aũt peccantes in fratres, & percutientes cõscientiam eo℞ infirmã, in Christum peccatis.

Si vos nihil mouit, inquit, quo minus vestra licẽtia vtamini, ꝙ is qui à vobis læditur, aliàs infirmus est, q̃ subleuamine opus habet, ꝙ frater est, ꝙ Christi morte & sanguine redẽ-

ptus est: saltem hoc vestrã insolentiã cohibeat, ꝙ is qui fratrem scandalizat, & dubiũ in fide reddit, magis in Christũ, quàm in proximũ fratrem, peccat. Non eñ impune licet tibi eum à pietate remorari, quẽ Christus tã magno emit. Quantumuis pusilli sunt, quantũuis imbecilli, qui sic à te in sua cõscientia læduntur, tamen hos Christus vt sua membra agnoscit, in his se lædi putat: quod ijs impẽsum est officij, in se collatum existimat.

Quapropter si esca scandalizat fratrem meum, non manducabo carnem in æternum, ne fratrẽ meum scandalizem.

Hic videre licet imaginem veri doctoris, qui non est contentus verbis docere, nisi etiã se imitandũ proponat. Hactenus eñ tantũ verbis & rationibus persuasit, habendã esse infirmiorꝝ rationem: iam vero dicit, Si esca scandalizat fratrẽ meum &c. Acsi velit dicere: Et ego ipse noui, & idola & idolothyta ne micam quidẽ habere vel pietatis, vel impietatis: neq; tñ eo sum ingenio, vt velim gentilibus conuiuere. Vos non dubitatis ob vilissimũ cibũ vel fratrem perdere, ego etiã offendere timeo: vobis difficilimũ videt, ab idolothytis abstinere: ego paratus sum etiã, ad cauendũ offendiculũ, ab oñi carne abstinere. Vos grauate abstinetis vel aliquo die, ego nõ grauabor vel æternũ abstinere, tantũ ne fratrem meũ scandalizem. Obseruandũ hoc loci, ꝙ Apostolus hoc capite docet tantũ abstinendum ab idolothytis, ne infirmiores fratres scandalizent. Quod nemo sic intelligere debet, acsi aliàs licitum sit cõmunicare alienis sacris. bonus eñ Aplus post cap. decimo oĩno hoc ipsum prohibebit, dicẽs: Nolo aũt vos socios fieri dæmoniorum &c. Obseruandũ item, ꝙ hic loc⁹ maximopere increpat & detestatur eos, qui nostro tempore ex contemptu ecclesię, citra delectũ omni genere ciboꝝ vescuntur. Veꝝ cõtra hos disputationẽ instituemus in cap. decimũ huius. ibi eñ & obiectiones pseudoapostoloꝝ audiem⁹. Postremo caput hoc totũ in hoc intẽdit, vt admoneat, ne vllum offendamus, ne vlli in via salutis simus offendiculo, ne aliquẽ

no-

nostro exēplo pdamus. Cōtra hāc admonitionē hic à nemine nō peccatur. Parētes suo exēplo perdūt pueros, Dñi seruos, magistrat⁹ plebē, clerus laicos &c. Sed de hoc aliàs: nos huic capiti sic volumus Colophonem & finē additum. CAP. IX.

Caput IX.

NOn sum liber? non sum Apostolus? nōne Christum Iesum dñm nostrum vidi? nōne opus meum vos estis in domino? Et si alijs non sum Apostolus, sed tamē vobis sum. nā signaculum Apostolatus mei vos estis in domino.

Superiori capite declarauit Apostolus sententiā suā, quatenus quidē idolothyta attinet: & admonuit, si etiā non aliæ subessent causæ, vel ob fratrū infirmioꝝ vitandū offendiculum, abstinendū esse ab escis idolis consecratis. Hoc vero capite ad sui prouocat exemplū rursus, quemadmodū & ad finem proximi capitis fecerat. Ostendit aūt hic, non semp faciendū quid liceat, sed quid expediat: & probat etiam, se magis spectasse quid alijs expediat, quàm q̊d sibi liceat. In proximo ergo argumēto perseuerat, dicens: An non sum liber? an non sum Apostolus &c. Qualis hæc cōsequentia ad superiora? Accipe: Corinthij redarguti à Paulo sup esu idolothytoꝝ, poterāt cōquerendo dicere: Quid? Nonne sumus liberi? Nonne nobis licet māducare quæ apponūtur? An prodamus ob quorundā morositatem, nostrā libertatem? Nonne à Christo accepimus, Quod intrat in os, non coinquinat hominem? Matth. 15 Nunquid tu prohibebis ea nos facere, quæ Christus non prohibuit, & ad quæ reliqui conniuere solēt Apostoli? Illi propi⁹ vixerūt Christo, vt quē in carne viderūt: magisq́ nouerunt quid Christus instituerit, q̄ tu qui quasi abortiuus es. Præstat igit̃ illos q̄ te imitari. Ad hæc & huiusmodi Paulus ait: Iactatis vos libertatem vestram, an non & ego liber sum? Non semper spectandum quid liceat, sed q̄d expediat: neq; protinus faciendum quod possit defendi, sed illud potius

tius sequendũ, quod suaserit Christiana charitas, quæ nõ studet suis cõmodis, sed alienis. Alioqui q̃ multæ res sunt, in quibus meo iure non sum vsus. Nõ mihi deerat iudiciũ, intelligebam quid mihi liceret: sed potius fuit, quod vobis expediret. Sed iactatis Apostolos. An non sum & ego Apostolus? Nonne iussu Christi missus sum ad gentes? Sed obijcitis me non esse versatum cum Christo, in terris peregrinante. Quid tum? An non & Christum dominum Iesum vidi? Illi viderunt mortalem in terris, ego immortalem vidi in via profecturus Damascũ: & rursum in templo statim post baptismũ meum. Rursum, quid tum, inquiet aliquis, Si Apostolus es, & Apostoli officio fungeris, neq; tamen Apostoli aliq̃d præ te tulisti facinus? Erat nãq; & Iudas apostolus, & dominũ viderat. Ad hoc Apostolus respondet: Nonne vos estis opus meum in domino? None ego in Christo Iesu vos genui? Nõne fidem Christianam meo ministerio suscepistis? Proinde & si alijs non sum Apostolus, sed tamen vobis sum, qui meo suasu Christo credidistis, qui sensistis vim diuinam adesse sermoni meo. Nam signaculum Apostolatus mei vos estis in domino Iesu, hoc est, Si quis vult certior fieri, vtrum Apostolus sim, nec ne, vos equidem in argumentum mei Apostolatus ostento. Et vos Corinthij haud dubie estis, qui meũ Apostolatũ obsignatis & cõfirmatis. Nam Apostoli opera, qualiacunq; sunt, in vobis instituendis patefeci. Dicet hic fortassis quispiã: Quid sibi vult q̃d Paulus sic dignitatẽ suam ostẽtat? Respõdeo: Ostẽtatio hæc nõ est superbiæ, sed meræ necessitatis. Erant em̃ apud Corinthios, sicut iam sæpe admonuimus, scioli quidã, q authoritati nominis Pauli plurimum derogarãt: quasi vero nõ verus esset Apostolus, se aũt veros esse Apostolos, vt q ab ijs essent missi (mentiebant̃ aũt) q in carne vidissent dñm. Aduersus ergo hoꝝ calũnias Paulus suã dignitatẽ tuetur, ac probat se nihil minus cæteris Apostolis fecisse. Sed hac de re in sequẽtibus plura. Nõ oĩs iactãtia & gloriatio mala est. Deus porro gloriantis animũ nouit. Gloriatur hic Paulus, in Euãgelio gloriatur superbus pharisæus, sed lõge diuersa ratione. Sequentia videamus.

Acto.9 Acto.22.

Obser.

Luc.18

Mea

Mea defensio apud eos q me interrogãt, hæc est.

Hęc vel ad supiora, vel ad inferiora, hoc est, pxime sequẽtia, referri possunt. Præmissis eñ probat se vere aplm esse, & se dignũ cui fides habeatꝛ: sequẽtib' aũt pbabit, se etiã licitis & honestis non fuisse vsum, tñ vt eo melius euangelij proueheret negociũ. Et merito obseruãdũ q̃d ait, Mea defensio hæc est. Non extollo dignitatem meam, inquit, non ostento labores meos, quasi inde mihi plurimũ placeã, aut alios præ me contemnã, sed tñ vt me defendã aduersus eos qui calumniãtur me indignum Apostoli noĩe, indignum cui fides habeatur, indignum deniq; quem aliquis imitetur. Quod vero Aplus magis curarit alijs expedire, quàm licitis vti, & ꝙ aliquando de suo iure cesserit, iam declarat, dicens:

Mea defensio &c.

Nunquid non habemus potestatem manducandi & bibendi? Nunquid non habemus potestatem mulierem sororem circũducẽdi, sicut & cæteri Apostoli, & fratres domini, & Cephas? Aut ego solus & Barnabas, non habemus potestatem hoc operandi?

Nunquid nõ habemus potestatem mãducandi & bibendi? inquit, q̃d qdem per mimesim dictum existimari possit, acsi illi hæc & huiusmodi obiecissent: Esto sane, tu Paule sis Aplus: esto, videris Chrm. nec negamus nos tuo ministerio fidem accepisse Chrianam, sed nunqd ob id nos non habemus potestatem mãducandi & bibendi? Iam ergo q̃ sequuntur, in eum sensum dicta intelligo: Nunqd & nos multoꝝ habemus potestatem, quæ non facimus? Ego & Barnabas laboramus nostris ipsis manibus, vt victu nostro viuamus: & tñ non solum licuit nobis alieno sumptu viuere, sed etiam licuit nobis nobiscũ ducere Chrianas mulieres, quæ nobis in vitæ necessarijs seruirent. An nobis non licet, quod reliqs Apostolis, quod fratribus dñi, q̃d Apostoloꝝ deniq; principi Cephæ licuit? Illi certe secum duxerunt sorores, hoc est, Christianas mulieres, vt harum ministerio commodius viuerent. Quid? Aut ego solus & Barnabas non habemus potestatem

hoc operandi? Acsi diceret: Vtiq; habemus tm̃ potestatis, sed hac non sumus vsi. Fratres hic dñi vocat, Iacobũ episcopum Hierosolymorum, & Ioãnem, & Simonem & Iudam: hi nanq; carnis necessitudine erant Chr̃o cõiuncti, vt ex virginis sororibus orti. Cæterum hic fortassis aliquis rogat, quales mulieres secum circunduxerint Apostoli. Ad hęc paucissimis respondebimus, ex collatione scripturarum & patrum sanctorum authoritate. In euangelio certe legimus, Lucam in hæc verba scripsisse: Et factum est deinceps, & ipse iter faciebat per ciuitates & castella, p̃dicans & euangelizãs regnum Dei: & duodecim cum illo, & mulieres aliquæ quæ erant curatæ à spiritib' immũdis & infirmitatibus, Maria q̃ vocatur Magdalene, de qua septem dæmonia exierant, & Ioanna vxor Chusæ procuratoris Herodis, & Susanna, & aliæ multæ, quæ ministrabant ei de facultatibus suis. hactenus Lucas. Hoc exemplũ ergo imitabant̃ etiam cæteri Apostoli, circunducẽtes sorores, hoc est, Chr̃ianas mulieres, à q̃bus sibi inseruiebatur, quo expeditius euangelij negocio vacare possent. Non ergo est vt q̃spiam existimet, Apostolos habuisse quas circunducerent, legitimas vxores: quemadmodum & diuus Hieronymus, & diuus Augustinus admonuerunt olim.

Fratres dñi. Luc. 8. Quales uxores secũ duxerint. Hieron. lib 1. aduer Ioui. Aug de opere Monach. ca. 4.

Quis militat suis stipendijs vnquam? Quis plantat vineam, & de fructu eius non edit? Quis pascit gregem, & de lacte gregis non manducat?

His similitudinibus & exemplis docet, non iniuste se facere, etiam si acciperet victum necessariũ ab his, q̃bus ab euangelio est. Et profecto accõmodatissima sunt exẽpla: Quis militat suis stipendijs vnq̃? Apl'atus enim, militia q̃dam est periculis plena: & q̃bus id officij incumbit, om̃ibus telis expositi sunt, siue de hoĩbus, siue de dæmonibus loquare. Hoĩes non possunt æquo animo ferre eũ, qui subinde vulnera peccatorum acrius attrectat: Dæmon nunquam cessat insidiari ei, quem nouit regno suo aduersum. Adiungit secundo: Quis plantat vineam, & de fructu eius non edit? De similitudine vineæ ad ecclesiam, non est vt multa verba fundam, cum mentio vineæ in euangelijs frequentissima sit: Simile est regnum cœlorum

Matt. 20.

CAP. IX.

hominí patri familiàs, inquit Christus, q surrexit primo mane cõducere operarios in vineam suam. Sũt & aliæ multæ de vinea similitudines, tum in prophetis, tum etiam in euãgeliis. Apostoli ergo sunt coloni, sunt agricolæ, qbus incũbit eradicare radicitus vitioꝶ spinas, & plantare virtutũ rosas. Tertia similitudo, est de pastore. Quis pascit gregẽ, inquit, & de lacte gregis non manducat? Apostoli sunt pastores dñici gregis. hinc Petro dñs dicit: Si diligis me, pasce oues meas. Populus dñi studeat, vt sint oues, non lupi rapaces, non torui leones, non inuidi canes, non immundi tandẽ sues. Apostoli aũt & qui vices illoꝶ gerunt, pastores sint, non fures, non latrones, nõ mercenarij. Obseruandũ enim hic, ꝙ Aplus non tam ostendere voluerit, quid Apostolis populus debeat, q̃ qd populo Apostoli. Etenim aplm decet militis exhibere fortitudinem, & agricolæ diligentiã, & pastoris curã, & cum his oĩb9 nihil vltra necessitatem quęrere. Militi etẽ stipendiũ, agricolæ fructus, & pastori lac ptinet. Iam vero oĩa in diuersum vergunt, sicut etiam in carnalibus & secularibus rebus, vnde hæ similitudines adductæ sunt. Qui in militia in om̃i quiete & pace viuunt, maxime colligũt aurum: & plerunq; vinitores aqua sitim sedare cogunt: & minima pars fructus, agricolæ cedit. Sic etiam in spiritali militia, vinea, & grege, qui plus vigilãt, contẽnunt: & q totam vitã in ocio degunt, pingues alũt vẽtres. Vtinã hęc Pauli verba ꝓbe à qbusdã expẽderent.

Psal 79. Esa 5. Hiere. 2. Ioan. 21. Obser. Obser.

Nunquid secundum hominem hæc dico? An & lex hæc non dicit? Scriptum est enim in lege Mosi: Non alligabis os boui trituranti.

Deut. 25.

Quoniam hactenus ex scripturaꝶ testimonio nihil attulerit, sed cõmunem duntaxat proposuerit consuetudinem: Nolite, inquit, arbitrari ijs solis meas corroborari rationes, neq; ex hoĩm sententia hæc sancire. Possum enim ostendere, ꝙ & Deo hæc vident: & veterẽ perlego legẽ, quæ ita p̃cipit: Non alligabis os boui triturãti. Locus ẽ Deut. 25. sic em̃ inibi legit: Non ligabis os bouis triturantis in area fruges tuas. Ex hoc loco ergo Apls testimoniũ adducit. Deinde ne qs diceret, Et

quid ad nos, quod de bobus locutus es, statim annectit:

Nunqd de bobus cura est Deo? An propter nos vtiq; hoc dicit? Nam propter nos hæc scripta sunt. Quoniã debet in spe, qui arat, arare: & qui triturat, in spe fructus percipiendi.

Non in tm̃ curat Deus boues, vt illo pcepto nihil aliud voluerit significare, q̃ q̊d verba habent: sed similitudine q̃dã voluit pcipere, ne laborantẽ sua defraudes mercede. Hæc igitur potius de verbi ministris dicta sunt, q̃ de bobus. Sicut igitur arator, vel etiam triturans, non fraudandus est sua spe, sperat aũt fructus, ita & qui verbi ministerio pest, non debet fraudari victu & reliquis vitæ necessarijs. Iniquum qdem est, si ecclesiastes in pdicando nihil aliud nisi tẽporalia spectat: sed non minus iniquum, si quod æquum est, laboranti denegaueris.
Obser. Obseruandũ & hoc, ꝙ Paulus hic non negat Deum etiã puidere bobus. Ipse enim Deus, iuxta prophetã dat escam omni
Psal.146. carni, & hoïes & iumenta saluat. Quid igitur Paulus hic dicit, Nunquid de bobus cura est Deo? Ad hoc ex sentẽtia Am-
Ambrosius. brosii respondemus: Non curat de bubus & pecoribus propter ipsa pecora, sed propter nos, quorum causa sunt facta: ideo de nobis curat, non de illis.

Si nos vobis spiritualia seminauimus, magnum est si nos carnalia vestra metamus?

Rursus argumentat ab æquitate: Nunqd hic inique videtur vobis parua postulare, qui maxima dedit? Certe non est iniqua cõmutatio, maxima accipere pro minimis expositis. Quantũ distat spiritale à carnali, tm̃ distat labor noster à vestra mercede. Sed quæ sunt illa spũalia quę seminauerũt Apostoli? Vbi ager ille q semen suscepit? Ager ille sunt corda Corinthiorꝝ, in quæ Apostoli seminarunt verbum vitæ, in quæ plantauerũt fidem, spem & charitatem. Ex hoc agro extirparunt spinas illas idololatriæ, eradicauerunt tenebras infidelitatis, & plantauerũt in ipsum arbores omni virtutum gene-
Ioan.15. re fœcundas. Ad illos colonos alibi dicit Chrs: Non vos me ele-

elegistis,sed ego elegi vos de mundo,vt eatis & fructũ afferatis,& fruct⁹ vester maneat.Et alibi rursus:Leuate oculos vestros,& videte regiones, q̃a albæ sunt iam ad messem. Et qui metit,mercedem accipit,& congregat fructũ in vitam æternam,Sed quæ sunt illa carnalia quæ Apostoli metunt? Nihil aliud,q̃ victũ & reliqua vitæ necessaria. Nihil ergo aliud hic voluit dicere Apostolus,nisi æquũ esse vt Corinthij eos alãt, à quibus ad hãc fœlicitatẽ Christianæ fidei peruenerũt,quãdoquidem nulla sit ꝓportio mercedis ad laborẽ,multoq́ꝫ plura acceperint, q̃ ipsi elargiri possint. Addit rursus Apl's nr̃:

CAP. IX.

Ioan.4.

Si alij potestatis vestræ participes sunt,quare nõ potius nos? Sed nõ vsi sumus hac potestate, sed oĩa sustinemus,ne quod offendiculum demus Euangelio Christi.

Si alij potestatis vestræ participes sunt,inquit, quare non potius nos? hoc est,Si vestro beneficio alunt, si iuxta potestatem sibi à Christo concessam, alimenta & vitæ necessaria à vobis accipiunt ij,qui in labores nostros intrauerunt, qui supra fundamentũ nostrũ ædificant:cur non potius & huiusmodi mihi & meis cõceditur,q prima fundamenta fidei posuimus,quiq́ꝫ magis patres vestri sumus, q̃ pædagogi? Licebat quidẽ nobis victum & alimoniã à vobis & petere & accipere,sed non sumus vsi tali potestate.Sed poterat quis Paulo obijcere:Idcirco nihil accepisti,quia aliena ope nõ indiguisti.Ad hoc ergo respõdet iam,dicens:Immo omnia sustinemus,intellige famem,sitim,nuditatem &c. ne q̃d offendiculum demus,impedimentove simus,Euãgelio Christi. Si eñ & ego à vobis aliquid acciperem, poterat aliquis de nostra synceritate mali quidpiã suspicari,& ea quę vel prædico,vel scripta ad vos mitto,sinistre interpretari.Iam vero cũ ne teruncium quidẽ à vobis accipio,nemo potest suspicari,me vobis vel blandiri, vt plura accipiam,vel timere,ne quod mihi pertinet,alijs largiatur.Nulla igitur alia ratione tam difficilẽ ago vitam,q̃ vt euangelij negociũ expeditius currat. Obseruandum

Obser.

uandum hic, quod Apostolus iam ad argumentũ suum respicit, quo suo exemplo probare instituerat, non semper expedire si quis licitis velit uti. Annotauit item Theophylactus, fuisse apud Corinthios praeceptores siue doctores quosdam prædiuites & opulentos, qui gloriæ ducerẽt alios gratis instruere, molirenturq́ue vt id ad ignominiam cederet Apostolo, quod ipse ex doctrina quæreret cibum. Vnde id cauisse Apostolũ, ne quid à quoquam acciperet, tametsi accipere potuisset. Audiamus reliquum Apostoli.

Nescitis quoniam qui in sacrario operãtur, quæ de sacrario sunt, edunt? & qui altario deseruiunt, cũ altario participant.

Iam probat publica lege & consuetudine, quod sibi suiq́ue similibus debeatur victus. An nescitis quoniã qui in sacrario operãtur, quæ de sacrario sunt, edunt &c? Aliarum certe religionum mos est & consuetudo, vt ex ijs quæ templis inferuntur, sacerdotes & Leuitæ alantur, siue Gentiles, siue Iudæos spectes. De Gentilium sacris suprà diximus, quomodo tertia pars victimarum sacerdotibus cesserit. De Iudæorum sacrificijs ex
Leuit. 6. & 7. Leuitico satis apparet, quod fere omnium victimarum maior pars, sacerdotibus & Leuitis pertinuerit. Hæc igitur Apostolus adducit quasi notissima exempla, vt ex his intelligãt Corinthij, quid se oporteat facere. Porro ne Corinthij obijcerent, se neque Gẽtiles neque Iudæos esse, sed Christianos, ideoq́ue se non teneri huiusmodi lege, statim adiungit Apostolus & Christi præceptum, inquiens:

Ita & dominus ordinauit ijs qui Euangeliũ annunciant, de Euangelio viuere.

Fortius argumentũ postremo loco posuit, nimirum domini ordinationẽ. Ipse enim dominus dicebat discipulis suis: Euntes, inquit, prædicate, dicentes: Quia ecce appropinquat re-
Matth. 10. gnum cœlorum. Infirmos curate, mortuos suscitate, leprosos mundate, dæmones eijcite. Gratis accepistis, gratis date. Nolite possidere aurum, neque argentũ, neque pecuniã in zonis ve

stris,

Cap. IX.

stris,neq; perã,neq; calceamẽta,neq; virgã.Dignus est enim mercenarius mercede sua. Hoc duodecim Apostolis dixit, Luc. 10.
& postea eadẽ septuagintaduob⁹ discipulis.Rursum hic obseruandũ,ꝙ ijs debetur victus & vitæ necessaria q altario assistunt:& qui euangeliũ annunciãt,ij de Euãgelio debẽt viuere.Et operarius dignus est mercede sua.Qui ergo neq; altario adsistũt,neq; Euãgeliũ annũciant,neq; operãtur, q̃modo hi suã rapacitatẽ excusaturi sint, ipsi viderint. Multi certe iã magis de altario pereunt,quàm viuunt:quum quæ ex spũalibus siue ecclesiasticis bonis accipiũt,in ꝓphanos vsus, immo in pessimos vsus conuertunt.

Ego aũt nullo hoꝝ vsus sum. Nõ autem scripsi hæc,vt ita fiant in me. Bonum est em̃ mihi magis mori,q̃ vt gloriã meam quis euacuet.

Multis,inquit,argumentis ostendi,ꝙ citra peccatũ potuerim sumptus à vobis accipere. Audita sunt exempla, militis, agricolæ,pastoris,Apostoloꝝ,legis,dignæ mercedis, sacerdotum tam Græcoꝝ q̃ Iudæoꝝ,Chr̃i deniq; ordinatiõis: & tñ ego nullo hoꝝ vsus sum,vt quicq̃ vos in me cõferretis:sed aut ab alijs accepi,aut manibus meis laboraui,vt haberẽ vnde ego cũ meis viueremus.Poterat qs obijcere: Quid igitur, si nõ hactenus vsus es:in posteꝝ vti vis,& idcirco hæc dicis. Nequaq̃,inqt, hæc scripsi,vt ita fiant in me. Sicut em̃ hactenus vestrũ neminẽ grauaui,ita nec post aliquẽ grauabo.Eia Paule,nõ narras hæc serio.Immo,inqt,bonũ est mihi magis mori,q̃ vt gloriã meã quis euacuet.Non pœnitet me mei instituti,nec meditor mutationem:sed gloria mihi est,sic seminare multis vigilijs & laboribus spiritualia, neq; tamen metere carnalia: sic'q; mihi huiusmodi gloria cordi est, vt malim mori, q̃ ipsam perdere gloriã.Quam dicit gloriã? Eam nimirum,ꝙ plus præstat,quàm iussus fuerat: eam gloriã dicit,ꝙ sibi volens crucem imposuerit,ꝙ licitis abstinuerit, ꝙ gratis Euangelium annunciauerit.

Nam & si euãgelizauero,nõ est mihi gloria:ne-

cessitas em̃ mihi incũbit. Væ em̃ mihi est, si nõ euã-gelizauero. Si em̃ volẽs hoc ago, mercedẽ accipio: si aũt inuitus, dispẽsatio mihi credita est.

Sensus est: Etem̃ si more cæterorũ Euãgeliũ p̃dicem, non est q̃d glorier. Iniunxit dñs id officij, cui parere, velim nolim, oportet. Nihil igitur laudis est, si delegato fungar officio: sed cõtrà paratũ suppliciũ, si cessarim in Euãgelij p̃dicatione. Væ em̃ mihi ẽ, si nõ euãgelizauero: Si volẽs p̃dicaueri, erit à Deo præmiũ volũtatis prõptitudini. Hilarẽ em̃ datorẽ diligit Deus. Si aũt inuitus, dispẽsatio mihi credita est: & facile iudicari potest, qd mihi à dño expectãdũ, q talentũ mihi cõcredidit. Si cõmunico, rẽ dñi, nõ meã, cõmunico: sin minus, dño facio iniuriã, cuius talentũ, q̃d ille volebat vsuris crescere, sterile apud me detineã &c. Breuiter, Apl'us respexit ad parabolã de talẽtis à dño expositis, vt rediẽs, cũ fœnore sua repeteret. Et ad illud: Si feceritis oĩa q̃ p̃cepta sunt vobis, dicite: Serui

Luc, 17. inutiles sumus: q̃d debuim⁹ facere, fecimus. Dicit ergo Apl's se cauere, primũ, ne dñi talentũ abscondat: deinde, vt etiam plus faciat, q̃ à Deo iussus sit. Iussus aũt fuerat p̃dicare Euangelium, gratis vero prædicare non fuerat iussus. Necessitate igitur & coactus prædicat. nisi em̃ hoc faceret, cum inutili & nequã seruo ꝓijceret in tenebras exteriores. Quod vero gratis p̃dicat, plus præstat q̃ alij Apl'i, & habet vnde maiorẽ mercedẽ sperare liceat. Proinde præmissis statim subiungit:

Quæ est ergo merces mea? vt euangelium prædicans, sine sumptu ponam Euangelium, vt non abutar potestate mea in euangelio.

Hinc, inquit, mihi plurimũ mercedis sperare licet, ꝙ euãgelium sic prædico, vt neminẽ grauem sumptu, cũ tamen id iure possem, quẽadmodum multis à me demonstratum est. Est & mihi inde spectanda merces, ꝙ non abutor potestate mea. Quid porro est abuti potestate sua? Sic vti, vt magis spectes quid tibi liceat, quàm quid alijs expediat. Potestas enim omnis, charitatę moderanda & tẽperanda est. Abusus ergo

CAP.IX.

fuisset Apostolus sua potestate, si ipsa vtens, notam inussisset euãgelio, sic vt aliqui tm̃ respuissent euangeliũ ob hoc, ꝙ putarent sibi importabile onus euangelistas alere. Igitur vt oẽs viderent & audirent, Paulũ non ventris gratia, sed tm̃ vt oẽs Chr̃o lucrifaceret, ꝑdicare: à nemine Corinthioꝝ quicq̃ accepit, sed gratis euangeliũ annunciauit. vnde & sibi plurimũ mercedis à Deo sperabat. Obseruãdũ obiter ex his Pauli verbis, eum qui sibimetipsi crucẽ imponit, etiam maiorẽ à Deo mercedem accepturꝝ. Sed non minus & hoc obseruandũ, ne qs cõtempta Dei lege, sibi ꝓprias fingat leges, in qbus viuere velit. Sed videamus reliquum Apostoli. Obser.

Nam cum liber essem ex omnibus, omnium me seruum feci vt plures lucrifacerem.

Non solum, inquit, neminẽ grauaui aliquo sumptu, sed & in alijs rebus, cum liber essem, oĩm me seruum feci, non vt sic mihi apud vulgum nomen cõpararẽ, aut substãtijs & diuitijs illoꝝ insidiarer, sed vt plures lucrifacerẽ Chr̃o. Liber qdem erã, nec Mosis nec gẽtiliũ ꝑceptis vel sanctionibus alligatus: sed tñ vltro & meapte spõte multa subij, q̃ non lex aliqua iubebat, sed sola charitas dictabat. Sed audiamus ipsum Apostolum, quomodo omnium se seruum fecerit.

Et factus sum Iudæis tãquam Iudæus, vt Iudæos lucrarer: ijs q sub lege sunt, quasi sub lege essem, (cum ipse non essem sub lege) vt eos qui sub lege erant, lucrifacerem: ijs qui sine lege erant, tanq̃ sine lege essem, (cum sine lege Dei non essem, sed in lege Christi) vt lucrifacerem eos qui sine lege erant.

Triplices hic hoĩes enumerat Apl̃s, qbus se attemperarit, qbusve cõdescenderit. Iudæos, Proselytos, siue, vt Ambrosius vult, Samaritanos, & gentiles. Iudæos nouimus eos esse, q Mosen & prophetas suscipiũt: Samaritani sub lege sunt, hoc est, solũ Mosen amplectunt: Proselyti sic amplectunt Christum, vt tñ interim legem & prophetas sibi carnaliter obser-

uandos credũt. Gentiles porro sine lege sunt, nõ q̃dem oĩno sine lege, sed sine lege Mosis, sine lege scripta. Annunciauit
Psal 147. enim dñs verbum suum Iacob, iustitias & iudicia sua Israel: Non fecit taliter om̃i nationi, & iudicia sua non manifestauit
Rom 2. eis. Et Ap͞ls noster de gentib⁹ inquit: Cum enim gentes quæ legem non habẽt, naturaliter quæ legis sunt, faciunt: eiusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis. Cum huiusmodi ergo hoĩb⁹, Iudæis, Samaritanis & gentilib⁹, Ap͞lus habebat agere: neq; poterat oẽs pari ratiõe Ch͞ro lucrifacere, sicut nec vnica potio medica omnẽ morbum tollere potest, sed oportebat vt se quasi in omnia verteret Paulus, donec ipsos ad Christi fidem p̃duceret. Iudæi mordicus tenebant suam legem. Samaritani vnico Mose cõtenti, quem tñ carnaliter intelligebãt, cætera oĩa respuebant. Græci porro idolorũ superstitioni tenacissime adhærebant. Vt igitur Ap͞lus oẽs lucrifacere posset, nunc simulabat se Iudæum, nunc Samaritanum, nunc Gentilem: sic tñ, vt nihil delinqueret in Ch͞rm, cui⁹ legi alligatum se esse p̃dicat. Sed declarabimus exemplis, q̊modo Ap͞lus factus sit Iudæis Iudæus, wie er ihn hab nach geben, q̊modo illorum moribus sese attemperarit. Factus est ergo Iudæis Iudæus, quia propter scandalũ illorũ circuncidit Timotheum.
Acto 16. (Aliàs enim neq; circũcisio neq; p̃putium aliquid est, sed obseruantio mandatorũ Dei) Nec solum tum circũcidit Timo-
1. Cor 7. theum in gratiam Iudæorũ, verumetiã per q̃scunq; ciuitates faceret iter, ne quid offenderentur Iudæi, tradebat ĩjs qui ex paganismo venerant ad Ch͞rm, vt seruarent ea quæ Hierosolymis erant decreta ab Apostolis & senioribus. Ad hunc locum etiam pertinet, iuxta Ambrosiũ, q̄ purificatus, voto facto, & raso capite, templũ cum aliq̃t Iudęis intrauerat. Quod em̃ hæc non fecerit, quasi hoc ipsum postularet Ch͞riana religio, sed tm̃ in gratiam Iudæorũ, testatur Lucas ipse, cum de Paulo hanc rem scribit in hæc verba: Cum venissemus, inq̃t
Acto. 21. Lucas, Hierosolymam, libẽter exceperũt nos fratres. Sequẽti aũt die introibat Paulus nobiscum ad Iacobum, oẽsq; collecti sunt seniores. Quos cum salutasset, narrabat per singula

la quæ Deus fecisset in gentib' per ministerium ipsius. At illi cum audissent, magnificabant Deum, dixeruntq; ei: Vides frater quot millia sunt in Iudæis qui crediderũt, & oẽs æmulatores sunt legis. Audierunt aũt de te, quia discessionem doceas à Mose, eorũ qui per gentes sunt Iudæorũ, dicẽs non debere eos circuncidere filios suos, neq; secundũ cõsuetudinem ingredi. Quid ergo est? Oportet vtiq; conuenire multitudinem, audiẽt enim te superuenisse. Hoc ergo fac, quod tibi dicimus: Sunt nobis viri quatuor, votum habentes super se. His assumptis, sanctifica te cum illis, & impende in illis, vt radant capita: & scient oẽs q̃a quæ de te audierunt, falsa sunt, sed ambulas & ipse custodiens legem. Ex his iam claret, Aplm Paulum multa fecisse in gratiam Iudæorũ, quæ nulla Chri lege p̃cepta fuerant: sed tñ huiusmodi imitatus est Aplus, vt sic se paulatim Iudæis insinuaret. Nouerat enim Paulus huiusmodi legis cæremonias per se neminem vel sanctificare, vel coinqnare, sed oĩa iuxta conscientiã vtentis: & ob id maxime maluit condescendere Iudæorũ imbecillæ fidei, quàm linum fumigans prorsus extinguere, hoc est, modicam fidem prorsus propulsare. Cæterũ, ne ęquo prolixior sim, sicut condescẽdit Iudæorũ in legem æmulationi, ita & Græcorũ supstitioni sese attẽperauit, non q̃dẽ vt idolis sacrificaret, quod lege cautum erat Chrianis: sed vt non primo impetu pnunciaret, dæmonia ab ipsis coli & adorari: nec vocat idololatras, sed superstitiosiores. Cum eñi venisset Athenas, post aliquot dies sic incipiebat disputationem suam: Viri Athenienses, per oĩa quasi superstitiosiores vos video. Præteriens enim & videns simulacra vestra, inueni & aram, in qua scriptũ erat: Ignoto Deo. Quod ergo ignorãtes colitis, hoc ego annũcio vobis &c. Vides q̃ prudẽter oĩa dicit. Non obĳcit dæmonia, sicut iã admonuimus: nõ dicit se docendi gratia venisse Athenas, sed fortuitu sic, & quasi animi gratia ciuitatem perlustrasse, inter cætera aũt maxime templũ, ne videatur illorũ religionẽ oĩno abhorrere: & demũ persuadere conatur, Atheniẽses non alium Deum colere, q̃ eum quem ipse Paulus p̃dicabat &c. Sed non est locus, huiusmodi pro merito excutere. Sufficiat igitur hic locus

Esa. 42.

Acto. 17.

locus cum proxime præmisso, ad probandũ quomodo Apostolus Iudæis factus sit Iudæus, & Gentilib⁹ gentilis &c. Iam rursus cœptum ordinẽ prosequemur.

Factus sum infirmis infirmus, vt infirmos lucrifacerem. Omnibus omnia factus sum, vt omnes facerem saluos. Omnia autem facio propter euangelium, vt particeps eius efficiar.

Infirmi qui. Infirmos hic non dicit, eos qui in corpore male habent,
Rom.14. sed qui nondũ in fide Chr̄iana adoleuerunt, in pectoribus suis adhuc aliquid pristinæ superstitionis retinentes, qui iuxta
Psal.44. Psalmũ, aures suas q̄dem inclinant, sed nondũ obliti sunt populi sui & domus patris sui. Factus ergo sum infirmis infirmus, inq̄t, vt infirmos lucrifacerem. hoc q̄modo factum sit, iam paulo ante ostendimus. Certe medicus non facile curabit ægrotum, nisi cum infirmo infirmetur. Ideoq́ multa facit non propter se, sed propter infirmũ. Exempli gratia: Oblaturus potiunculã amaram, ipse prius gustat in conspectu infirmi, ne hic abhorreat. Item principio multa condonat, & ad multa cõniuet, donec tandẽ ipsi infirmo etiam imperare possit. In hac tñ concessione & in his blãditijs summopere cauet medicus, ne ægroto ea indulgeat, q̄ maius dãnum sint allatura: & quod imperio ab ægroto extorquere non potest, blanditijs tentat. Sic bonus Apostolus cũ fidelibus nunc agit blanditijs, nunc terret minis: iam ostentat imperium, rursus enixe obsecrat, ideoq́ statim addit: Oĩbus oĩa factus sum, vt oẽs saluos facerem. Sic, inquit, vitam & doctrinam meam institui, vt si fieri posset, oẽs ad Chr̄i fidem ꝑducerem. Omnia aũt facio propter Euangeliũ, vt particeps eius efficiar. Prima cura est, inq̄t, vt oĩbus ꝓsim: ꝓxima, ne negligẽtia mea ipse ꝑeam.

Nescitis quoniam hi qui in stadio currunt, oẽs quidem currũt, sed vnus accipit brauium? Sic currite, vt compræhendatis.

Postq̃ D. Ap̄lus multis ostendisset, q̄modo neglecta sua liber-

CAP. IX.

bertate, omniũ se seruũ fecerit, tantum vt hoc modo plurib⁹ prodesse possit: iam rursus similitudine quadã probat, ꝙ oẽs deberent potissimũ, q̃d in re aliqua est, eligere, & ad summam perfectionẽ tendere. Poterant eñ Corinthij Pauli enumerationibus obijcere: Satis qdem audiuimus, qbus modis aliorꝫ apostolorꝫ studia vincis, & q̃modo hacten⁹ tuã libertatẽ deserueris. sed qd hoc ad nos? Nos nõ ambim⁹ supremã mercedem. Sufficiat nobis, pceptis satisfacere. nolumus deesse libertati nostræ. Ad hoc ergo Apostolus: An nescitis, inqt, quoniam hi q in stadio currunt, oẽs qdem currunt, sed vnus accipit brauium? hoc est, Oẽs q in stadio currunt, sic cursui intenti sunt, vt singuli singulos anteuertere velint, tantum spe brauij, q̃d vni soli tantum cõtigit. Sic & vos currite, vt cõprahendatis: hoc est, Tanta cura, tãtoq́ꝫ studio & vos currere debetis in stadio pietatis, vt singuli conent singulos pietate vincere & pcurrere. Brauiũ eñ, quod agonotheta noster cursoribus promittit, non vni tantũ sufficit, sed oĩbus. Similitudo igitur tantũ in hoc adhibetur, non quasi vnus solus compræhensurus sit præmium: sed vt non minori diligẽtia in stadio nostro curramus, q̃ illi in suo. Quum nobis oĩbus & singulis possit contingere brauium, in illorum autem stadio nõ potest nisi vnus accipere. Sed sequenti similitudine, præmissa declarabitur. Sequitur enim:

Omnis enim qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet. Et illi quidem, vt corruptibilem coronã accipiant, nos autem incorruptam.

Exemplũ facile intelligitur. sed videam⁹ tamẽ pulcherrimas antitheses. Oĩs, inqt, qui in agone contendit, ab oĩbus se abstinet. Nostrũ vix centesimus q́sqꝫ ab omnibus abstinet. Illi ab oĩbus abstinent, nos ne à paucis qdem. Agon illorum, popularis tantũ est, nihil pietatis habet. Agon vero noster, multis noĩbus cõmendandus venit, siue pugiles, siue causam, siue agonothetã spectes. Et illi quidem tanto studio pugnant, vt corruptibilem coronã accipiant, nos autẽ incorruptam. Turpe igitur est, si nos segnius pro tanto brabeo cer-

tamus, q̃ vulgus hoīm pro vili præmio. Quod si isti nihil nō tum faciunt, tum patiuntur, quo ridiculū plebis applausum, quo laudem ab hoīe, quo vile præmiolū auferant: quāto magis par est, eadem facere nos, quo plausum ab angelis, laudē à Deo, & æternū immortalitatis præmiū consequamur? Obseruandum hic: primum, ꝙ nō alia ratione Paulus exemplū hoc adduxerit, q̃ vt sic persuaderet Corinthijs etiā abstinendum esse ab oībus, maxime autē ab idolothytis, qbus à pietatis cursu remorari possunt. Deinde frigiditatē nostram incusat, cum alij diligentiores sunt ad vile pręmiolum acqrendū, q̃ nos ad consequendā æternam gloriam. Huc iam pertinet, ꝙ Christus alibi post parabolam œconomi iniqtatis subiungit: Filij huius seculi prudentiores sunt filijs lucis in generatione sua &c. Eo enim pleriq; sumus ingenio, vt maiori studio ijs rebus intēdamus quæ corpori prosunt, quàm quæ animę. Quid? ad ea quę corpus & animam perdūt, volamus, & plus q̃ viri fortes sumꝰ: ad pietatis autē studiū, neq; manus neq; pedes nobis sunt: quod qdem exemplis demonstrarem, nisi totus mundus hoc clamaret.

Luc. 16.

Ego igitur sic curro, non quasi in incertum: sic pugno, non quasi aerem verberans: sed castigo corpus meum & in seruitutem redigo, ne cum alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar.

Manet Apostolus in metaphora, & p̃dicat se facere hoc, quod alios iam admonuerit. Ego, inquit, sic curro, non quasi in incertū. Qui certā metā nō habet, hic certe segniter currit, dubius nimirū, num aliquid præmij consecuturus sit. Ego sic pugno, non quasi aerem verberans. Quisquis enim aerem verberat, vt solent athletæ, qui per lusum & ostentationē artis, mira corporis agilitate feriunt aerē, diu non percutiet hostem, sed inanem ludit operā, & hosti sui corporis copiā facit. Sed quæ est pugna tua mi Paule? Castigo, inquit, corpus meū, & in seruitutem redigo. Retraho luxurioso equo pabulum, ne lasciuiat: & in seruitutē redigo corpus meū, nimirum

ne

vt non quod lubet, faciat: sed sessori, hoc est, spiritui obtemperet. Et quare hoc? Ne cum aliis prædicauerim, ipse reprobus efficiar. Aptum est quid velit. Iam q̃d hæc ad Corinthios pertineant, audite. Quicquid Corinthiorum scioli faciebant in his quę ad idolothyticũ negociũ attinent, oĩa ob vanam gloriam faciebant: neq; ob hanc solam, sed etiam ad saturandam ventris sui voracitatẽ, quibus rebus & se & alios perdebant, & interim tamen sibi videbãtur belle Chr̃iani. Apostolus aũt suo exẽplo docet, nihil agendũ ad captandam vanam gloriã, sed oĩa ad lucrandum fratrẽ. Neq; aliq̃d etiam qualẽcunq; eruditionẽ valere, quæ non fratris caueat offendiculũ. Proinde Corinthij hic admonentur, vt sic currant in stadio pietatis, vt ad fœlicẽ metam perueniant. Nemo siq̃dem coronabitur, nisi q legitime certauerit. Sic item pugnent, vt aduersarij vires euitare possint. Nõ eñ est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinẽ, sed aduersus potestates aeris &c. Sic deinde castigẽt corpus, ne huius respectu aliquid designẽt in charitatẽ proximi. Postremo caueant, ne indocti surgant & rapiant cœlum, ipsi autẽ cum doctrina & sciẽtia sua merganttur in profundũ. Si eñ nobis q Chr̃m docemus, non satis est verum & nouisse & p̃dicasse, nisi & illud accedat, vt q̊d alios docemus, ipsi quoq; faciam⁹. & ne impuriori nostra vita alicui offensionẽ demus: ita q̃q; vobis nequaq̃ suffecerit, agnouisse q idolum nihil sit, & q idolothytũ nihil, nisi etiã vita & mores vestri eiusmodi sint, ne q̃s infirmorum offẽdatur, aut vestro exemplo in idololatriam p̃cipitetur &c. Obseruãda est hæc sententia concionatoribus, ne quum aliis p̃dicauerint, ipsi reprobi inueniantur. Si eñ hoc timet caper, vt Augustini vtar verbis, quid agno sperandum? Sed nos huic capiti nono finẽ impositũ esse volumus. Seq̃tur Ephe. 6.

CAPVT X.

NOlo eñ vos ignorare fratres, quoniam patres nostri oẽs sub nube fuerũt, & omnes mare transierũt, & oẽs in Mose baptizati sunt in nube & in mari.

Non tam longum, q̃ pulcherrimum est caput hoc decimum, in quo exemplis veterum probat, quod illicitum sit peregrinis cõmunicare sacris: simul & illud in transcursu ostendens, non sufficere ad salutẽ consequendã, ore confiteri dominũ, preterea & baptizatũ esse, immo & corpori & sanguini Christi cõmunicasse, nisi & morum accesserit emẽdatio, vitaq́; eiusmodi, quæ nulli lapsus det occasionẽ. Porro vt q̃ Paulus hic paucis allegat, intelligamus, placet historiã ex Mose hic referre. Et principio quidem nota est grauissima Israelitarũ in Aegypto sub Pharaone seruitus, de qua ne verbum quidem adĳciemus. Cum igitur Deo placuisset, populũ suũ iam satis castigatũ, ex afflictione educere, sic vt tyranni etiã meritas pœnas darent, Mosi hoc negociũ dedit, vt dux esset populi Israelitici, huncq́; precederet. Exeunte igit Mose cum populo, pœ-
Exod 14. nituit Pharaonẽ quod dimiserit Israelem, dicens: Quid voluimus facere vt dimitteremus Israelem? Iunxit ergo currus, & oẽm populũ assumpsit secũ: sicq́; insecutus est Israelem, vt Israelitæ clamauerint aduersus Mosen, dicẽtes: Forsitan nõ erãt sepulchra in Aegypto, ideo tulisti nos vt moreremur in solitudine. Quid hoc facere voluisti, vt educeres nos ex Aegypto? Nonne iste est sermo, quẽ loquebamur ad te in Aegypto, dicentes: Recede à nobis, vt seruiamus Aegyptĳs? multo enim melius est seruire eis, q̃ mori in solitudine. Porro Moses has populi querelas interim corde suo ad Dñm trãsmittebat, inde etiam accepit respõsum atq; præceptum: Quid clamas, inquit Dñs, ad me? Loquere filĳs Israel vt proficiscãtur: tu aũt eleua virgã tuam, & extende manum tuã super mare, & diuide illud, vt gradiãtur filĳ Israel in medio mari per siccũ &c. Tollẽsq́; se angelus Dñi, qui præcedebat castra Israel, abĳt post eos, & cum eo pariter colũna nubis, priora dimittẽs, post tergum stetit inter castra Aegyptiorum & castra Israel. Et erat nubes tenebrosa, & illuminãs noctẽ, ita vt ad se inuicẽ toto noctis tẽpore accedere nõ valerent. Cæterum, vt cõpendio quodã dicam, Moses cũ populo per siccũ maris transiuit. Quũ autẽ Pharao cum suis illos persequeretur, reuersæ sunt aquæ, & operuerunt currus & equites cuncti exercitus Pharaonis, qui sequentes,

CAP. X.

tes, ingressi fuerant mare: nec vnus quidem superfuit ex eis. Hoc igitur celeberrimũ facinus, hoc magnificũ beneficium olim Iudæis exhibitũ, Apostolus iam adducit, & Corinthĳs ob oculos ponit, vt in hoc facto spectent & cognoscant Dei & misericordiã & iustitiã: Misericordiã quidem in eo, quod afflictis auxilio est: Iustitiã autẽ, quod ingratos grauiter punit: quod postremũ paulopost audiemus. Iam Paulum audiamus. Nolo autem vos ignorare fratres, inquit, quòm patres nostri omnes sub nube fuerũt: sub illa nube, intellige, quæ castra Israelitarũ obtexit & protexit, quæque nocte proficiscentes comitata, sua luce illis viam ostendit. Et omnes mare transierunt, quũ interim Pharao cum suis periclitaret: & omnes in Mose, hoc est, ministerio Mosis, baptizati sunt in nube & in mari. Mare enim baptismi aquam, nubes Spũmsanctum, Moses Christum designat. Baptizati autẽ sunt Iudæi, iuxta Ambrosiũ, quia præterita peccata in Aegypto perpetrata, nõ sunt eis amplius imputata, sic vt non solũ protectione Dei per ministeriũ columnæ à tẽporali morte, quam intentabat Pharao, fuerint liberati, sed etiam à morte perpetua fuerũt tuti, nõ quidem omnes, sed qui perseuerarũt in pietate. Purificati item sunt in mari & in nube, & præparati ad dignam susceptionẽ legis. Breuiter, quicquid in nobis iam operatur baptismus, hoc ipsum in figura apud illos cõtingebat. Et pulchre cohæret vmbra corpori, figura veritati. Mare rubrum, figura baptismi est: & baptismus noster ruber sanguine Christi consecratus. Moses primus mare ingreditur, vt alios suo exemplo inuitet: & Christus non dedignatur baptismũ suscipere, vt serui non abhorreant, quod Dominũ nõ puduit. Nec deest nostro baptismo sua nubes, quæ nos tegit, ne ab iniquo occidamur, quæque suo igneo splendore nostras tenebras illuminet. Charitas enim Dei diffusa est in cordibus nostris per spũmsanctũ, qui datus est nobis: non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundũ misericordiã suã saluos nos fecit per lauacrũ regenerationis & renouationis spũsancti, quẽ effudit in nos abũde per Iesum Chrm saluatorem nostrum, vt iustificati gratia ipsius, hæredes simus secundũ spem vitæ æternæ. Nec deest mari nostro, hoc est, baptismo nostro, suus Titi 3.

Pharao cum suis satellitibus, nimirum satanas, cuius potesta te in baptismo liberamur, cuius vires debilitantur, quem abiu ramus &c. Sed audi reliquum Apostoli.

Et omes eandem escam spiritualem manducaue runt, & omes eundem potum spiritualem biberūt: (bibebant autem de spirituali, consequente eos, petra: petra aūt erat Christus) sed nō in pluribus eorū beneplacitū est Deo: nam ꝓstrati sunt in deserto.

Escam non noīat Apostolus, sed potū tantum: sed nos facile possumus intelligere, quam escam velit, nimirum Māna, quo cibauit eos dñs in deserto annis q̄draginta. Sic em̄ Moses habet: Adduxit te dñs Deus tuus quadraginta annis ꝑ desertum, vt affligeret te atq; tētaret, & nota fierent quæ in tuo animo versabātur, vtrū custodires mandata illius, an nō. Afflixit te penuria, & dedit tibi cibū manna, q̄d ignorabas tu et patres tui, vt ostēderet tibi ꝙ non in solo pane viuit homo, sed in om̄i verbo q̄d egreditur de ore Dei. Vestimentū tuū q̄ opiebaris, nequaquā vetustate defecit, & pes tuus nō est subtritus. Exodus autē nomē habet escæ huius, cuius Paulus hic meminit. Appellauit domus Israel nomen eius man, q̄d erat quasi semen coriandri albū, gustus'q; eius quasi similæ cū melle &c. Et in Psalmo Asaph: Mandauit nubibus desuper, & ianuas cœli apuit: & pluit illis manna ad manducandū, & panē cœli dedit eis: Panē angeloꝶ manducauit homo, cibaria misit eis in abundātia. Hactenus de esca: iam de potu spūali audiemus Mosen loquentē: Filij Israel, inq̄t, castrametati sunt in Raphidim, vbi non erat aqua ad bibendum populo. Qui iurgatus contra Mosen, ait: Da nobis aquā vt bibamus. Quibus respondit Moses: Quid iurgamini contra me? Cur tētatis Dominū? Clamauit autē Moses ad dominū, dicens: Quid faciā populo huic? Adhuc paululum, & lapidabit me. Et ait Dñs ad Mosen: Antecede populū, & sume tecū de senioribus Israel: & virgā, qua ꝑcussisti fluuium, tolle in manu tua, & vade: en ego stabo corā te, & ibi supra petrā Oreb, percuties petram,

Deut. 8.
Exod. 16.
Psal. 77.
Exo 17.

CAP. X.

tram, & exibit ex ea aqua, vt bibat populus. Accepim⁹ igitur iam, quam escã manducauerint, & quem potum biberint Israelitæ, q mare rubrum transierunt. Quod si quis quærat, q̃re esca vel potus spũalia vocentur: facilis est responsio, ideo spiritualia noiata, tum ꝙ præter naturæ legẽ & miraculose oia facta sunt: tum etiam, ꝙ figura spũalium rerum fuerũt. Esca siqdem quod manna vocatur, figurabat Eucharistiã nostrã, Cœnam nostrã dñicam, panem deniq; cœlestẽ. Sic eñ interpretatur hanc figurã Christus ipse, dicens: Amen amen dico vobis, nõ Moyses dedit vobis panem de cœlo, sed pater meus dat vobis panẽ de cœlo verũ. Et iterũ: Patres vestri manducauerunt manna in deserto, & mortui sunt. Hic est panis de cœlo descendens, vt si quis ex ipso manducauerit, non moriatur. Et tertiũ: Non sicut manducauerunt patres vestri manna, & mortui sunt. Qui mãducat hunc panẽ, viuet in æternũ. Hactenus de significatione spũalis escæ. Quid porro petra aquam largiens, figurauerit, Paulus non tacuit, dicendo: Petra autẽ erat Christus. Petra eñ illa naturalis, ex seipsa nõ potuit magis dare aquã, q̃ illa mandibula asini apud Samsonẽ: sed diuina virtute hoc factũ est. Christus eñ petra spũalis, q & sequebatur eos, dedit eis aquam, non petra. Petra hæc porro, quæ etiam spũalem potum dat, in Euãgelio clamat: Si qs sitit, veniat ad me, & bibat. Qui credit in me, sicut dicit Scriptura, flumina de vẽtre eius fluent aquæ viuæ. Hoc autem dixit de Spũ, quem accepturi erant credentes in eum. Hæc deniq; petra bis percussa, hoc est, duobus lignis affixa, non tantum dedit aquã, sed aperto latere, profluxit sanguis & aqua. Sed iam reuertamur ad Apostolũ nostrum, & videamus, qua ratione in mentionẽ spũalium escæ & potus venerit. Nolo vos ignorare fratres, inqt, ꝙ patres nostri oẽs eandem escã manducauerũt, & oẽs eundem potum biberũt. (qualis potus vel cibus fuerit, auditũ est) sed nõ in pluribus eorum bene placitum est Deo. Diligenter hæc examinanda sunt, ne Apostolum cõtra Christũ interpretemur. Noui prophetæ ex hoc loco Pauli conanť demonstrare, Sacramẽta noui Testamenti, in nullo præstare sacramentis veteris testamẽti: q̊d tamen do-

Quare esca & potus spiritualia dicta.

Ioan. 6.

Iudic. 14.

Ioan. 7.

Ioan. 19.

dogma manifeste euãgelicis & apl̃icis literis repugnare, certissimum est. Quis em̃ tam impudẽs est, vt velit manna, quod Iudæi sumpserunt, æquare Sacramento Corporis & Sanguinis Chr̃i, quod nos tẽpore gratiæ sumimus? Et Christus, sicut paulo ante adduximus, inq̃t: Non Moyses dedit vobis panem de cœlo verũ, &c. Quis deinde æquabit mare rubrũ baptismo nostro, cum & Ioannes suum baptisma lõge postposuerit Baptismo Christi, quo nos baptizamur? Iuxta ratiocinationem pseudoprophetarũ, Christus nõ erit melior petra quam Moses percussit, & Spũssanctus nõ præstabit nube vel rore &c. Hoc q̃dem dicerẽt vere, si illorum dogma de Sacramentis, q̃ scilicet solum symbola sint, iuxta scripturarum veram interpretationẽ probatum esset. Sed nolo impium dogma referre. Quãtum vero ad discrimen Sacramentorũ vtriusq; testamenti adtinet, Augustinus dicit, veteribus ablatis & impletis, nr̃a esse instituta, q̃ sunt virtute maiora, vtilitate meliora, actu faciliora, & numero pauciora. Neq; Apostolus dicit hoc loco, q̃ patres eandem escam manducauerunt, quam nos: nec dicit, q̃ eundem potum quem nos bibimus, ipsi biberunt. Nõ em̃ nos cum illis cõfert in esu & potu ꝓprie, sed bonos Iudæos cum impijs Iudæis cõfert atq; cõmittit. Vnde nõ ait, Sed nõ omnes placemus Deo: sed, Nõ in pluribus ipsorũ beneplacitũ est Deo. Sensus igitur Apostoli est, Omnes quidem qui mare rubrũ trãsierunt, tam bonos q̃ malos, eandem escam manducasse: & oẽs, tam bonos q̃ malos, eundẽ potũ bibisse: neq; tamẽ oẽs illos edentes siue bibẽtes, placuisse Deo: cuius rei argumentum est, q̃ prostrati sunt in deserto. Neq; enim ideo pepercit Deus Iudæis impijs & incredulis, q̃ eandem escã & eundẽ potũ sumpserint cum bonis & fidelibus Iudæis: sed tanto plus illorum ingratitudinem puniuit, quanto maiora in ipsos beneficia ante collocauerat. Hæc autem adduxit Apostolus, vt sic iam colligerẽt Corinthij: Iudæi om̃es citra vllũ discrimẽ cõmunicauerunt mãnę, & aquæ quã petra dederat: sed postq̃ desciuerũt à Deo, grauiter afflicti sunt: & esus ille & potus non abstulit pœnã, sed multo magis auxit. Quid igiẗ nobis sperandũ, q accepto baptismatis sacramẽto, etiam

Obser.

Aug. contra Faust. li. 19. cap. 13.

etiã cõmunicamus corpori & sanguini dñi,& in omi scelerũ genere voluptuamur? Longe atrociora certe nobis ingratis timenda sunt. Existimabãt eñ Corinthij quidã, sufficere sibi ad salutẽ, ꝙ baptizati essent, ꝙ sacramentis ecclesiæ communicarent, quomodocunq; tandẽ vitam instituerent. Sic tempore Augustini, quidam promittebant liberationem ab æterno supplicio, omnibus qui sacramenta baptismi & corporis Christi suscepissent, hoc dicto Christi freti: Hic est panis qui de cœlo descendit, vt si quis ex ipso manducauerit, non moriatur &c. Postremo, ꝙ dicit Apostolus prostratos in deserto Israelitas, ex consequentibus manifestum fiet:

CAP. X.

Augnst. de ci. lib. 21. cap. 19.

Ioan. 6.

Hæc aũt in figura facta sunt nostri, vt nõ simus concupiscentes malorum, sicut & illi cõcupierunt.

Enumerauerat Apostolus ex Moyse, q̃ magna beneficia dñs populo Israelitico exhibuerit, & ꝙ Iudæis nõ profuerit illa accepisse, cum postea propter ingratitudinẽ suam prostrati sunt in deserto. Iam ne quis Corinthiorũ obijceret, hęc q̄dem vera esse, sed nihil ad se pertinere, vt q̄ iam non Iudæi, sed Gentiles sint, subiungit Apl's, dicens: Hęc autem in figura facta sunt nostri, hoc est, figurabãt illa qualiter acturus esset nobiscũ dominus. Proinde quod legimus illos propter malam concupiscẽtiam in deserto prostratos, admonet nos, vt non simus cõcupiscentes malorũ, sicut illi concupierũt. Qui eñ communicant cũ Iudæis in scelere, cõmunicabũt etiã in pœna. Iudæi post maris transitũ, post angelicũ cibũ & spiritualem potũ, q̄a grauiter Deum offenderunt, ad promissam hæreditatẽ non peruenerunt. Sed hæc quæ de illis narrantur, facta sunt tunc in figura nostri, qui eramus futuri: quoniam in illis præfiguratum est, ꝙ nos, si post baptismũ, post dominici corporis & sanguinis communicationẽ peccauerimus, ad cœlestem patriã nõ perueniemus: sed in hoc seculo maligno morientes, ad pœnas inferni ducemur. Si eñ his non pepercit, qui pro minimis fuerunt ingrati: quid de nobis fiet, qui longe maiora accepimus? Bona illorũ, figuræ fuerũt nostrorũ: & pœnæ illorũ, pœnarum nostrarũ. Nunc facile pro-

 bari

bari potest, nos maiora mereri flagella, quàm Iudæi meruerunt, quũ beneficia nobis exhibita, illorum longe superãt beneficia. Nã sicut terra illa promissionis, quo ille populus ducebatur, nihil est in cõparatione regni cœlorum, quo Christianus populus ducit: ita & in malis longe vtiq; peiora sunt, quæ significant figuris, cum tanta mala sint etiam significantes figuræ &c. Cæterum quod Paulus hic de concupiscentia memorat, in genere facit, quod statim per species enumerabit. Et certe ab ipsa concupiscentia quoduis vitium emanat. Huc pertinet quod diuus Iacobus dicit: Nemo, cũ tentatur, dicat q à Deo tentatur: Deus enim intentator malorum est,
Iaco. 1. ipse autem neminem tentat. Vnusquisq; aũt tentatur à propria cõcupiscentia abstractus & illectus. Deinde cõcupiscentia cum conceperit, parit peccatum: peccatum autem cum consummatum fuerit, generat mortem. Sed reuertimur ad Apostolum nostrum:

Necq; idololatrę efficiamini, sicut quidã ex ipsis, quemadmodum scriptum est: Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere.

Vide, obsecro, q̃ pulcherrimo ordine Apostolus veterũ enumerat historias, vt sic Corinthiorũ increparet insolentiam. Certe q̃d Corinthij ope faciebãt, idololatria erat, etiãsi ipsi hac in re se nihil peccare existimabãt. Obserua itẽ, quàm paucis hanc tractet historiã, sic tamen, vt quæ ad suũ institutum pertinent, non negligat. Neq; idololatræ efficiamini, sicut quidam ex ipsis, scilicet qui mare transierũt, qui manna ederunt &c. Et ne Corinthij obijcerent, se non esse idolorum cultores, sed tantum in idolio manducare de idolothytis, statim subnectit Apl'us & illos, Iudæos s. veteris testamenti, mãducasse & bibisse, iuxta q̃d scriptũ est: Sedit populus mãducare & bibere, & surrexerũt ludere, hoc est, choreas ob ho-
Exo. 32 norem vituli aurei ducere. Historia est in Exodo. Etenĩ cum Israelitæ, ex Aegypto egressi, in desertũ Sinai peruenissent, adscendit Moses in montem Oreb, vt legẽ à domino afferret: quo quadraginta diebus & totidem noctibus in cacumine

CAP. X.

mine montis perseuerante, impatientissimi reddebātur Israelitæ: & obliti beneficiorum, quæ Deus ipsis per fidelem Mosen cōtulerat, in impietatem erga Deum, & ingratitudinem erga Mosen collabuntur. Ira enim ex diuturna mora perciti, turbam commouēt aduersus Aaron, & dicunt: Surge, fac nobis deos qui nos præcedant, Mosi enim nescimus quid acciderit. Dixitq́ꝫ ad eos Aaron: Tollite inaures aureas de vxorꝫ, filiorumq́ꝫ & filiarum vestrarum auribus, & afferte ad me. Petijt autem hoc Aaron, non ꝙ speraret mulierculas sua ornamenta exhibituras, sed hoc fortassis consilio, vt magnitudine sumptus & spoliatione suarum inaurium, à suo instituto deterrerētur. Sed populus fecit quæ iusserat Aaron, deferens inaures suas: quas cū ille accepisset, formauit opere fusorio, & fecit ex eis vitulū conflatilem. Dixeruntq́ꝫ: Hi sunt Dij tui Israel, qui te eduxerunt de terra Aegypti. Quod cum vidisset Aaron, ædificauit altare coram eo, & præconis voce clamauit, dicens: Cras solennitas domini est. Surgētesq́ꝫ mane, obtulerunt holocausta & hostias pacificas: & sedit populus mādu care & bibere, & surrexerūt ludere. Hāc igiť historiam Apl's cōpēdio q̊dā cōpræhendit, ea tm̄ adducēs, in qbus etiā Corinthij peccauerāt. Neqꝫ em̄ impune licebit Corinthijs cū idolorum cultoribus in idolio recumbere, cum non minima pars sit idololatriæ, manducare in idolio. Cæterꝫ Apl'us non memorat, q̄ grauiter afflixerit eos De⁹ ob huiusmodi crimē, sed ex Mose manifestum est. Hic enim vidēs populum ꝙ nudatus esset inauribus, stetit in porta castrorum, & exclamauit, dicēs: Si quis est domini, iungatur mihi. Hæc dicit dominus Deus Israel: Ponat vir gladium suum super femur suum. Ite & redite de porta vsque ad portam per medium castrorum, & occidat vnusquisque fratrem & amicum suum & proximum. feceruntq́ꝫ filij Leui iuxta sermonem Mosi, cecideruntq́ꝫ in die illa tria millia hominum. Sic ergo vindicata est idololatria: & non immerito dissuadet Paulus illam Corinthijs, ne post simile factum, similem accipiant mercedem. Neque pro nihilo reputent Corinthij, ꝙ in idolio recumbunt. Sunt enim gradus certi ad idololatriam. Princi-

Tria millia hominum occisa ꝓpter uitulum adoratum.

Gradus ad Idololatriā.

pio diffidunt Deo, ponunt idolum, deinde manducant victimas in idolio, postremo nihil non ob honorem idoli faciunt. Cum igitur iam sic citra discrimē vos Corinthij cum idolorum cultoribus conuiuia agitatis, non lōge estis ab ipsa idolorum cultura.

Necq; fornicemur, sicut qdam ex ipsis fornicati sunt, & ceciderunt vna die viginti tria millia.

Num. 25.

Historia hæc in Numeris est. sic habet Moses: Morabat eo tēpore Israel in Sethim, & fornicatus est populus cum filiabus Moab, quæ vocauerunt eos ad sacrificia sua. At illi comederunt, & adorauerunt deos earū. initiatusq; est Israel Beelphegor. Et iratus dñs, ait ad Mosen: Tolle cunctos principes populi, & suspēde eos cōtra solē in patibulis, vt auertatur furor meus ab Israel. Dixitq; Moses ad iudices Israel: Occidat vnusqsq; pximos suos, q initiati sunt Beelphegor. Et occisi sunt 24. millia hoīm. Hactenus Moses. Iam obseruādum venit, quàm pulchre hæc historia ad Pauli institutum faciat. Non meminit Apl's q Israelitæ comederint de sacrificijs idolorum, sed tm̄ fornicationem ponit, quæ epulas illas sequuta est. Breuiter, ex gulæ vitio multa scelera prodeunt. Principio manducabant de sacrificijs idolorū, sicq; veniebant in familiaritatem cum gentilibus: deinde accendebant illicito adolescentularū amore: postremo libidine victi, maluerunt pace mulierū gentiliū idolo seruire, q̄ contēptis mulieribus ethnicis & idololatris, seruire Deo. & inde tanta clades insequuta est. Quod si Israelitæ primū abstinuissent ab idolothytis, in tm̄ piculum nunq̄ fuissent pcipitati. Iam vide, num Corinthij longe à piculo simili absint. Liberrime certe in idolio recumbunt, & cum gentilibus viris & mulieribus citra discrimen conuersant: facile igitur fieri potest, vt ardore erga mulieres ethnicas accensi, relabantur in idololatriam, quod impune non licebit. Et mihi verisimile fit, tunc temporis qdam Corinthiorum duxisse ethnicas mulieres, cum super hac re Apostolus cap. 7. nōnihil disseruerit. De fornicationis vitio in superioribus satis diximus.

Vide Exodi cap. 34. E.

Necq;

CAP.X.

Neq; tentemus Christum, sicut quidam eorum tentauerunt, & à serpentibus perierunt.

Principio proponemus historiam verbotim, sicut ipsam Moses posteritati cõmendauit. Igitur quæ Moses de hac tentatione, de serpentib⁹ item ignitis scribit, ea ferme hæc sunt: Profecti sunt Israelitæ de monte Hor, per viam quæ ducit ad mare rubrum, vt circũirent terram Edom. Et tædere cœpit populum itineris ac laboris, locutusq́; est contra dñm & Mosen, & ait: Cur eduxisti nos de Aegypto, vt moreremur in solitudine? deest panis, non sunt aquæ, anima nostra nauseat super cibo isto leuissimo. Quamobrẽ misit dñs in populũ ignitos serpentes, ad q̊rum plagas, & mortes plurimorum, venerunt ad Mosen, atq; dixerunt: Peccauimus quia locuti sumus contra dñm & te. ora, vt tollat à nobis serpentes. Orauit Moses pro populo, & locutus est dñs ad eum, dicens: Fac serpentem æneum, & pone eum pro signo. qui pcussus adspexerit eum, viuet. Fecit ergo Moses serpentẽ æneum, & posuit eum pro signo. Quem cum percussi adspicerent, sanabant. Hactenus Moses. Non possum hic p̃terire silentio, quod apud Sapientẽ de hac historia legimus. Cum illis, inquit, superuenit sæua bestiarum ira, morsibus peruersorum colubrorum exterminabant. Sed non in perpetuũ ira tua permansit, sed ad correptionem in breui turbati sunt, signum habentes salutis ad cõmemorationem mandati legis tuæ. Qui enim conuersus est, non per hoc quod videbat, sanabatur, sed per te oĩm saluatorem. In hoc aũt ostendisti inimicis tuis, quia tu es qui liberas ab omni malo. Illos enim locustarum & muscarum occiderunt morsus, & non est inuenta sanitas illorum animæ, quia digni erãt ab huiuscemodi exterminari. Filios aũt tuos, nec draconum nec venenatorum vicerunt dentes. Misericordia enim tua adueniẽs, sanabat illos &c. Iam mentẽ Apostoli videbim⁹, hoc est, qua ratione huiusmodi historiam adduxerit. Neq;, inquit, tentemus Chrm̃, sicut q̃dam eorum tentauerũt, & à serpentibus p̃ierunt. Quomodo tentauerũt illi Deum? Audi obsecro, & statim intelliges. In superioribus cum de Manna tractabamus,

Num. 21.

Sap. 16.

accepiſtis, q̊modo populus murmurauerint contra Moſen
Exo.16. & Aaron in ſolitudine: Vtinam, inquiũt, mortui eſſemus per manum dñi in Aegypto, qñ ſedebam⁹ ſuper ollas carnium, & comedebam⁹ panẽ in ſaturitate &c. Dedit ergo eis dñs panem mirabiliter & ſupernaturaliter, quod manna vocabant Iſraelitæ. poſt cum murmurarent de defectu aquæ, rurſus miro q̊dam modo illos potauit, aquam de ſolidiſſima petra adducens. His ergo miraculis aſſueti Iudæi, rurſus murmurant contra dñm ac Moſen, tentantes num iterũ, ſicut antea, ipſos alio mirabili cibo paſcere velit. propterea, inquiũt: Deeſt panis, nõ ſunt aquæ, anima noſtra nauſeat ſuper cibo iſto leuiſſimo. Verũ quid tentatorib⁹ illis euenerit, accepimus. Iam collatio Pauli in hoc eſt. Conſueto cibo cum non eſſent contenti Iudæi, ſed alios peterent: grauiter vexati à ſerpentibus, perierunt. Iam Corinthij & ipſi nõ ſunt contẽti cõmunibus epulis, ſed nulla fame coacti, etiã carnes immolaticias comedũt. quid igitur ipſis expectandũ venit, q̃ miſera & dira afflictio? Hæc non minus ad nos pertinẽt, q̃ ad Corinthios. Nunquid non tales voces quotidie audimus: Anima noſtra nauſeat ſuper cibo iſto leuiſſimo: Malumus oẽm eccleſiæ ordinem turbatum, q̃ aliquot dies à carnibus abſtinere? Sed de hoc negocio, non ita multo poſt. Pauli mẽtem, quod q̄dem hanc hiſtoriam adtinet, accepimus. Pœnam tñ memorat Apl's, ad maiorem terrorem Corinthijs incutiendũ. remedium ænei ſerpentis filet, & continẽter aliam hiſtoriam ſubnectit, ingens;

Neq; murmuraueritis, ſicut q̄dam eorum murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore.

Iam ſæpe murmurauerũt Iſraelitæ cõtra dñm ac Moſen, vt quaſi difficile ſit ſcire, quam hiſtoriam Apl'us velit. Sũt tñ duo loci in Numeris, qui ad noſtrum, immo ad Pauli, inſtitutum maxime faciunt. Primus dicit, q͏ populus Iſrael tam diuerſa audiens dici de terra promiſſa, vociferatus ſit & fleuerit nocte illa, & murmurati ſunt contra Moſen & Aaron, dicentes: Vtinam mortui eſſemus in Aegypto, & non in vaſta hac ſolitudine. Vtinam p̄eamus, & nõ inducat nos dñs in terram

CAP. X.

ram iſtam, ne cadamus gladio, & vxores ac liberi noſtri ducant captiui. Nonne melius eſt reuerti in Aegyptum? Dixerũtq; alter ad alterũ: Cõſtituamus nobis ducẽ, & reuertamur in Aegyptum. Hoc murmur tam male habuit Dñm, vt diceret ad Moſen: Vſqueq̃ detrahet mihi populus iſte? Quouſq; non credent mihi in oĩbus ſignis quæ feci coram eis? Feriam igitur eos peſtilentia atq; conſumam &c. Et poſt interceſſionem Moſis, ait rurſum dominus: Viuo ego, dicit dominus, ſicut locuti eſtis audiente me, ſic faciam vobis. In ſolitudine hac iacebunt cadauera veſtra. Omnes quotquot numerati eſtis à viginti annis & ſupra, & murmuraſtis contra me, non intrabitis in terram ſuper quam leuaui manum meam, vt habitare vos facerem, p̃ter Caleb & Ioſue &c. Alter locus oſtendit, q̄ & Leuitæ & populus murmurati ſint contra Moſen & Aaron: & primum perierunt 255. viri, exceptis mulieribus & liberis, deinde 14. millia & ſeptingẽti &c. Breuiter, parum refert de quo tandem murmure Paulus loquatur: ſuffecerit nobis ſcire, quomodo hoc ad Pauli negocium adtineat. Mens Pauli in hoc eſt, vt velit dicere: Scio quidem vos ægre laturos, q̄ tam multa adduxerim aduerſus veſtram infrenatam libertatem, aduerſus inſatiabilem veſtram gulam. Sic enim & populus ille iniquo ferebat animo, quando à Moſe vel Aarone corripiebantur. Sed quemadmodum illi non impune ferebant ſuas murmurationes, delationes & calumnias, ſic nec vobis, o Corinthij, licebit impune meam proſcindere famam. Proinde ne obmurmuretis Chriſto, Chriſtiq; miniſtris, quemadmodum quidam illorum Deo ac Moſi obmurmurauerunt, & perierunt miſerrime. Hæc pro ſententia Apoſtoli. Vix enim populus ſolet magis iritari, quàm ſi cupiditati & gulæ illius, Verbi præcones inſtituunt frena inijcere: quod qdem exemplis declararem, niſi hoc ipſum totus mundus clamaret. Qualia em̃ quotidie murmura audimus à diuitibus, à pauperibus, à ſanis, ab ægrotis? Sed nolo hoc mare altius ingredi. Ad Apoſtolum itaq; reuertamur.

Num. 14.

Num. 16.

Hæc autem omnia, in figura contingebant illis: ſcri-

ſcripta ſunt autem ad correptionem noſtrã, in quos fines ſeculorum deuenerunt.

Hæc rurſus addit Apoſtolus, poſt enumeratas veterum hiſtorias, ne Corinthij obijcerent, omnia illa vera quidem eſſe, ſed ad ſe nihil pertinere. Pro vtilitate enim noſtra geſta ſunt, vt ſi terrore horum in Dei timore mãſerimus, gloriam illis promiſſam accipiamus: ſi quo minus, geminabitur nobis pœna illorum, quemadmodum & ſuprà admonuimus. Non eſt enim ambiguum, illos peccantes plus ſubijciendos tormentis, quibus peccantium pœnæ ad hoc relatæ ſunt, ne
Luc.12. peccarent. Ad hoc pertinet quod Chriſtus dicit: Seruus ſciens voluntatem domini, & non faciens, plagis vapulabit multis. Et celebris ſententia eſt: Fœlix quem faciunt aliena pericula cautum. Illis fortaſſis non ita perſuaſum erat, Deum tam grauiter offendi, ſi quis delectaretur cibis ſelectis, aut ſi quis contra prępoſitum ſuum murmuraret: & ideo ſibi non cauerunt ab illiuſmodi ſceleribus. Poſtquam autem ad nos relatum eſt, q̃ grauiter illos afflixerit Deus, non poſſumus dubitare de domini offenſa. Dicit ergo Apoſtolus: Hæc quidem quæ enumerauimus, acciderunt priſcis illis: verum quicquid illis accidit, non temere accidit, ſed magis ad exhibendum exemplar, quid nobis ſequendum ſit aut fugiendum, qui in hanc vltimam ætatem mundi incidimus. Illi, quoniam ad luxum, ad idololatriam, ad turpes luſus, ad ſcortationem, atq; ad alios morbos, quos hauſerant ex Aegyptiorum contubernio, redibant, exciderunt à gratia Dei: nec profuit exemptos fuiſſe, quia non reſponderunt Dei beneficijs. Quin hodie nullum hominum genus, longius reiectum eſt à Deo, quàm Iudæorum. Nobis, quo pluribus Dei beneficijs ad innocentiam prouocati ſumus, hoc magis eſt metuẽdũ, ne grauiſſimas pœnas demus Chr̃o, ſi p̱ baptiſmũ ſemel elapſi ab Aegypto, ſub titulo Chr̃i, mores obtineamus Aegypto, non Chr̃o, dignos.
Obſer. Hæc ſententia Pauli eſt. Obſeruãdum igitur, quomodo Apoſtolus nõ cõtentus fuit ſcribere, Scripta ſunt ad correptionẽ noſtrã: ſed addit, In quos fines ſeculorum deuenerunt: vt Co-

rin-

rinthij, vel timore extremi iudicij, incipiant tandem sapere. Recordare nouissima tua, ait Sapiens, & in æternum non peccabis. Obseruãdum deinde, ꝙ locus hic multum facit aduersus illos, qui nusquã non obstrepunt concionatoribus: Quid ad nos Moyses? Quid ad nos Iudæi? Quid nobis Corinthios obijcis? Respondeo cum Apostolo, Scripta sunt ad correptionem nostram, in quos fines seculorum deuenerunt. Eccl.7.

Itaq; qui se existimat stare, videat ne cadat. Tentatio vos non appræhendat, nisi humana.

Quoniã igitur Dñs tam grauiter afflixit Israelitas, inquit Apostolus, post innumera beneficia accepta, & quoniam hęc scripta sunt ad correptionẽ nostrã: q se existimat stare, videat ne cadat. Nemo in medijs tenebris sibi promittat lucem. Nemo morti proxim⁹, sibi polliceat merã incolumitatem. Vos Corinthij nondũ ad portũ venistis, adhuc periculosæ syrtes vobis præterlegendæ sunt. Nemo igit existimet se stare, hoc est, tutum esse, & ab omni periculo immunẽ, cum difficilis lapsus nõ sit à tuto in extremũ etiã periculum. Vos igitur Corinthij sitis prudentes, ambulate caute, ne cum Iudæis in similia cadentes scelera, similem etiã afflictionẽ sentiatis. Vos quidem vobismetipsis egregie placetis, neq; timetis vos olim in idololatriã casuros: sed ego admoneo, vt qui se existimat stare, videat ne cadat. Vos nõ vere statis, sed existimatis vos stare, cum magis ad ꝑcipitium inclinamini, q̃ solidi stetis. Si eousq; peruenistis, vt iam nõ pudeat vos immolaticijs vesci, etiam neglecta proximoꝝ salute: q̃ longe, rogo, abest, vt etiam ipsis idolis immoletis? Admoneo igitur & occino: Qui se existimat stare, videat ne cadat. Vtilis profecto admonitio, quã in cordibus nr̃is nos ꝑpetuo cogitare oporteret. Egregie em̃ de nobis solemus sentire. nõ recordamur tristium in tempore lætitiæ, in sanitate morbum nõ cogitamus. Alios videntes peccare, nobis à simili peccato non timemus. Facit & hic locus Pauli plurimũ, ad terrẽdum temerarios iudices, ad quos & in Galatis loqtur: Si præoccupatus fuerit homo in aliq̃ delicto, vos qui spiritales estis, huiusmodi instruite in spũ lenita- Gal.6.

y tis,

tis, consideràs temetipsum, ne & tu tenteris. Sed qd est quod Apostolus subiungit, Tentatio vos non apprehendat, nisi humana? Si veterũ more legimus, Tentatio vos nõ apprehẽdit, (in preterito scilicet) facilis erit interpretatio. Cum enim Apostolus dixerit, Qui se existimat stare, videat ne cadat: nimirũ volens illos premonere & adhortari, vt principijs obstarent, hoc est, vt ab immolaticijs carnibus abstinerent, ne pedetentim ad maiora scelera labant: potuissent ergo Corinthij obijcere Aplo, sua illis admonitiõe nõ opus esse, nec aliquod timendum periculũ, seq; fortiores esse q̃ vt sic velint desipere. Addit ergo Apls: Verũ qdem est, inquit, q hactenus Christũ non abnegastis: sed in causa est, q sola humana, hoc est, leuis tentatio tãtum vos appræhẽdit. Quod si leui solum tentatione huc recidistis, vt malitis fratrẽ offendere, q̃ frustulo carnis abstinere: qd boni sperandum, si grauior aliqua tentatio ingruerit? Si tantum vos capit humana societas & amicitia gentilium, vt offenso Deo, offenso proximo, immolaticijs vescamini, quomodo pro Christo vitam vestrã exponetis? His iam addit pulcherrimam sententiam.

Fidelis autem Deus est, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis: sed faciet etiam cum tentatione prouentum, vt possitis sustinere.

Hactenus qdem vos Corinthij nõ relapsi estis ad idololatriam, neq; abnegastis Chrm, inquit: sed hoc nõ vestræ scientiæ est, sed Dei misericordiæ, qua hactenus seruati estis: neq; dubito, quin & in posterũ vos custodiet, ne peccatis. Fidelis est enim Deus, & nõ patiet vos tẽtari supra id quod potestis, & faciet cum tẽtatione prouẽtum, vt possitis ferre. Satanæ quidem artes tam variæ sunt, & eius inuidia tam magna erga homines, vt si in sua potestate omnia forent, cũctos pderet. sed Deus qui hominẽ tentari permittit, sic cohibet tentatoris furorem, & sic impartit grãm tentato, vt possit vincere tẽtatorem. Quàm nulla enim sit diaboli potestas, tum historia Iob, tum etiam porcorũ in mare præcipitatorũ, declarat. Quod si vita & mors patiẽtissimi Iobi in potestate satanæ fuisset, lon-

Iob ca. 1 &c.
Matt. 8.

ge

ge aliter bonum virum pessimus ille tractasset. Sed fidelis est Deus, qui non patietur nos tentari supra id quod possumus. Succurrit iam, quod apud Lucam legimus Christum Petro dixisse: Simon, ecce satanas expetiuit vos, vt cribraret sicut triticum. ego autem rogaui pro te, ne deficiat fides tua. Audis satanam bonis viris maxime infensum. Sed consolatur nos fidelis Deus, qui tentationes nostras modificare nouit. Huc pertinet, quod ad Hebræos Apostolus noster scripsit: Non enim habemus pontificem qui non possit compati infirmitatibus nostris, tentatũ aũt p oĩa pro similitudine absq; peccato. Et rursum: In eo eñ, in quo passus est ipse & tentatus, potens est & eis qui tentantur, auxiliari.

Luc. 22

Huc pertinet locus Matth. 24. Nisi breuiati fuerint, &c.

Heb. 4.

Heb. 2

Propter quod charissimi mihi, fugite ab idolorum cultura. Vt prudentibus loquor. vos ipsi iudicate quod dico.

Pulcherrima sunt hæc, magnoq; verborum pondere dicta. Expẽdamus singula: Propter q̃d, inquit, charissimi mihi, fugite ab idololatria. Quoniã, inquit, ipsi & nouistis antea, quàm grauiter dominus Iudæos ob idololatriam afflixerit, & iam rursus à me audistis, gulam Iudæis occasionem idololatriæ fuisse, Fugite ab idolorum cultura: Nolo quicq̃ cõmercij cum idolorum cultoribus habeatis. Nolo in illorum templis vel verse mini vel comedatis. Fugiendum est inde, q̃a oĩs mora hic habet periculum. Iam audi prudentiam Apostoli in scribendo: Antea docuit abstinendum ab immolatitijs ne scandalizarentur alij infirmi fratres. Iam docet, etiamsi nullum subesset periculũ, tamen fugiendũ & vitandũ esse, quoniam idolorum cultura est, à qua longe esse decet Christianos. Deinde ne videretur cõtemnere Corinthios, vel ex odio hæc exaggerare, Charissimos fratres appellat. Et statim subdit: Vt prudẽtibus loquor. vos ipsi iudicate q̃d dico. Nõ tam stulti estis, vult dicere, vt necessarium sit, rem meam multis demonstrationibus certã reddere. vt prudentibus loquor, & loquor ea quæ etiã vos, in quos dicũtur, non potestis vel negare vel improbare. Iam sequuntur probationes:

Calix benedictionis cui benedicimus, nõne communicatio sanguinis Christi est? & panis quẽ frãgimus, nõne participatio corporis dñi est? Qm̃ vnus panis & vnũ corpus multi sumus, oẽs q de vno pane & de vno calice participamus.

Respicit hic Apostolus ad venerabilissimũ sacramentum corporis & sanguinis dñi nostri Iesu Christi. Argumentum aũt Apostoli in hoc est: Primũ, Qui cõmunibus vescunt epulis, communẽ vidẽtur agnoscere religionẽ. Alterũ, Participatione & cõmunicatione sacramẽtorũ nostrorũ, testamur nos ex multis mẽbris vnũ esse corpus in Christo. Quàm igit absurdum fuerit, vt manus non habeat rationẽ pedis &c. Dicit ergo Apostolus: Calix benedictionis cui benedicimus, nõne cõmunicatio sanguinis Christi est? Hoc est, Calix ille benedictus, quem sumpturi, agnoscimus ineffabilem Chri in nos amorẽ, & gratias agimus, nonne ille cõtinet sanguinẽ Christi, quẽ ille nobis cõmunicat? Quod enim est in calice, vt ait Chrysostomus, id est qd à latere fluxit: & illius sumus participes. Et panis quem frangimus, nõne participatio corporis dñi est? Nõne sub panis specie, vt iuxta ecclesiæ fidẽ loquar, nobis Christus suũ sacratissimũ corpus cõmunicat, qd ineffabilis amoris erga nos argumentũ est? Vt qd igitur neglecto tam benigno dño, ad satanæ idolium currimus? Quæ itẽ insania est, eo ore quo sumis corpus & sanguinẽ Christi, etiam sumere de his quæ dæmonib9 oblata sunt? Pascit nos dñs suo corpore & sanguine sacratiss. vt illi inhæreamus, vt cum illo coniungamur, & simus eius corporis socia mẽbra, cuius ipse vult esse caput. Hoc non sapit concordiã, nec est argumẽtum fraternæ charitatis, ꝙ contempto Christo & Christi mẽbro, dæmoniorũ epulis delectaris. Obserua & cogita quid sibi velit, ꝙ Christus sub panis & vini speciebus, nobis corpus & sanguinẽ suũ dare voluerit. Cogita quare in conspectu nostro, iuxta Psalmistã, nobis pararit mensam aduersus oẽs qui tribulant nos. Vnus panis & vnum corpus multi sumus, ait Apo-

Qui mãducat meã carnẽ etc.

Psal. 22.

Apostolus,omes qui de vno pane & de vno calice participamus. Quicqd hic est,quidqd agitur, quicquid videtur,cõcordiæ symbolũ est,amoris argumentũ est. Chrs nos suo corpore pascit,quo maior non potest esse cõiunctio. In me manet, inqt,& ego in eo. Vna eademq; mẽsa cibamur,quod intimæ familiaritatis argumẽtum est. Vno pane,nimirũ cœlesti,satiamur,vt ex multis vnum fiamus, sicut de patribus nostris dictum est: Erat illis cor vnũ & aĩa vna in Dño. Quod si cõsiderauerimus panis & vini species,& ipsæ mutuæ cuiusdam charitatis nos admonent. Dñs em̃ noster Iesus Christus, corpus & sanguinem suum in eis rebus cõmendauit,quæ ad vnũ aliquid rediguntur ex multis. Nanq; aliud in vnũ ex multis granis,aliud in vnũ ex multis racemis confluit. Ille ergo tanto sanius est membrũ Christi, quanto maiorẽ rationem fratris habet. Et ille vere testat̃ se panẽ Christi comedisse, & poculum Christi potasse, qui ab vnitate Ecclesiæ ne latũ quidẽ vnguẽ discesserit. Magnũ certe huius mensæ,vel huius sacratissimi cõuiuij mysterium est. Vnigenitus siqdem Dei filius carnẽ nostrã assumpsit,& carne sua nos pascit. Frater noster est,& dominus noster est. Membrũ nostrum est, & caput nostrũ est. Ipse in hac mẽsa cõuiua est,hospes est,& cibus est. Sed de hac re in capite sequenti plura nobis restant dicenda. Pauli mentem,vt puto, apuimus. Omnis enim vis in hoc est,vt admoneat eum nõ debere vesci cibis, nisi eius cũ quo familiaritate & charitate velit esse coniũctus. Hinc cõtinenter subiungit:

Ioan.6.

Act.4.

Videte Israel secundum carnem. Nonne qui edũt hostias,participes sunt altaris?

Quis est iste Israel secundum carnem? Nihil aliud hic vult Apostolus,q̃ probare,eos q sacris vescũtur epulis,illorum esse religionis,quibus cum edũt. Iudæi enim dicunt Israelitæ secundum carnẽ, sicut ex epistola ad Romanos doceri potest. Sic ibidem legimus: Nõ qui in manifesto, Iudæus est: neque quæ in manifesto in carne,est circũcisio: sed qui in abscondito, Iudæus est &c. Et rursum: Nõ enim omes q ex Israel sunt, ij sunt Israelitę: neq; q semen sunt Abrahę,omnes filij. Vide- Rom.2. Rom.9.

 te,

te, inquit, Israelem secundũ carnem, Cõsiderate qualis sit sacrificiorũ ratio apud Iudæos, & intelligetis q̃ impium sit vesci immolaticijs carnibus. Nonne qui edũt hostias, participes sunt religionis? Q. d. Vtiq3: Quicunq3 enĩ ex sacrificijs edũt, fatent se agnoscere eum esse Deum, cui sacrificauerint: fatent item cõmunem esse religionem, & ab eo cui immolant, expectant boni largitionem, & mali amolitionem, nec quenq̃ alie-
Gene. 43. næ religionis admittũt ad sacras epulas. Huius rei testimonia multa sunt in scripturis. In Genesi legim⁹, Illicitũ esse Aegyptijs, comedere cum Hebræis, & prophanum putant huiusce-
Exo. 29. modi conuiuiũ. In Exodo ꝓhibetur alienigena vesci de im-
Ioan. 4. molaticijs, Et in euãgelio Ioannis miratur mulier Samaritana Chr̃i modestiã, dicens: Quõ tu Iudæus cum sis, petis à me bibere, quæ sum mulier Samaritana? Nõ enim coutunt Iudæi Samaritanis. Breuiter, non est consuetudinis vt hoĩes diuersę religionis, multam familiaritatem inuicem habeant. Cæterũ quum ita res se habeat, vt nemo de corpore Chr̃i sumat, nisi sit Chr̃ianus: nemo de sacrificijs Iudęorũ edat, nisi sit Iudęus: quid aliud de Corinthiorũ sciolis iudicandũ venit, nisi etiam ipsos esse idololatras, quum idololatris participant? Quæ sequuntur, audiamus.

Quid ergo? dico ꝙ immolatum, sit aliquid? aut ꝙ idolum sit aliquid?

Quod Corinthij Apostolo obijcere poterãt, ipse sibimet obijcit. Cum enim hactenus tam multis rationib⁹ probarit, q̃ impium sit ꝙ Chr̃ianus de gẽtiũ sacrificijs participat, poterant Corinthij obijcere: Quid? nunq̇d caro idolis immolata, non manet q̊d nõ immolata erat? Num sacrificium carni aliquid vel boni vel mali indit? Num hæc alia caro est, q̃ quæ in macello venit? Aut idolum cui offertur, aliquid est? Num statua illa vel argentea vel lapidea, aliq̇d numinis in se habet, q̊d carni immolatæ cõmunicare possit? Ad hæc Apl̃us: Non dico, inquit, ꝙ ea quæ idolis immolant, à cæteris cibis differãt: nec dico statuis illis gentium, aliquid inesse Numinis:

Sed quę gentes immolãt, dæmonijs immolãt, &

non

non Deo. Nolo aũt vos fieri socios dæmoniorꝝ.

Nihil q̄dem est idolum, neq; suapte potestate cuiq̄ vel nocere vel benefacere potest. Nihil differt caro immolata à cæteris carnibus: sed hoc non est persuasum gentilibus, qui vos ad sacras suas epulas inuitant, quibus cum etiam mãducatis. Illi eñ immolant dæmonijs, & non Deo. Neq; enim dij sunt quos illi putant, sed vere dæmonia. Et gẽtiles longe sanctiss. cibum existimant esse qui dæmonijs immolatus fuerit: neque putant vos aliter de suis epulis iudicare, q̄ de epulis à dijs suis sanctificatis. Cum igitur vos nõ lateat mens sinistra & impia gentilium, nolo vos socios fieri dæmonioꝝ. Nolo vt ex his cibis edatis, quos manifeste scitis dæmonijs esse immolatos. Inuenimus q abhorrent à cibis furto sublatis, qui abhorrẽt à cibis latronum: & quis non abhorreat à cibis, quos nouerit dæmoni oblatos & appropriatos? Sed quid ego hic loquor? Quoties audimus inter eos qui Chr̃iano censent noĩe, qui & opes & sanitatem, & vindictæ occasionẽ, vel à dæmone non dubitant postulare? Quot sæpenumero audimus, qui aliquid furto cum amiserint, statim diuinos, magos vel ariolos quærunt? Ad hos certe etiam pertinet Pauli sermo, dicentis: Nolo vos fieri socios dæmonioꝝ. Allusit Ap̃ls superiori sententia ad verba Mosis, quæ sic habent: Dereliquit Deum factorem suum, & recessit à Deo salutari suo. Prouocauerunt eum in dijs alienis, & in abominationibus suis ad iracundiã concitauerunt: Immolauerunt dæmonijs, & non Deo, dijs q̊s ignorabãt &c. Et pulchre cũ verbis Mosis, conueniũt q̄ sequunt: Deut. 32.

Non potestis calicem domini bibere & calicem dæmoniorum. non potestis mensæ domini participes esse & mensæ dæmoniorum. An æmulamur dominum? Nunquid fortiores illo sumus?

In Euangelio legimus, Quia nemo potest duobus dominis seruire, quod veritas ipsa dixit. Non enim vlla est cõuentio Christi cum Belial, sicut nec luci cum tenebris. Non potest itaq; fieri, vt qui satanæ ministris se familiarẽ facit, Chr̃o Matth. 7. 2. Cor. 6.

pla-

placeat: aut qui Christo seruit, non maxime abominet satanæ collegia. Proinde Paulus hic dicit: Non potestis calicem dñi bibere & calicem dæmoniorum, Non potestis mensæ dñi participes esse & mensæ dæmoniorum. Aut nega Christum, & addicito temetipsum diabolo: aut abnega hunc, & adhęre Chri-
Exo 20. sto. Dñs, iuxta scripturas, zelotes est, non patitur alienos deos corã se. Non acceptat partem hoĩs, sed vult teipsum quãtusq̃ntus es ꝓpriũ habere, & sic habere, vt ames quod ille amat, & odias quod ille odit. Proinde si tibi placet mensa dæmoniorum, habeto tibi tuos dæmones, & finito pijs suum Chr̃m. Delectare tu carnibus immolaticijs? nos delectamur carne & sanguine Christi. Addit deinde Apl'us: An ne dñm prouocamus? An ne fortiores illo sumus? Nunq̃d dedita opera faciemus quod ille prohibuit, in quo & ille iritatur? Num illo fortiores sumus, vt iritati dñi non metuamus vltionem? Sed ve-
Mat. 10. stris moribus grauissime offenditur Deus, & potens est corpus & animã simul mittere in gehennam.

Omnia mihi licent, sed non omnia expediũt: oĩa mihi licent, sed non omnia ædificant. Nemo quod suum est quærat, sed quod alterius.

Et in superiorib⁹ hanc Pauli sententiã audiuimus, paucis igitur absoluenda est. Quod Apl's hic dicit, Oĩa mihi licẽt, non simpliciter intelligẽdũ est, sed tñ q̃ntum ad hoc negocium spectat. Quõ enim oĩa licẽt Apl'o, quum tam multa prohibita sint mandato diuino? Hæc dicunt licita, quæ nullo diuino p̃cepto sunt vetita. Nullum aũt maius p̃ceptum est charitatis p̃cepto, iuxta quod alia oĩa metienda atq; interpretanda sunt. Porro, sicut & in superioribus admonuimus, Apl'us instituit Corinthios cohibere, ne immoderatius sua vtantur libertate, cum charitas Chr̃iana dictet fratrem fratris gratia aliq̃n de suo iure debere cedere, sicut etiam iam dixit: Nemo quod suum est quærat, sed quod alterius. Inquit ergo: Oĩa (intellige quæ alijs licita sunt) mihi licent, sed non oĩa expediunt, intellige mihi, si licitis semp velim vti. Oĩa mihi licent, sed non oĩa ædificant, hoc est, fratri meo non prosunt. Sic ergo

go Apostolus se exemplũ proponit, vt Corinthij suæ libertati, exẽplo Apostoli, frenos imponãt, magisq́ꝫ considerent q̃d sibi expediat, quidve alios ędificet, q̃ quid sit licitum, hoc est, non vetitum. Quod si obtemperare iam voluerint Corinthij, facile abstinebũt ab idolothytis. Quur em̃ manducẽt hoc, q̃d sibimetipsis non solum non expedit, sed etiam maxime & sibi & alijs nocet? Nocet certe manducanti, quia socius fit dæmonioꝝ, & nocet proximo qui scandalizatur, vidẽs Christianũ fratrem mensæ dæmoniorum participem esse. Corinthij itaqꝫ non abstinentes à sacris dæmonum epulis, nõ quærunt quæ sua sunt, nec quærũt quæ aliorum: immo, sicut iam diximus, & se & alios perdunt, quod vnicum illos deberet ab idolio arcere.

Omne quod in macello venit, manducate, nihil interrogantes propter conscientiam. Domini est terra & plenitudo eius.

Cum dixisset impossibile esse, calicem dñi bibere & calicem dæmonioꝝ, & omnino ab illoꝝ mẽsis Corinthios auertisset, & à Iudæoꝝ exemplis, & humanis rationibus, horrendis mysterijs, ab his item quæ in idolis facta sunt, & multam eis incussisset formidinẽ, ne eius gratia in aliũ errorẽ iteꝝ impelleret, dixit q̃d legimus: Omne q̃d in macello venit, mãducate. Poterant em̃ quidã Corinthiorum Apostolo obijcere: Quid? nunquid q̃d intrat in os, cõmunicat hoĩem? Nunquid non oĩs creatura Dei bona est, & nihil reijciendũ q̃d cũ gratiarumactione sumitur? Nunq̃d nouũ nobis instituẽs Iudaismum, faciẽdo discrimen inter cibos mundos & immũdos? Quid si in macello vẽditur, q̃d me ignorãte immolatũ fuerat dæmonijs? Respõdet itaqꝫ Aplus: Oĩe q̃d in macello venit, mãducate: Nullũ hic facio delectũ, nec ciboꝝ gr̃a graue onus legis vobis imponere volo. Omne quod in loco solito vẽditur, mãducate, nihil interrogãtes propter conscientiã. Quid hoc est, nihil interrogãtes propter conscientiã? Hoc est, empturus carnẽ in macello, noli inq̃rere, immolata ne sit an nõ: sed simpliciter eme & manduca, & sic nihil oberit. Quod si

Matth.15.
1.Tim.5
Obser.

multis interrogare volueris, lanio existimabit te nōnihil tribuere idolis, sicq́ꝫ in sua idololatria perseuerabit. Aut si lanio Christianus fuerit, tua interrogatiõe scādalizabit. Adde q̄ si nescius comederis idolothyta, nihil nocebūt: si aūt sciēs, reus eris supplicij. Præstat itaqꝫ nihil interrogare, q̄ interrogādo ansam offendiculo dare. Porro versus Psalmi probat, nihil ꝑ se immundū esse, cū dn̄s oīa creauerit bona. Dn̄i, inqt, est terra & plenitudo eius. Quod si terra Dei est, & terræ fructus & greges & armēta Dei sunt, nō dæmonis, vt nō possit, etiā si velit, immūda reddere. Ab animis orit̃ impuritas, nō à cibis.

Psal. 23.

Si quis vocat vos infidelium ad cœnā, & vultis ire, omne q̊d vobis aponit̃, māducate, nihil interrogātes propter cōscientiā. Si quis aūt dixerit, Hoc immolatum est idolis, nolite manducare propter illum qui indicauit, & propter conscientiam. cōscientiam aūt dico, non tuam, sed alterius.

Negocium hoc Pauli, multos sinus, vt ita dicā, multasq́ꝫ quæstiones habet. Primo igit̃ Apl'us docuit, eū non vere dici Christianū, q non dubitat in idolio recumbere, & ex idolothytis māducare. Secūdo iam docuit, eū nō impie agere, qui etiam ex idolothytis māducet domi suæ, modo nescius hoc ipsum fecerit. Reliquum iam est, vt doceat Apostolus, quid faciundum Christianis in reliquis gētilium conuiuijs, si modo vocati fuerint. Neqꝫ em̄ dubito, quin non solū ad sacras epulas, sed etiā ad priuata conuiuia gentiliū, Christiani fuerint inuitati. Ad hāc quæstionē igitur sic respōdet Apl'us, dicēs: Si qs infideliū vos vocat in ædes suas, & si vultis ire, om̄e q̊d vobis apponitur, edite &c. Primū quidē liberæ sinit Corinthijs, vt vel eant, vel nō eant ad gentiliū cōuiuia. Potest em̄ fieri, vt fidelis hac humanitate infidelē ad Christū cōuertat. Deinde admonet Christianū, vt edat citra delectū ex ijs quæ apponuntur, nihilq́ꝫ interroget, scilicet nū idolothytū sit vel non, propter conscientiam. Tu em̄ nosti q̄ idolum nihil est, &

& idolothytũ nihil est. Quod si interrogares, quicqd ille hospes responderet, siue tu ederes, siue abstineres, vtrunq; piculosum foret. Ede ergo, nec cures quales ille apponat epulas. Hæc altera pars q̃stionis est. Idem em̃ faciendũ est in alienis ædibus, quod in proprijs: hoc est, si ignorans & nescius idolothytis vesceris, citra piaculum feceris. Tertia pars q̃stionis est, quæ sequit: Quid si hospes meus gẽtilis admoneret idolothytum esse, quod appositum est, quid tum mihi faciundum erit? Respondet Paulus: Si quis dixerit, Hoc immolatum est idolis, nolite manducare, propter illum qui indicauit, & propter conscientiã. Conscientiã aũt dico non tuam, sed alterius. Apertũ est quid velit. Cum enim hospes infidelis est, certe vim q̃ndam ac gratiam p̃cipuam ei cibo inesse credit, & periculum est, ne hic secum cogitet vel te amicum esse religionis falsæ, vel dicat apud se: Si tm̃ improbaret idololatriam Deus Chr̃ianorum, profecto Chr̃iani abhorrerẽt ab immolaticijs &c. Aut forsan cogitabit, Quantũuis abominant deos nr̃os Chr̃iani, tñ non abhorrent ab immolaticijs carnibus. sicq; gẽtiles cõfirmant, & q̃si idololatr ę suæ callũ, q̃d dr̃, obducũt.

Vt quid enim libertas mea iudicatur ab †alia conscientia? Si ego cum gratia participo, quid blasphemor pro eo q gratias ago? †aliena

Obscura hæc sunt, cum Apl̃us varias personas subinde soleat induere. Mihi porro vident hæ duæ sententiæ pertinere ad hoc, q suprà dixerit nihil referre, si quis nescius idolothytis vescatur. Et fortassis mirum q̃busdam videtur, q edens scienter idolothytum, peccem; & edens nescius idolis esse consecratum, non peccem. Dicit ergo Apl̃s: Vt quid mea libertas iudicatur ab alia cõsciẽtia? Hoc est, Pone me Chr̃ianum cum gentili ijsdem vesci epulis: ille nouit idolothyta esse, & quasi sacras epulas cum veneratione q̃dam edit: ego vero de illo sacrificio nihil habeo cõpertum, & ipse etiã vescor: illi nocet, mihi non plus nocet q̃ vulgatissimus cibus. Quare hoc? Quia quod intrat in os, non coinquinat hoĩem. Et ille sua superstitione vel idololatria nõ potest meos cibos impuros reddere.

Quid enim p̃iudicare debet meæ libertati illius falsum iudicium, illius infecta conscientia? Certe nihil. Igitur cum etiam idolothytis vescor, non est vt quis me accuset, cum ignorãter facio, nec volens de dæmoniorũ mensa participo. Addit deinde Ap̃lus: Si ego cum gratia participo, quid blasphemor p̃ eo q̃ gratias ago? Alij fortassis nouerunt, vult dicere, q̃ ego immolaticijs vescor, & me quasi idololatram blasphemant, quid vero mihi de hac blasphemia? Ego, quod Christus docuit, cum gr̃arum actione creaturas Dei manduco: nihil immundũ, quod Deus creauit, iudico: satanæ eiusq́; pompis abrenuncio: propterea non curo hoĩm sinistra iudicia, cum me mea soletur & tueatur innocentia. Sequitur:

Siue ergo manducatis, siue bibitis, vel aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite. Sine offensione estote Iudæis & gentibus & ecclesiæ Dei, sicut ego per omnia omnibus placeo, non quærens quod mihi vtile est, sed quod multis, vt salui fiant.

Iam tandẽ finit Ap̃lus seriam illam de idolothytis disputationem, & iubet oĩa in gloriam Dei, & proximi cõmodum
Matt.22. facere. Diliges dñm Deum tuum ex toto corde tuo &c. & p̃ximum sicut teipsum, ait Chr̃s, & adiungit: In his duob' mandatis pendet vniuersa lex & prophetæ. Ad hæc igitur referenda sunt oĩa, etiam admonitore Paulo. Apertum est q̃d dicit: Siue manducatis, siue bibitis, vel aliud quid agitis, oĩa in gloriam Dei facite. Canon hic certissimus est, vt vitam & mores
Esa.52. nostros sic instituamus, ne nomen Dei propter nos male au-
Rom.2. diat. Male aũt audiet, si nostri mores gentiliũ etiam impuritatem superant. Gloria patris est filius sapiens. Gloria regis bo-
Pro.15 nus populus. Sic gloria Dei est, si vocationi nostræ responderimus. Altera sentẽtia ad dilectionem proximi pertinet, cum ait: Sine offensione estote Iudæis & gentibus & ecclesiæ Dei. Nemini p̃beatis, inq̃t offendiculum, cuiuscunq; tandẽ ille sit religiõis. Offendunt aũt Iudæi, cum idola quæ illi abominantur, Chr̃ianum qui se dicit legẽ & prophetas accipere, videns

non

non horrere. Gẽtiles vere offendunt, si in eo in quo sunt, non solũ non arguunt, sed etiam complices & socios habent idololatriæ. Sic ergo Iudæi respuunt Chr̃ianismũ, propter societatem quam Chr̃iani habent cum gẽtilibus, & propter eandem societatem gentes in sua idololatria confirmant. Ecclesiæ porro Dei fit offendiculum, qñ infirmiores scioloꝝ imitantur exemplũ, vulnerata tñ conscientia. Hæc aũt oĩa euitari possunt, si illi abstinuerint ab immolaticijs carnibus. Cæterum ne quis clamet Paulum impossibilia pcipere, se in exemplum proponit, dicẽs: Nemini sitis offendiculo, sed om̃ibus placere, sicut & ego oĩbus per oĩa placeo, non q̃rens quod mihi vtile est, sed quod multis. Hoc certe est, oĩa in gloriam Dei facere &c. Dixerat & suprà: Om̃ia fact⁹ sum oĩbus, vt plures lucrifacerem. In hoc pẽdet lex & prophetæ, cum homo non sua quærit, sed quod multis est vtile. Est item verus genius filiorum Dei, velle oĩbus prodesse. Obseruandũ hic quõ hoĩb⁹ placendũ sit, nimiꝝ vt salui fiant, non vt peant. Hoc adulatorum est, illud bonoꝝ viroꝝ. De proximo loquit Apl̃s: Si adhuc, inquit, hoĩbus placerem, Chr̃i seruus nõ essem. Et in Esaia populus tales adulatores petit, dicẽs: Loquimini nobis placentia. De illo ergo sonant verba Pauli, cum homo sic placere studet proximo, vt tñ interim nec seipsum nec alios pdat. Et tm̃ de immolaticijs carnib⁹. Iam anteq̃ ad proximũ respiciamus caput, nonnulla addã quæ huic negocio pulchre conueniunt. Quod enim hic Apl̃s dixit de idolothytis, proxime ad nos non pertinet, cum illoꝝ vsus nostro seculo non visus sit. De hoc aũt iam inter multos cõtrouertit, num inter Christianos debeat aliquis esse ciboꝝ delectus. Qui catholicam se quunt ecclesiam, affirmant & posse, & debere. Aduersa pars, doctrinam de delectu ciboꝝ, doctrinam dæmonioꝝ vocat. Quid porro sentiendũ sit super hac re, pie & candide disputabimus. Quo aũt ordine rem docebimus, accipite. Partiemur oĩa tempora vsq; ad nostrã ætatem, in 4. circulos siue stat⁹, q̃d & in disputatione de matrimonio fecimus. Hoc aũt pbabimus, Nunq̃ licuisse hoĩbus pijs citra delectum quibuslibet vesci cibis. In mundi siquidẽ exordio, vt tandẽ ad negocium

Placere quõ qs debeat hoib.
Gal.1.
Esa.30.

De delectu ciborum disputatio.

accedamus, simulatq; hoiem condiderat Deus, statim legem dedit, quæ prohiberet hoiem quibuslibet vesci. Sic enim dñs
Gene.1. Adæ loquit: Ecce dedi vobis oẽm herbam afferentẽ semen super terram, & vniuersa ligna quæ habẽt in semetipsis semen-tem generis sui, vt sit vobis in escam &c. Et rursum: Ex omi
Gene.2. ligno paradisi comede, de ligno aũt scientię boni & mali, ne comedas: In q̃cunq; enim hora comederis ex eo, morte mo-
Innocentia. rieris. Vides quæ homini in cibum concessa, quæ prohibita. Prohibita est arbor illa in medio paradisi, vt abstinendo ab hac, agnosceret homo suum dñm & conditorẽ, agnitum coleret atq; veneraretur. De aĩantibus tam aquatilibus q̃ terrestribus, vel etiã volucribus, nihil concedit in cibum hoĩs. Natura enim paucis contẽta est. Porro Adam & Eua maluerũt satanæ deceptori credere, q̃ Deo liberalissimo cõditori. Manducauerunt enim, ex suggestione diabolici serpẽtis, de ligno vetito: quod q̃ fœliciter illis cesserit, ipsi continuo senserunt,
Lapsus. & iam totus mundus & conquerit & luit. Post p̃uaricationẽ aũt, legimus dñm Adæ dixisse: Quia audisti vocẽ vxoris tuæ,
Gene 3. & comedisti de ligno ex quo p̃ceperam tibi, ne comederes, Maledicta terra in opere tuo: In laborib⁹ comedes ex ea cũctis diebus vitæ tuæ: Spinas & tribulos germinabit tibi, & comedes herbas terrę: In sudore vult⁹ tui vesceris pane tuo &c. Nec adhuc quicq̃ de esu aĩalium p̃mittitur. Sed humanũ genus contentũ fuit his cibis, quos terra vltro gñabat, vsq; ad dies qui proxime sequuti sunt diluuium. Exiccata enim terra, cum omnia rediissent in suum ordinem, dñs Noę & fami-
Diluuium. liæ ipsius loquitur: Om̃es pisces maris, manui vestræ traditi sunt: & omne quod mouetur & viuit, erit vobis in cibum:
Gene.9. Quasi olera virentia tradidi vobis oĩa, excepto q̃ carnẽ cum sanguine non comedetis. Hanc legem seruatam ex sacris literis nouimus vsq; ad Mosen, immo multos annos post Apostolorum tempora, sicut suo loco docebimus. Deinde populo Israelitico ex Aegyptiaca fornace liberato, q̃ multa dñs de
Lex. delectu ciboꝝ p̃ceperit, nemo, qui vel semel Biblia legerit, non nouit. Generalissimũ p̃ceptum erat de non gustãdo sanguine. Item generalissimũ p̃ceptum erat, ne quis gentilib⁹ siue

ue idololatris conuiuaret, maxime aũt ab idolorũ sacrificijs abstinerent: quod etiam Apl'us in hac epistola satis diligenter admonuit. In Leuitico non semel legimus: Om̃is anima quæ ederit sanguinem, peribit de populis suis. Item de aĩalibus mundis & immũdis peculiare caput est in eodem libro. In Exodo: Carnem à bestijs degustatã nõ comedetis. Item: Non coques hœdum in lacte matris suæ. Carnem Deo consecratam & oblatam, non comedat alienigena, Exod. 29. Ex Agno paschali non vescatur nisi circuncisus, Exo. 13. Huiusmodi discrimina & huiusmodi leges innumeras inuenire licet in Mose. Sunt cibi quos edere licet plebi, & non sacerdotibus: sunt rursum, quos edere habent sacerdotes, populo aũt non licet. Est inuenire cibos, quos edere concedit sacerdotibus & horum familiæ. Rursum habet cibos, quos nemo gustare ausit, præter masculos sacerdotalis generis. Postremo, vt hunc circulum breuibus finiam: Quando ingressi fueritis terram, ait Moses, & plantaueritis pomifera ligna, auferetis ꝑputia eorum. Poma quæ germinant, immunda erunt vobis tribus annis, nec edetis ex eis. Quarto oĩs fructus sanctificabitur laudabilis dño. Quinto aũt anno comedetis fructus, cõgregantes poma quæ ꝓferunt &c. Rursum alia lex: Panem & polentã, inquit, & pultes non comedetis ex segete vsq; ad diem qua offeretis ex ea Deo vestro &c. Fastidium fortassis multis hæc quæ recensemus, gñabunt: ideoq; Mosen statim finiemus. Omnis res in hoc sita est, vt ostendã delectum in cibis seruatum om̃i tempore. Huic iam adiungã, ꝙ aliquot Iudæi vltra ꝑscriptas leges aliqñ etiam à concessis & mundis cibis abstinuerint, multum nobis dissimiles, qui tam temere patrum violamus leges. Moses 40. diebus & totidem noctibus neq; panem manducat neq; bibit. Danielem sic audimus dicentem: Ego Daniel lugebam trium hebdomadarũ diebus, panem desiderabilem non comedi, & caro & vinum non introierunt in os meum &c. Quid referam ꝙ q̃dam maluerunt de vita periclitari, q̃ contra leges Dei suillis carnibus vesci? Nota est historia in Machabæis de matre & septem filijs. Cæ-

Leuit. 7.
Leuit. 11.
Exo. 22.
Exo. 23. & 24.
Leuit. 6.
Leuit. 19.
Leuit. 23.
Pij abstinebãt à cõcessis etiã.
Deut. 9.
Daniel. 10.
2. Mach. 7.

terum sufficiat hæc adduxisse pro tempore legis. Siue enim seruauerint Iudæi diuinas leges, siue minus, nos nõ curamus. Satis est, audisse domini super hac re voluntatem. Venimus iam ad tempora nati Christi, in quibus quid nouatum sit super delectu ciborum, non video. Debebant quidem cæremonialia illa Iudæorũ, Christo præsente, tolli: sed Christus maluit illa post mortem suam à discipulis suis tolli, quàm à se in mortali corpore super terram existente. Quod si quis nobis obiecerit Christum in euangelio dixisse, Non quod intrat in os, coinquinat hominem: Respõdebimus syncere, Christum hoc in loco magis de lotione disputasse, quàm de ciborum discrimine. Nulla enim est quæstio de discipulis, ꝙ de cibis in lege vetitis ederint. Sed inquiunt pharisæi: Discipuli tui non lauant manus suas, manducaturi panem. Verum si quis hac in re mihi nolit credere, sed existimat discipulos non seruasse leges de ciborum discrimine, credat vel Petro dicenti: Nunquam manducaui aliquid commune aut immundum. Nota est item repræhensio Petri, à Paulo castigati in Galatis. Proinde aperte fatemur in huiusmodi negocio nihil innouatum, Christo adhuc in terris visibiliter agente. Christo porro in cœlos assumpto, quid statuerint Apostoli Hierosolymis, Lucas non tacuit: Visum est, inquiunt, spirituisancto & nobis, nihil vltrà imponere vobis oneris, quàm hæc necessaria, vt abstineatis vos ab immolatis simulacrorum, & sanguine, & suffocato, & fornicatione: à quibus custodientes vos, bene agetis. Huic concilij decreto à Christianis obtemperatum est ad multos annos, quod certe ex Tertulliano probari potest. Durat & hæc traditio apud Origenem, in caput Matthæi decimumquintum. Quomodo vero cæteris labentibus annis immutatum sit, mihi plane non constat: nec puto Apostolorum fuisse mentem, vt perpetuo Christiani sic abstinerent à sanguine & suffocatis. Nolebant boni Apostoli diuinum & antiquissimũ mutare institutum, & illis temporibus aliquid concessum est Iudæorum importunitati. Porro D. Apostolorum decretis resistebant Iudæi, mordicus sibi vindican-

[Margin notes: Tẽpus nati Christi. — Matth. 15 — Acto. 10. — Galat. 2. — Acto. 15 — Apolog. ca 9. — To. 2. p. 26. — Obser.]

dicantes & retinentes legem Mosis, impiũ rati, discedere à le ge & vesci de vetitis cibis, vel non discernere mundum ab im mundo. Cõtra Iudæos ergo multis in locis disputat Paulus. Huius generis est ꝙ dicit, Om̃ia munda mundis. Et itẽ: Ne qs vos iudicet in cibo aut in potu &c. Rursus ex Chr̃ianis nu per ab Hellenismo ad Chr̃m conuersis, multi citra delectum vescebant̃ quibuslibet, non habẽtes vllam rationẽ fratrũ infir mioꝝ. Manducabãt de immolatis simulacroꝝ, contra quos Paulus proximis capitibus disputauit. Manducabãt item ex ijs cibis, q̊s Iudęi sana cõscientia mãducare nondũ poterant, siue scandalizarent̃ Iudęi, siue Chr̃iani. Aduersus tales etiam Apostolus disputat ꝓximis capitibus, sed longe pulchrius in Romanis, vbi inqt: Scio & cõfido in dño Iesu, quia nihil com mune ꝑ ipsum, nisi ei q existimat qd cõmune esse, illi cõmune est. Si enim ꝓpter cibum frater tuus contristat̃, iam nõ secun dum charitatẽ ambulas. Noli cibo tuo illum ꝑdere, pro quo Chr̃s mortu⁹ est &c. in hanc sentẽtiam: Oĩa quidẽ sunt mun da, inquit, sed malum est homini q per offendiculum mandu cat &c. Et in nr̃a Epl̃a audiuim⁹ Apl̃m dixisse: Si esca scãda lizet fratrẽ meũ, nõ mãducabo carnẽ in æternũ. Quicqd igit̃ huiusmodi apud Paulum legit̃, vel contra Iudæos est, qui pu tant legi in oĩbus iuxta literã satisfaciendũ: vel contra Chri stianos, q tum libertate sua contra charitatẽ proximi liberi us q̃ par est, vtebant̃. Supest adhuc, vt dicamus de duplici ge nere eoꝝ, q de qbusdam cibis nunq̃ edũt, & eoꝝ qui ad tem pus aliquod certũ vel edunt, vel nõ edunt. Fuere nonnulli hæ retici (de philosophis qbusdam nihil dicam) male feriati ho mines, q in totum abstinebãt à quibusdã cibis, tanq̃ malis, & à malis dæmonijs creatis. Contra hos etiam D. Apl̃s disputat in Epl̃a ad Timotheũ priore, dicens: Spũs autẽ manifeste di cit, qa in nouissimis tẽporibus discedent quidã à fide, attẽden tes spiritibus erroris & doctrinis dæmonioꝝ, in hypocrisi lo quentiũ mendaciũ, & cauteriatã habentiũ suam conscientiã, prohibentiũ nubere, abstinere à cibis quos Deus creauit &c. & addit: Om̃is creatura Dei bona est, & nihil reijciẽdum q̊d cum gratiaꝝ actione percipit̃. Hic locus profecto contra ec-

CAP. X.

Iudæi

Titi 1.

Col. 2.

Neophyti

Rom. 14.

1. Co. 8.

Ieiunãtes à ci bis licitis.

Hæretici

Vide Aug. cõ tra Faustũ lib. 16. ca. 31. quid Manichæi sen serint de cibis quibusdam.

1 Tim. 4.

clesiæ sanctiones ne verbo q̄dem militat, qcquid tandē pseudopropheṭę q̄dam blaterent. Quis vnquā audiuit aliquem cibum ab ecclesia vitupari, tanquā nō Dei creaturā? Aut quando vnquā ecclesia docuit reijciendū aliquem cibum, tāquam id q̄d impium per se reddat hominē? Præscribit quidem Ecclesia, q̄bus cibis quo tēpore vtendum sit: sed nō eo animo, q̄ Manichæus vel Tacianus. Abstinet autē eo animo, q̄ Moses, quo Daniel, q̄ Timotheus & reliq boni viri. Nec est vnica litera, immo ne syllaba quidem, quæ pium Ecclesiæ institutū vel obtenebrare possit. Porro si q̄s rationē quærat Quadragesimalis ieiunij, vel aliorū dierum q̄bus populus Chrianus ieiunare, vel à certis cibis abstinere consueuerit, breuiter & vere dicimus, illa fere oīa ab Aplorum temporibus ad nostra tempora sic per manus tradita. Hoc tamē dicimus, ne q̄s suggillandi occasionē rapiat ex iam dictis, non semp fuisse eosdem ritus in oībus Chrianorũ regionibus, sicut nec nr̄o seculo vbiq; ritus ijdem seruati sunt, sed illorũ vel constitutio vel immutatio, bonorũ episcoporũ iudicio p̄missa sunt. Quadragesima varie seruata est, & à varijs cibis, varijs in locis abstinuerūt. Illi longo tēpore, isti paruo. Illi ieiunarūt 4. & 6. ferijs, isti aliis diebus. Sed nihilominus varijs his ritibus existentibus eundem agnoscebāt Deū, eandem fidem, idemq; baptisma. Hæc igitur cum purior ecclesia illa sic pie seruauerit, nō possum satis mirari, quo spū noui prophetæ ducti, sic cœlum terræ misceāt, piasq; sanctiones bonorũ virorũ tam perdite calumniētur. Sed accidit illis quod imperitis medicis, qui curaturi digitū pedis, totum caput hoīs perdunt, immo totū hominem interimunt. Non possumus dissimulare, quin sanctorum patrum cōstitutionibus satisfactū nō fuerit, quin nr̄a ieiunia magis luxus fuerit, q̄ abstinentia: q; etiam in male obseruata ieiunia, plurimū pietatis situm fuerit. sed poterat huic morbo aliud & cōmodius inueniri remediū. Si res ipsa propter intolerabiles abusus prorsus tollenda est e medio, q̄d reliquum, obsecro, fiet in Christianismo? Egregie scilicet doces abstinentiam, si homini aliàs guloso permittis, vt q̄buslibet cibis quolibet vescatur die. Cur non potius admonent homines, vt q̄d

Quadragesimale ieiuniū.

Obser.

Ignatius. Origenes Irenæus. Socrates. Chrysost. Theoph.

Obser.

pie

pie institutū fuerat,pie obseruarēt? Sed non inuenissent tam
beneuolos discipulos:& minori negocio potuere totum ho
minē perdere,q̄ sordidum lauare. Et ego scio,interpretatio-
nes quæ gulæ seruiunt,magis placere,q̄ quæ diuersum præci-
piūt. Par est vt contra Mosen vel Aaron murmures, carnes
importune postules,cum Iudęis clames,Man hu? Anima no Num.14.
stra nauseat super cibo isto leuissimo. Sed time, obsecro,exē- Num.25.
plum Iudęorū. Possem pro cōstitutione Ecclesię multa addu
cere ex sacris Biblijs,ex sanctis Cōcilijs,ex D.patrū antiquissi
mis scriptis. Sed cur ego inanē operā luderem? Pij dociles se
ꝓbent,impijs nemo satisfaciet. Quæ hactenus super hoc ne-
gocio diximus,eo pertinent,vt probem, pios semꝑ ab initio
mundi vsq; ad nr̄a infœlicissima tēpora,aliquē habuisse cibo
rum delectū,nec q̄buslibet cibis quolibet die pastos fuisse. Se-
cundo,vt probem q̄ cōstitutio Ecclesię,si obseruetur iuxta le
gislatoris mentē,non sit impia,nec sacris literis aduersa. Prę
ter hæc oīa,dico & ingenue fateor, ieiuniū non supremū te-
nere inter virtutes locū:parūq; prodesse,si quis à bonis absti-
nuerit cibis,nisi & à pessimis abstinuerit delictis. Quarto,qui Notādū Deu.
temere patrū traditiōes ꝑtergreditur, hic Deū sentiet vltorē. 29. ꝓsentibus
Etsi eñ concedimus, q̄ huiusmodi cōstitutiones pro tempo & absentib.
re & loco mutari possint:tamen non cōcedimus, vt q̄s se vel
ꝓgatorem,vel abrogatorē temere obijciat. Postremo, q̄d
noui prophetæ obijciunt,oēm vitam Christiani hominis es-
se debere frugalē, non reluctamur. Sed non temere admiran
tur catholici,qua frōte illi, qui nec q̄draginta diebus aliqua-
lem possunt ferre abstinētiam,promittunt perpetuam absti-
nentiam. Suꝑ hoc negocio & in Timotheo, & Matthæo no
stro nonnihil diximus. proinde ne instituti nostri videamur
obliti,ad caput sequēs,quod est vndecimū,accingemur. Cæ
tera quæ ad elucidationē huius capitis pertinent, in corpore
ipsius decimi capitis ꝑ viribus nostris, Deo auxiliante,admo
nuimus. Non est dubiū, q̄n si perpetuo cogitaremus nos sta-
re in cōspectu veri iudicis,his disputationibus nō opus foret.
Deus det nobis optima quęq; sectari. Amen.

CAPVT XI.

IMitatores mei estote, sicut & ego Christi. Laũdo autem vos fratres, ꝙ per om̄ia mei memores estis, & sicut tradidi vobis, mea p̄cepta tenetis.

Pulchrũ certe initiũ huius capitis, q̊d ad præcedentia non parũ conuenit. Vix enim potest aliud certius dici aut fieri, q̄ si sic imitamur bonos viros, sicut illi imitati sunt Christũ. Dico & aliud: Si nobis de certa verborũ Ap̄li interpretatione nõ constiterit, respiciamus ad Ap̄li facta, non enim est dubium, q̄n ipse eadem fecerit, quæ alijs facienda p̄scripserit. Non intelligis disputationẽ Pauli de delectu ciborũ? audi quid de se
1 Cor. 8 metipso dicat: Si esca scandalizat fratrẽ meum, nõ manducabo carnem in æternũ, ne fratrem meũ scandalizem. Imitatores ergo simus Pauli, sicut ipse est imitator Christi. Si q̄s disputationem Pauli de matrimonio non intelligit, consideret actus Pauli, & intelliget. Et sic de cæteris sentiendũ est. Est & hic canon Pauli seruandus, ꝙ non simpliciter inquit, Imitatores mei estote: sed addit, Sicut & ego Christi. Iam quomodo Ap̄ls imitator fuerit Chr̄i, non est p̄sentis loci multis tractare: neq; opus est, cum q̊tidie hæc Ecclesię Dei proponuntur. Sed præcipuũ imitationis illius genus fuit in hoc, quia nõ quæsiuit quæ sua sunt, sed quæ aliorũ, vt multos Chr̄o lucrifaceret. Addit deinde Ap̄ls: Laudo autẽ vos fratres, ꝙ per oĩa mei memores estis, & sicut tradidi vobis, mea præcepta tenetis. Obseruãdum hic, & rursus ad memoriã reuocãdum, ꝙ diuus Ap̄ls apud Corinthios p̄dicauerit sesquiannum, & p̄sens apud p̄sentes quædam ad decorẽ ecclesiæ pertinentia instituerit, quę scripto nõ sint contenta, sed per successores sic quasi p̄ manus ab Ap̄lis accepta. Hinc est q̊d Thessalonicensibus scri-
2 Thess 2 bit: Itaq; fratres state, & tenete traditiones quas didicistis, siue per sermonẽ, siue per ep̄lam nr̄am &c. Sic & Corinthios Paulus instruxerat & p̄sens, & absens. Ipsi⁹ porro traditiões, vt fit, q̄dam seruabant, q̄dam non seruabãt. Priores, hoc est, pios discipulos laudat, ꝙ per oĩa illius memores sint, & p̄cepta illius, intellige quæ à pręsente accepant, diligenter obseruent. Sic ergo diligentes, laude attributa, diligentiores facit

&

& cessatores, quales esse debeant, admonet. Discipulorum certe bonorum est, vt nunquam sinant mentibus suis excidere sanã doctrinam, quam ab Apl'is susceperant. Agricola ille seminator euangelicus, nõ amat terram petrosam, vel spinis cõsitam: & huic terræ larga semina cõcredit, quã crassam & pinguem videt. Adiungã & hoc, quod bonæ terræ est, bono semine suscepto, etiam bonas fruges proferre. Sic boni discipuli est, verba doctorum non peruertere: sed bene audita, melius verbis & factis exprimere. Corinthios enim Paulus laudat, quod sicut ipse tradiderit, ita illi seruarint. Porro quoniã non omnes diligẽtes fuerunt, sed permiserunt zizania inter triticũ succrescere, hoc est, quoniã quidam in malos mores degenerarũt, incipit Apl's sentes illas euãgelica falce eradicare & metere. Verba Apl'i sequuntur.

Volo autẽ vos scire, quod omnis viri caput Christus est: caput autẽ mulieris, vir: caput vero Chri, Deus.

Vide Cyrillũ lib. 3. Dialog. de Trinit. non ita lõge à fine.

Negocium illud quod iam Paulus aggreditur, prorsus apud nos obliteratũ est, vt non possit intelligi, nisi cognito Corinthiorum more. Habebãt Corinthij præscriptos suos dies, & præscriptos cõuentus in tẽplum suum, vbi vel verbum Dei depdicari audiebant, vel psalmos & hymnos canebãt, vel cœnam dñicam celebrabant, & cæteris rebus, quarum præsens ep'la meminit, vacabant. Porro in his cõuentibus nullam modestiam obseruabant, sicut hoc capite & sequentibus Apl's docebit. Erant enim, sicut hodie quoque fieri videas, qui non secus in ædẽ sacram conueniebant, quam solent in theatrũ vanissimi homines prodire spectatũ. Viri enim galeros splendidiores, ornamenta, & alias id genus muliebres nugas, capiti imponẽtes, oĩm in se cõuertebant oculos. Mulieres vero, & maritatæ & virgines, apertis ingredientes capitibus, simul & pudorẽ posuisse, & libidini malisque cupiditatibus ceu fomenta subministrare videbantur. Quasi vero ædes sacra, nũdinationis puellaris & procorum magis theatrũ, quam domus disciplinæ & orationis sit. Grauiter ergo in hos inuehitur Paulus, vt Corinthijs persuadeat, luxũ & immodestiã in habitu & vestitu, maxime in cœtibus sacris, ponant: viri aptis in cœtũ capitibus, mulieres vero vela-

tæ ꝓdeāt. Apparet eñ apud illos, vt in luxu ꝑditiſſima vrbe, plurimū fuiſſe immodeſtiæ. q͂d vero ꝑfecerit Apl's apud ſuos Corinthios ſua caſtigatiōe, neſcio. hoc aūt ſcio, ꝙ hic morb⁹ lux⁹ & immoderati cult⁹, inuaſerit poſt Apl'i tēpora multas eccleſias. Huius rei fideliſſimi ſunt teſtes, Tertullian⁹, Cyprianus & Chryſoſtom⁹: q̊rꝫ priores, ſup hoc negocio doctiſſima poſt ſe reliquerūt monumēta: poſtremus vero, q̄a Pauli exēplo diuitibus q̄buſdam luxū illum exꝓbrabat, maxime aūt reginæ faſtum traduceret, in exiliū miſſus eſt. Porro hæc ſufficiant ad maiorē ſequentiū intelligētiam præmiſiſſe. Apl'm igi͏ᵗ audiemus. Volo autē vos ſcire, ait, ꝙ om̄is viri caput eſt Chriſtus, caput autē mulieris vir, caput vero Chr̄i Deus. In verbis nulla eſt difficultas: q̊modo autē verba negocio Pauli accommodanda ſint, nōnihil difficultatis habet. Oīs vir Chr̄ianus, Chr̄m agnoſcit Dn̄m: hoc eſt, caput ſuum, cum Chr̄s caput ſit totius eccleſiæ. Et ꝙ vir caput mulieris, hoc eſt, dn̄s illi⁹ eſſe debeat, Dn̄s ipſe ſanciuit. Chr̄s porro Ieſus, volūtati patris

Ioan. 8. in oībus obſeq̄tur: & quæcunq; placita ſunt Deo patri, ſemꝑ facit. Iam ꝙ Chr̄s agnoſcit Deū caput ſuum, nō eſt dubiū: ꝙ Chr̄s caput ſit viri, etiā non controuerti͏ᵗ. Debet eñ vir Chriſtianus oīa ad nutum capitis ſui facere. Mulier vero, quātum ad hoc ꝙ Chriſtiana eſt, Chr̄m agnoſcit caput: & quantū ad hoc ꝙ fœmella eſt, & non mas, virꝫ ſuum caput, hoc eſt, dominū agnoſcere debet: & ſicut vir Chr̄o, ita mulier viro obtēperare. Sic igi͏ᵗ vir, vt caput, dn̄ari debet, mulier vero obedire: in cui⁹ rei gratiā, vir diſcooꝑto capite, mulier vero velato capite ingredi debet. Velū eñ ſubiectionē ſignificat. Vt igi͏ᵗ Paulus pulchro quodā ordine ad ſuū inſtitutū ꝓcederet, voluit principio p̄mittere, q͂d decantatiſſimū fuerat, ſ. Sicut Chr̄s eſt caput viri, ſic vir eſt caput mulieris. Debet igi͏ᵗ inter eū q̄ impat, & eū cui impat, nōnihil diſcriminis eſſe. Quod ſi mulier ſubiectionē ſuam teſtatā facere velit, velata ſit neceſſe eſt, nō circūcurſitet diſcooꝑto capite. ſed audiam⁹ Paulū ipſum.

Omnis vir orans aut prophetans velato capite, deturpat caput ſuum.

De dono & vsu pphetiæ, suo loco, hoc est, capite 14. dicemus quæ Dñs dederit. Prophetabant tum tẽporis non tã mulieres q̃ viri, sicut statim in ipso Pentecostes festo etiam factũ est, iuxta prophetiã Iohelis, à Petro adductã in hæc verba: Et erit in nouissimis diebus, dicit Dñs, effundã de Spiritu meo sup omnẽ carnem, & prophetabunt filij vestri & filiæ vestrę, & iuuenes vestri visiones videbunt, & seniores vr̃i somnia somniabunt, &c. Dicit ergo hic Apl̃s: Om̃is vir orans aut prophetans velato capite, deturpat caput suũ: hoc est, Vir Christianus, q̃squis ille tandem fuerit, si in cœtu sanctorũ, si in ęde sacra orãs vel prophetãs, non aperit caput suum, sed pileo velatus est, hic ignominia afficit caput suum. Quod caput? De quo suprà dixit, Om̃is viri caput est Christus. Quõ igitur, inquit aliqs, dehonestari potest Christus tam leuicula re, vt multis videt? Num pietas sita est in velando vel aperiẽdo? Tu audis hic Apl̃m, immo Chr̃m ipsum in Apostolo loquentẽ, vnde ipsi fides habenda est, siue assecq̃re, siue non. Om̃is vir orãs aut prophetans velato capite, inq̃t, deturpat caput suum. Audi rationẽ aliquam: Si velum subiectionẽ significat, quod suprà diximus, vir orans vel pphetans non debet velari, ne videatur aliũ agnoscere dñm p̃ter Christũ, q om̃is viri caput est. Ad hoc, quisq̃s bonum ordinẽ in Christi ecclesia turbat, hic certe dehonestat Christũ, q suis apl̃is dixerat: Qui vos audit, me audit: & q vos spnit, me spernit. Certe indecorũ est, Christianũ hominem magis reuereri hominẽ aliquem præpotentem, q̃ Christum ipsum. Allocuturi principẽ virũ, caput aperimus, gestus nostros decenter cõponimus, à risu tẽperamus, omnem honestatẽ præ nobis ferimus. Et hoc decorũ est, iuxta Apostolum nostrũ, qui alibi dicit: Cui honorẽ, honorẽ. Et iterum: Honore inuicẽ præueniẽtes. Sed impiũ & indecorum est, q non vel pari, si non maiori, reuerentia dignamur Christũ ipsum, in cuius conspectu ambulamus & versamur. Olim nefas erat, velato capite & non salutatis diuis, tẽplum transgredi. hodie inuenias, qui etiam sub eleuatione & ostẽsione corporis Christi, non deponũt velũ siue pileum. Sed videamus quid in hoc negocio deceat mulieres:

Act. 2.
Ioel. 2.
Luc 10.
Rom. 13.
Rom. 12.
Obser.

Om̃is

Omnis autem mulier orans aut prophetans non velato capite, deturpat caput ſuum: vnum enim eſt, acſi decaluetur. Nam ſi non velatur mulier, tondeatur: Si vero mulieri turpe eſt tonderi aut decaluari, velet caput ſuum.

De prophetia recepi me copioſe docturū loco ſuo. Mulieres igitur in cœtu fideliū, in æde ſacra paſſis incedebant capillis, & aperto capite egregie ſuperbientes, vt plures potuerint ſuis moribus ad illicita prouocare, ꝗ̄ ſua oratione vel ꝓphetia ad pietatē. Hoc ipſum Paulus diſſimulare nō potuit, quēadmodū nec ad inordinatos viroꝝ mores tacuit. ideoq́ iam dicit: Omnis mulier orans aut prophetans nō velato capite, deturpat caput ſuum. Sicut em̄ turpe eſt, virum habere velum in capite: ita & turpe eſt, mulierem non eſſe velatam. Quod enim vir & mulier capita ſua, id eſt, ſeſe ornant pręter decoꝝ & omnē modeſtiā, id certe vergit in ignominiam & Chriſti, & viri. Chriſti quidē, ꝗ caput viri eſt, qui propterea ſpiritu Chriſti viuere, & ad exemplū capitis, modeſtię ſtudere deberet: Viri vero, ꝗ caput mulieris eſt, quæ & ipſa in Deū peccat impudētia, & caput ſuū, hoc eſt, maritū ſuum præterea dehoneſtat, cū formam illam ſuam, quæ ſoli marito nota eſſe debebat, etiam aliꞇs venalem, aut certe ſpectandā proponit: q̄ ſane iniuria in capitis ſui, hoc eſt, mariti, redundat ignominiam, cui & vxoris immodeſtia potiſſimū imputaꝛ. Deinde cū velum ſit ſubiectionis ſymbolum in muliere, quæ reuelato capite ingrediꝛ, videtur adhuc libera & nullæ mariti legi obnoxia, q̊d & ipſum dehoneſtat viꝝ, qui caput mulieris eſt. Eſt & apud nos frequentior mos, vt maritatę velatis, virgines & liberæ apertis capitibus ingrediantꝛ. Audiuimus ergo Apoſtoli verba & ſentētiam, ꝙ mulier nō debeat ſepoſito velo vel orare, vel prophetare. Et addit: Vnum enim eſt, acſi decaluetur. Hoc eſt, Non minus turpe eſt, ſi mulier nō eſt velata, ꝗ̄ ſi omnino detonſis capillis, ingredereꝛ ad morem virorum. Poſſet em̄ aliqua procax vel loquax mulier Paulo ob-

ſtre

strepe & dicere: Quid? Quod viris licet, nobis turpe est? Imitamur viros nostros, qui orantes vel prophetizãtes, retectis sunt capitibus. Respondet Apostolus: Cur nõ eadem opa faciunt sibi omnes capillos radi, cũ idẽ sit vel retegi, vel detonderi? Nam si non velat mulier, inquit Paulus, tõdeatur. Si in vno vult par esse viro, imitet & in altero. Vir nõ nutrit comã sicut mulieres, ideoq; non debet habere velũ in capite. Quod si viro turpe est lõgos nutrire capillos, certe turpe est mulieri tonderi. Sed non est mediũ. Aut tõdeat caput, & incedat nudo capite: aut nutriat capillos, & velet. Si vero mulieri turpe est tõderi, inqt, aut decaluari, velet caput suum. Puto satis interpretatũ, q̃d hactenus propositũ fuerat. Seqtur cõtinenter:

Vir quidem nõ debet velare caput suũ, quoniã imago & gloria Dei est, mulier autẽ gloria viri est.

Aliam rationẽ ponit, quare vir non debeat velari in cœtu sanctorũ, mulier vero debeat velari. Quoniã, inquit, vir imago & gloria Dei est, mulier aũt gloria viri. Quantũ quidẽ ad creationem hoïs attinet, nõ solus vir, sed & mulier ad imaginem & similitudinẽ Dei facta est, & vterq; principaliter ad gloriã Dei. Sunt huius rei testimõia in Genesi. Porro de hoc negocio hic non tractat Apostolus, sed instituit pbare, q mulier debeat ideo velari, q viro etiã iuxta primã hominis creationẽ parere debeat. Vir enim imago & gloria Dei est: hoc est, imaginẽ gerit diuinæ potestatis. Quemadmodũ enim caput Christi Deus est, ita & caput mulieris vir est. De hoc antea diximus. Est & hęc Dei imago in viro, q vnus Deus vnũ fecit hoïem, vt sicut ab vno Deo sunt oïa, ita essent & ab vno homine, vt vnius Dei inuisibilis, vnus homo visibilis imaginem haberet in terris. Vir igit cum imaginẽ Dei gerit, hoc est, cum in terris diuinã quãdam potestatẽ repsentare debet, oportet vt suã in terris libertatẽ aperto capite testetur. Hoc enim ad gloriam Dei facit, si illius vnica & æterna potestas, à viro tum verbis tum etiã factis prędicat. Et iniuria fit, nõ tam viro, q̃ Deo creatori, si homo ad imperiũ nat9, sese vltro subiecerit alieno & illicito imperio. Vir igitur non debet velare Eccl. 9.

caput suũ, neq; suæ dignitatis non meminisse. Deus eñ in cœlis, cuius imaginē gerit vir in terris, nondũ potestate sua exu-
Psal. 144 tus est. Regnũ tuum, inquit ille, regnum oĩm seculoꝝ: & po-
Dan. 3 testas tua, potestas ęterna. Et in euãgelio: Regnabit in domo
Luc. 1. Iacob in æternũ, & regni eius nõ erit finis. Caueat igitur vir, gloriam & suam & Dñi tueat. Mulier vero gloria viri est, caueat igit ne viꝝ dehonestet, in cuius gloriã creata est. Dehonestat autem vir, si mulier non agnoscit caput suum, potestatem suam. Illa porro mulier quæ symbolũ obediẽtiæ reiecit, hoc est, q̃ velum capitis deposuit, certe non videt agnoscere imperium viri, sicq; ignominia fit viro, cuius caput Christus est. Vir itaq; ad vindicandã Dei gloriã & suã gloriã, sit aperto capite: mulier vero, ne dehonestet viꝝ, in cuius gloriã creata est, velet caput suum. Aliam argumentationē subiungit:

Non enim vir ex muliere, sed mulier ex viro. Etenim nõ est creatus vir propter mulierem, sed mulier propter virum.

Paulum hæc vere dicere, Moses testatur. In Genesi siquidem legimus dñm dixisse: Non est bonũ, hoĩem esse solum: faciamus ei adiutoriũ simile sibi. Dein Mose teste, misit dñs
Gene. 2. Deus soporē in Adam: cumq; obdormisset, tulit vnam de costis eius, & repleuit carnē pro ea. Et ædificauit dñs Deus costam quã tulerat de Adam, in mulierē &c. Sic igitur Adã primũ ex limo terræ formatus est, deinde Eua ex costa viri. Nec creatus est vir in famulitiũ mulieris, sed mulier creata est vt adiuuaret viꝝ. Quia igit mulier initiũ sumpsit ex viro, & ante illius creationē dictũ est, nõ ꝙ debeat dñari viro, sed potius famulari & auxilio esse viro, velamento capitis testetur & fateatur subiectionem. Statim eñ subiũgit Apostolus:

Ideo debet mulier velamen habere supra caput suum, & propter angelos.

Qm̃, inquit, tam multæ sunt causæ, quæ probãt, mulieri nõ licere vt viro dominetur, debet velamen habere super caput suum, & sic testari suam obedientiam. Quod si prædicta

non moueant mulierem, si non reuereatur hoies, tantillū vel angelis deferat, ne hoꝝ offendat oculos. Nam ij non possunt non offendi, quoties vident hoīm vilissimos & naturā ipsam & Dei ordinem peruertere, & contumaciter proculcare. Si gaudium est angelis Dei sup vno peccatore pœnitentiā agente, certe non est dubium, quin, si viderint multos puerse agere, plurimū offendant. Igitur si meminerint mulieres se versari in conspectu angeloꝝ, si versantur in templis, proculdubio modestius sese habebunt. D. Ambrosius hoc loci, angelorū noīe episcopos & presbyteros intelligit, sed parum refert, vtrum intelligas. Qui Deū cōtēnit, & angelos ipsos non reueretur, certe nec in gratiā episcopoꝝ aliqd faciet. Seqtur: Luc.15.

Veruntamen neq; vir sine muliere, neq; mulier sine viro in domino. Nam sicut mulier de viro, ita & vir per mulierem. Omnia autem ex Deo.

Timet Apls, ne viri nimium superbiēdo, mulieres ex occasione pdictorum cōtemnant: mulieres item audientes tam multas subiectionis suæ causas, suam infœlicitatē deplorent: ideoq; addit, qd audiuimus, Neq; virū sine muliere, neq; mulierem sine viro esse in dño: hoc est, qntum religionem Christianam attinet, non minus accepta est mulier Deo, q̄ vir, modo fidem teneant, illamq; bonis operib⁹ ornēt. Nec est vt vir mulierem cōtemnat, q de viro sit mulier, cum ipse citra mulieris operā non existat. Neq; enim mulier fit mater citra viri operam, nec vir fit pater citra mulieris operā. Et quicqd hic fit aut ordinatum est, Dei beneficio fit, qui oībus vt essent dedit. Siue enim virum, siue mulierem respicias, oīa suum esse à Deo habent. Sic igitur, cum oīa Deus sic condidit & ordinauit, non est q vir propter dñium suū superbiat, vel mulier de subiectione sua multum sit cōtristata. Pulchre aūt hæc addit Apl'us, vt diximus, ne vel vir, vel mulier inde alicuius mali occasionem rapiat. Hunc morem etiam in alijs epistolis obseruat, vt in Ephesiis: Mulieres, inquit, viris suis subditæ sint, sicut dño: qm̄ vir caput mulieris est, sicut Chr̄us caput est ecclesiæ, ipse saluator corporis eius. Sed sicut ecclesia subiecta est Ephe.5.

Christo, ita & mulieres viris suis in oībus, Hactenus de subiectione mulierꝝ. Porro ne viri putent sibi oīa licere in mulieres, tanq̃ in iumenta vel mancipia sua, statim subiungit: Viri, diligite vxores vestras, sicut & Chr̄s dilexit ecclesiā, & tradidit semetipsum pro ea &c. & non ita multo post, ait: Ita viri debent diligere vxores suas vt corpora sua. Qui suam vxorem diligit, seipsum diligit &c.

Vos ipsi iudicate: decet mulierem non velatam, orare Deum? Nec ipsa natura docet vos, ꝙ vir quidem si comam nutriat, ignominia est illi: mulier vero si comam nutriat, gloria est illi, quoniam capilli pro velamine ei dati sunt?

Magnæ cōfidentiæ est de veritate, si quis non dubitat, aliqua de re iudicium aduersarijs, hoc est, contra quos probationes instituit, cōmittere. Non opus est, vt plures doctrinæ & institutiōis meæ rationes in medium producam: res em̄ tam aperta est, vt non dubitem vestræ sentētiæ rem cōmittere. Iudicate igitur vos ipsi, num æquum sit, vt mulier non velata, oret Deum. Qua frōte accedere audet impetrare aliquid ab eo, cuius leges violare non cessat? Quid dicam Dei leges violari? Mulier quæ non vult caput suum velare, etiā naturæ aduersatur: quemadmodū & vir quasi in naturam iniurius est, si velet caput suum. Viro certe ignominia est, si comam, sicut mulier, nutriat: Mulier aūt si comam nutriat, gloria est illi, quia capillis ꝓ velamine vtitur. Sic ergo natura docet, ꝙ vir debet ingredi apto capite, mulier vero velato capite, vt ipsa nō videat cōtemnere quod natura admonet. Postremū hoc est Apostoli argumentū, suā habens apparentiā, & hanc optimam, siue cum Iudæis, siue cum Gentilib⁹ congrediat̃. Et nostro seculo ignominiosum iudicatur in muliere, si vel calua vel rasa videatur. Nec est moris, vt quę mulier maritata est vel vidua, passis capillis in publicum prodeat. De virginibus alia res est. Maribus porro ignominia esset, si comam nutrirent ad imitationem mulierꝝ. Sed audiamus finem huius negocij.

Si quis autem videtur contentiosus esse, nos talem consuetudinẽ non habemus, neq; ecclesia Dei.

Hoc est, Si quis est vestrum, cui nondũ satisfactum est, & qui oĩno morem Corinthiorũ illum insolentẽ probat, & seruandũ cõtendit, cum eo porro non rixabimur: quin illud apponimus, Neq; nos, neq; ecclesias Dei huiusmodi consuetudinem habere. vtut aliqui velum non putent esse necessariũ, attamen neq; nos, neq; vllæ Chr̃i ecclesiæ hunc ritum seruãt, vt vir obuoluto contectove, mulier aperto capite prodeat in cœtum sacrum. Iam an decorũ sit, vos & ab Apostoli vestri institutis exemploq́;, & à reliquarũ congregationũ consuetudine dissidere, ipsi videritis. Ipse multis nec minus probabilibus argumentis, quid facto opus sit, demõstraui. Cæterũ iam absoluimus negocium hoc Apostoli nostri, quo serio admonuit, vt oĩa ordine & honestate in ecclesia, in cœtu puta sanctorum Chr̃ianorum, fiant. Verum quæ ipse de velatione & reuelatione capitum viri vel mulieris dixit, nostro seculo parum obseruantur: nec existimauerim hæc necessaria iam esse seruatu Chr̃ianis, sicut nec alia multa obseruamus q̃ ab Apostolis fuere instituta. Plura siquidẽ instituere Apostoli, nõ vt ꝑpetuo obseruarent̃, sed vt obliterarent̃ statim vt cœpissent esse inutilia. Bonorũ igitur episcoporũ fuit, huiusmodi cõstitutiones pro ratione temporis, vel loci, vel ꝑsonarum, immutare, siue (si necessitas vrgeat) prorsus abolere. Certe in huiusmodi externis non noui regulã certiorem, quæ imitanda sit, q̃ illam Pauli suprà de idolothytis, adscriptam in hæc verba. Siue igit̃ mãducatis, siue bibitis, siue aliud q̃d agitis, oĩa ĩ gloriam Dei facite. Quod vero attinet negociũ de vestitu Christianorũ, hoc curandũ est, vt oĩa ordine & summa cum honestate fiãt. Nouimus quia vestitus neminem saluum faciet, sed etiam neminem cõdemnabit. Scio q̃ mihi tragœdiam moueant de indumentis & ornamentis templorũ: sed statim intelliges, quo spũ ducti faciunt, si respicies in quem vsum cõmutetur. Audiuimus primũ: Quid opus est, vt sacerdos celebraturus, tam mire vestitus sit? Quid putas Deũ huiusmodi sum-

Obser.

1. Cor. 10.

Disputatio de uestitu Christianorum.

pta persona delectari? Nõne simplici & vulgata siue plebeia veste indutus, potest facere sacrum? Nos non dicimus q͏̄ non aliter fieri possit, sed si sic fiat, quemadmodũ hactenus cõsue uit ecclesia, quid piaculi sit? Poterat vnguentũ istud, iuxta Iudæ calumniã, venundari plusq̃ trecẽtis denarijs, & dari pauperibus. Nunq̄d igitur Maria Chr̄m inungendo peccauit? Bonũ opus operata est in me, ait Chr̄s: Sed q̄d multis opus?
Exo. 28. Si peculiares sacerdotum vestes Deum offendũt, mirum est, cur in veteri testamento tam inæstimabilibus expensis Deus sacerdotales vestes fieri procurauit. Breuiter, non est vnica litera in vtroq; testamento, qua possis pie & vere contradicere cõsuetudini ecclesiæ de vestitu illo templo℞. Nouimus in his vel alijs vestibus non esse sitam pietatem ipsam. Timemus ne sacra vestis multos nebulones aliq̄n tegat. Sed quis sanæ mentis, huiusmodi sceleribus patrocinatus est? Quid? Num propter impium filium, bonam matrẽ interficies? Num ꝑpter aliquot spinas agrum totũ perdes? Nunq̄d, quia ille auarus est, tu scelestus sacrilegus fies? Certe vestes illæ ecclesiasticæ non habent scripturam aduersam, non sunt contra veterem adeoq; puriorem illam ecclesiam, neq; tandẽ reluctant
Obser. nec obstant bonis moribus. Vitam impiã detestamur, q̄cũq; tandẽ tegatur veste. Quod illi de neglectu paupe℞ ꝓtendũt, respondemus Iudæ adhuc pecuniam reliquam esse, vt nõ sit necesse, vnguentũ venum exponere. Iam obijcitur vestis monastica, sed est obiectio nulla respõsione digna. In pãno non ponimus pietatem: & si qui sibi visi sunt meliores propter vestis vel formam vel colorẽ, illos erroris admonemus. In tante seculi inconstantia & volubilitate, quis nobis dicet, qua q̄s veste vsus fuerit? Nec resipit vllam pietatis venam, de his rebus plurimũ esse curiosum. Cum vero vestitus ipse sic iam sit in vsu, vt pios nõ offendere possit, vt quid turbarem ordinẽ?
Matt 23. Obiecit q̄dem Chr̄s Pharisęis phylacteria & huiusmodi ornamenta hypocritica, non propter impietatem vestium, sed quia nolebant esse, quod volebant videri. Ad idem pertinet,
Matt. 6. quod in Matthæo admonet de ouina pelle, q̃ lupũ rapacem tegit. Breuiter, Christus amat pietatem, quacũq; tandẽ veste

tegatur. Oportet nihilominus obseruare ordinem, honestatem, consuetudines item per se non malas. Et potest fieri ꝙ id in quo olim multi scandalizati fuerint, iam non scandalizentur in eo nostri seculi hoĩes. Sed ad magis necessaria pcedam. Quod si loqui volumus de vestitu honesto, certe dicere cogimur q̃d scriptura admonet. In veteri testamento non nihil discriminis inuenimus. Nõ induetur mulier veste virili, ait Moses, nec vir vtet̃ veste fœminea. Rursus in Leuitico: Veste quæ ex lino lanaq́ꝫ contexta est, non indueris. Et in Sophonia minatur dñs se visitaturꝫ, nimiꝫ seuere, eos qui induti sunt veste peregrina. Hæc etiam si non careant mystica significatione, tñ interim abominandũ docẽt vestimentoꝝ luxum. Deinde Thamar habet peculiares vestes, deceptura Iudam: habet ipsa & peculiares vestes, vidua. Hoc est, aliter ingrediebant̃ viduæ vestitæ, q̃ maritatæ, ne dicam, q̃ fœdissimę meretrices. Idipsum videre est in historia Iudith castissimæ. Postremo Israelitæ habent vestes iocunditatis, habẽt vestes lugubres. Hic vides honestatem & ordinem. In nouum pgredimur testamentũ. Et statim Ioannes cõmendat̃ de moderato habitu. Erat enim ei vestis, ex pilis cameloꝝ cõtexta. Diues deinde epulo, purpuratus & bysso vestitus apud inferos describitur. Quod verum mulieꝝ ornatũ adtinet, ex Petri & Pauli epistolis docemur. Verum illaꝝ cultum, non in capillis, non in auro vel argento, non in gemmis, sed in habitu ornato, inquit, cum verecundia & sobrietate ornantes se. Sic enim, authore Petro, aliqñ & sanctæ mulieres ornabant se, sperantes in Deo, subiectæ proprijs viris, sicut Sara obediebat Abrahæ, dñm eũ vocãs &c. Hactenus de vestitu ornato.

Deut. 22. Leuit. 19. Sopho. 1. Gene. 38. Iudit 10. 2 Reg. 14. Hester. 14. 1 Tim. 3. 1. Pet. 2 Gen 18.

Hoc autem præcipio non laudans, ꝙ non in melius, sed in deterius conuenitis.

Arguit Apl̃us in pcedentibus Corinthios, ꝙ obliti oĩs honestatis & ordinis, ædes sacras intrarent, siue verbo Dei, siue sanctis orationibꝰ vacaturi. Aggreditur iam aliud crimẽ traducere, quod in cœtu sanctoꝝ Corinthij cõmittebant: q̃d q̃le sit, statim audiemus. Quod si præsentis criminis causa nobis

bis incognita fuerit, certe verba Pauli apostoli nō possumus intelligere. Ad maiorem igitur sequentiū intelligentiā, velim rursus in memoriam reuocari, quod supra in vestibulo ca. 8. diximus, s. quō infideles & Iudæi etiā aliqñ diebus festis post oblata sacrificia, in templo cōmunes epulas instituerint, familiariaq; & amica conuiuia agitarint. De infidelibus in pcedentib⁹ mult⁹ nobis fuit sermo, vnde paucis iā absoluemus. Certe quod in Corinthijs arguerat Apl̃us, hoc & in Nume-
Num. 25 ris de Israelitis & gentibus legimus: Fornicatus est populus Israel cū filiabus Moab, quæ vocauerūt eos ad sacrificia sua. At illi comederunt, & adorauerūt deos earū. Et in lib. Iudic.
Iudic. 9. legimus, Infideles solitos in phanis deorū suorū epulari. Ad exemplū igitur infidelium, respiciebant idētidē Iudæi, ideoq; iussit dñs, vt & ipsi statutis dieb⁹ in tabernaculum vel in tem-
Deu. 12, 16, 27. plum dñi cōuenirent: peractisq; solennib⁹ oblationib⁹, epularentur in conspectu dñi, nō sine audiētia diuinæ legis, commemorationeq; magnalium diuinorū, & gratiarū actiōe, de insignib⁹ beneficijs, toti suæ genti delatis &c. Hic ergo cōuiuandi mos in templis, in conspectu dñi, perdurauit q̄diutissime. Hinc Chr̃iani statim ab adscensione dñi, has amicas epulas & dilectionis argumentū, nolebant negligere. sed & ipsi cōueniebant in priuatis ædibus (nondū enim templa Chr̃ianis erant permissa) & amica agitabant conuiuia. De his epu-
Acto. 2. lis mihi videtur scribere Lucas in Actis apostolicis, cum dicit: Oēs qui credebant, erant pariter, & habebant oīa cōmunia. Possessiones & substantias vendebant, & diuidebant illa oībus prout cuiq; opus erat. Quotidie quoq; pdurātes vnanimiter in tēplo, & frangētes circa domos panem, sumebāt cibum cum exultatione, & simplicitate cordis, collaudantes Deum &c. Hunc morem Paulus etiam obseruauit Troade.
Act. 20. Dicit eñ Lucas: Vna aūt sabbati cum cōuenissemus ad frangendum panem, Paulus disputabat &c. Porro & Corinthij, iuxta Chrysostomū, statutis diebus sic cōueniebant ad templum, si illis fuit, aut ad locum à Chr̃ianis selectum, & sic instituebant epulas, & cibi ferebant per sumptuosos. Pauperes & qui nihil habebant, vocabant ab illis opulentis, & cōmuniter

omnes

omnes discumbebāt. Et hæc mēsæ communio testabatur, ꝙ illis multis esset cor vnū & anima vna in dño. Cæterꝝ statutis & certis aliquot diebus, diebus, vt multis videtur, dñicis, illas epulas ꝑcedebat sacra cōmunio corporis & sanguinis Christi, quā ieiuni (vt author est Tertullianus) sumebāt, & sequentibus mensis volebāt declarare, q̄d cōmunicatio illa ꝑmissa, in ipsis operata fuisset, nimirum auctiorē in proximos charitatem. Sed procedente tempore, huiusmodi mos etiam corruptus est, sic vt nihil minus curatum sit, q̄ fraterna charitas: magisq́ꝫ celebrarint Bacchanalia, quàm agapes, hoc est, dilectionis conuiuia. Verꝝ huiusmodi dedecora & inordinatum ordinē, Paulus in ꝓgressu copiose traducturus est. Nos, quantum quidē Deus dederit, nihil tacebimus eorꝝ quæ ad intelligentiam verborꝝ Pauli pertinere possunt. Correpturus ergo Corinthios Apl's, dicit: Hoc aūt præcipio nō laudās, ꝙ nō in melius, sed in deterius cōuenitis. Quod in cæteris institutionum meaꝝ memineritis, probo, vult dicere: ꝙ hic, vbi maxime cōueniebat idē facere, non memineritis, non probo. Satis quidē peccatū fuerat, ꝙ tā indecēti ornatu ecclesiā ingredimini, sed vos augetis peccatū. Ego instituerā vt cōueniretis sine tumultu, sine luxu, sine cōtentione, summa æquabilitate, quæ vel in primis alit cōcordiā: & sic ageretur inter oēs, vt suā quisq; domū rediret melior. Nūc eo mores vestri ꝓlapsi sunt, vt præstiterit non cōuenire, q̄ ad istū morem conuenire. Cum igitur tam corrupta sint om̄ia apud vos, nō possum ad hæc conniuere, sed cogor rursus præcipere quid facto opus sit. Audiamus verba Apostoli: CAP. XI.

Primū q̄dem cōuenientibus vobis in ecclesiā, audio scissuras esse inter vos: & ex parte credo.

Primum, inquit, in quo vos laudare non possum, immo pro q̄ seuere arguere cogor, & quo ego maxime molestor, hoc est, ꝙ audio vos parum vnitatis vel charitatis, postq̄ in ecclesiā conueneritis, exhibere. Fama em̄ hæc ad me venit, & ex parte credo, ideoq́ꝫ non potui dissimulare. Audio scissuras siue sectas inter vos esse, sic vt alter alteꝝ cōtemnat, vt nō

sitis fraterno animo in omnes fratres, sed hic illū amet, alium odio prosequatur. Hic amat pauperes, detestatur diuites: superbi proximos despiciunt, pauperes suā miseriā deplorant. Alius dicit, Ego sum Pauli: alius, Ego Apollo: alius, Ego vero Cephæ & sic in publico conuentu, singuli suis factionib' adhærēt. Cū igitur in eo loco, vbi summa deberet videri charitas, huiusmodi dissidia & factiones cernūtur, nō possum vestros probare mores. Obseruandū hic q̊modo Paulus dicat: Audio scissuras esse inter vos, & ex parte credo. Nō in totum habet fidē, sed ex parte dubitat, nihilomin' tñ admouet huic morbo emplastrū. Exemplū igitur hic accipe, ne temere credas delatoribus: sic tamē dubites, vt interim nō pereat frater. Præstat em̃ citra necessitatem corrigere proximū, q̃ nimium indulgēdo, perdere lapsum. Verū quare non omnino dubitet Apostolus, audiamus ex verbis q̃ continēter sequuntur:

Obser.

Nam & oportet hæreses esse, vt & qui probati sunt, manifesti fiant in vobis.

Sunt, inqt, inter vos multi boni viri, q ab vnitate fraternę charitatis nequaq̃ patiuntur se auelli, qui ab vnitate corporis Christi nolūt segregari, quiq; proximū, quisqs tandē ille fuerit, siue pauper siue diues, ex aīo amāt, neminē cōtemnūt, nemini illudunt. & hi Deo quidem cognitori cordis, manifesti sunt, sed hoībus ignoti. Rursum sunt qbus ad sectas & dissidia præter occasionē nihil deest, & tamen sic inter bonos versant, acsi charitatis essent tenacissimi. Et hi Deo sunt manifesti, hominibus nō item. Oportet igit & hæreses esse, vt & qui probi sunt inter Corinthios, manifesti fiant & hominibus. Sic aūt manifesti fiunt, qñ pacis inimici, sectarū authoribus iunguntur: Boni vero, ab vnitatis limite ne transuersum quidē vnguem discedūt. Sequunt ergo superbi superbos, humiles humilibus iungunt. Pauperes, q quotidie diuitibus cōuiuantur, non est mirū, si illos diuites non cōtemnunt. Sed si despecti à diuitibus, patienter suam sortem ferunt, laude digni sunt. Et diuites illi, à quibus nemo aliquid petit, non possunt sibi de liberalitate placere: nec habent cur pauperes ab-

abominentur, cum ab ipsis non molestantur. Facile ille erit patiens, cum omnia ex animi sententia succedunt. Facile vicerit tentationes, qui non tentať. Facile item non opprimit innocentes, qui potestate exutus est. Hinc ille à sapiente laudatur: Qui potuit transgredi, & non est trãsgressus: Qui potuit facere malum, ait, & non fecit. Dicit ergo Apľus: Oportet hæreses esse. Dicet hic qspiam: Si oportet, ergo dissidiorum atq; sectarum authores excusantur? Nequaq̃: Oportet, enim illud, nõ ad sequẽtia referendũ est, sed ad p̃cedentia. Magisq; p̃dicentis sunt verba, q̃ cõsulentis. Quod enim hæreses fiunt, malorum hoĩm causa fit. Quod vero hoc ad laudẽ & gloriam bonorum cedit, Dei opus est, q impiorum mala, ad piorum bonum vertere potest &c. Apľus igitur p̃spectum habens Corinthiorum mores, fastum & superbiã, p̃spectum etiam habens q̃ Deus non p̃petuo sinat lupos inter oues suas delitescere, ideo facile credidit, quod de illis ferebať: ideoq; quod ait, Oportet enim hæreses esse, idem est acsi diceret: Vt vestra sunt ingenia, priusq̃ mihi q̃dã de vestris dissidijs dixissent, diuinabam hoc ipsum ita fore. Sic medicus videns ægrum gulæ & ebrietati, interdictisq; alijs deditum, dicit: Profecto necesse est vt incontinentia hęc febrim pariat. Similiter & agricola & nauta, cum videt conglobari nubes, & audit tonitrua, dicit: Fieri non potest, quin nubes illæ pluuiã & validos imbres pariant. Et nos sæpenumero, cum videmus hoĩes inter se disceptare, grauiq; dicacitate mutuum inuadere, dicimus: Oportet q̃ ex huiusmodi pugna magnum aliquod malum oriatur. Hęc igitur & similia dicentes, non probamus improbã dicacitatem, sicut nec malum exortum. Porro q̃ ex hæresibus aliquid boni elicitur, Deo ferimus acceptum, qui (vt diximus) mala in piorum bonum vertit. Sed loquamur pluribus de hac re, nonnihil à verbis Pauli digredientes. Loquiť enim Paulus hic non de opinionum dissidijs, sed de animorum: hoc est, de fidei articulis nulla erat dissensio, authore Chrysostomo: sed de moribus, s. q̃ alter alterum cõtẽnebat, sicut & suprà admonuimus. Porro, Hæreticus, iuxta Augustinum, ille dicitur, qui alicuius temporalis cõmodi, & maxime gloriæ principatusq; sui gra

Ecci 31. | Oportet. | De utilitate credendi.

tia, falsas ac nouas opiniones vel gignit, vel sequit. Hęresis igitur ex superbia originem trahit. Porro quæ sint illæ falsæ siue nouæ opiniones, non est locus hic recensere. In Matthæo nostro ostendimus, nostrorum huius seculi hæreticorum parentes. Porro q̃lescunq; tandẽ illas hæreses vel gignãt, vel defendant, vel exuscitent, neminem ex Christi ouibus pdent. In Christi enim Euangelio legimus de Christi ouib⁹: Alienum non sequunt, sed fugiunt ab eo, quia non nouerunt vocem ali-
Ioan.10. enorum. Et rursum: Oues meæ vocem meam audiunt. & ego cognosco eas, & sequũtur me, & ego vitam æternam do eis, & nõ pibunt in æternum, nec rapiet eas quisq̃ de manu mea.
2.Tim.2. Et Paulus dicit: Nouit dñs qui sunt sui. Illi igit tm̃ seducunt, qui etiam non existentib⁹ hæreticis, pirent. Sunt enim hoies carnales, voluptuarij, qui existentib⁹ perfidis doctorib⁹, gaudent se suis scelerib⁹ inuenisse patronos. Pij, & qui ex animo pietatem amãt, non credunt illis deceptoribus. Nam vt arbores bene & diligenter radicatæ, ventoꝝ vi, cum agunt hinc & inde, solidiores fiunt: sic & bene solidatas in fundamento vere fidei animas, q̃cunq; irruunt hæreses, reddũt fortiores: tm̃ abest vt subuertant. Et Pauli sententia clara est. Neq; eñ dicit probos perire, sed manifestos & gloriosos fieri ex hæresum tumultuatione. Oportet enim, inquit, & hæreses esse, vt probati manifesti fiant in vobis. Ob hoc, inquit, hæreseon nõ statim diuinitus eradicant authores, vt probati, manifesti fiant: id est, vt vnusquisq; q̃ tenax & fidelis & fixus catholicæ fi-
V.Lyrmẽ. dei sit amator, appareat. Et reuera cum quæq; nouitas ebullit, statim cernitur frumentoꝝ grauitas, & leuitas paleaꝝ: tũc sine magno molimine excutitur ab area, quod nullo põdere intra aream tenebatur. Paleæ igitur peunt, nõ triticum. Hœdi lasciui & gulosi, qui malunt editas rupes scandere, q̃ cum ouibus viridibus herbis vesci, illi peunt. Proinde diximus illos hæresi perire, qui etiam citra hæresim pirent. Sed obijci-
Obiectio. unt qdam doctos viros, religiosos, Eremitas & Monachos, Principes, Ciuitates &c. quos oẽs videmus hæresi addictissimos. Respõdeo, illis nihil defuisse ad excogitatam malitiam, nisi occasionem & patronos. Oderunt peccare boni virtutis

amo-

amore: Oderunt peccare mali formidine pœnæ. Fidefragi illi Monachi non abiecissent vestes monasticas, nec fecissent quod iam faciunt, nisi nouissent, quo cõfugerẽt, Asylum. Sic multę ciuitates huic factioni Lutheranæ subscribunt, non ꝙ illos moueat Dei spũs, vel ab hoc dictata scriptura diuina, sed qm̃ vident sibi oĩa impune licere. Hoc certe cõpertissimum est, ꝙ parum ꝓmouent scripturis. Quid? etiam quod ex scripturis damnare conant̃, non audent ꝓsequi, nisi consentiẽte, sub quo viuunt, magistratu. Vbi igitur diuinæ scripturæ authoritas? Vbi gladius ille spũs? Sed hæc decantatissima sunt. Oportet igitur hæreses esse, vt qui probati sunt, manifesti fiant. Per hæreticos enim quasi expurgatur area dñi, & diligẽtibus oĩa cooperant̃ in bonum. Est & aliud bonum, quod ex hæreticis versutijs ad ecclesiam venit: Multa enim ad fidem catholicam ꝑtinentia, dum hæreticoꝝ callida inquietudine exagitantur, vt aduersus eos defendi possint, & considerãtur diligẽtius, & intelligunt̃ clarius, & instantius p̃dicantur: & ab aduersario mota quæstio, discendi existit occasio. Multi certe scripturaꝝ loci latẽt, & paucis intelligentiorib[9] noti sunt: nec asserunt̃ cõmodius & acceptabilius, nisi cum respondẽdi hæreticis cura compellit. Tũc etiam qui negligunt studia doctrinæ, sopore discusso, vel audiẽdi excitant̃ diligentia, vt aduersarij refellant̃. Idem igitur accidet in cõtrouersiis ecclesiæ, quod in controuersiis fori. Ibi enim nemo solicitior est magisq́ꝫ curiosus, q̃ qui aduersarij artes & dolos timet. Sed sup hac re satis aut fortassis plus æquo diximus. Vnicum hoc placet subiungere: Etiam si plurimũ vtilitatis ex hæreticoꝝ turbationibus ad ecclesiam peruenerit, nihilo tñ melius hæretici habebunt. Iudæ malignus animus, nobis plurimũ profuit. Sed quid illi? Et in Euangelio legimus: Necesse est vt veniant scãdala: væ aũt homini illi, per quem scandalũ venit. Et Pharaonis tyrannis in causa fuit, ꝙ Israelitæ citius in terram ꝓmissam venerint. Et Herodis sæuitia infantib[9] plus prodesse non potuit. Hos beatificamus, illum vero damnamus. Non respicit dominus, quid ex cuiusq; facto eueniat, sed quis, qđ, quo animo faciat.

Obser.

Vtilitas ex Hæresi.

Aug. de ciuit. Dei lib. 16.

Aug. tractatu. Psal. 67.

Matth. 18.

¶ Conuenientibus ergo vobis in vnum, iam non est dominicam cœnam manducare. Vnusquisque enim suam cœnam præsumit ad manducandum. Et alius quidem esurit, alius autem ebrius est.

¶ Ad maiorem hoꝝ intelligentiã obseruandũ venit, ꝙ mos edendi & cõuiuandi in ecclesiis hinc exordium sumpserat, ꝙ Christus ipse cum discipulis vltimam cœnam sumpsisset. Et principio qdem, queãdmodũ & suprà admonuimus, non inferebant diuites suas epulas in cœtum fidelium, ad satisfaciendum suæ gulæ, sed pauperꝝ maxime gratia, vt in hos s. liberales & benigni existerent. Porro iniuria tempoꝝ, ita vt fit, hunc bonum morem corruperat, vt nunc hisce conuiuijs non inseruiretur charitati, sed diuitum libidini, qui non modo fastu illo nimio contemnebãt tenuiores, sed minus sobrie bibentes, fœdæ se ebrietati, pauperibus interim inedia laborantibus, dedentes. itaq; & in Christum, & in sacramenta, & in corpora ipsoꝝ propria, immo & in ecclesiæ corpus peccabant. Breuiter, qui hunc locum ꝑpius intelligere velit, videat qualia interdum fiant conuiuia à contribulibus, qui statis diebus in cõmune suas conferũt epulas. Inqt ergo Paulus: Cõuenientibus vobis in vnum, iam non est dñicam cœnam manducare. Dñicam cœnam vocat, qm̃ imitationem cœnæ dñi habebat. Olim qdem, vult dicere, recte agebat inter vos cœna illa dñica, cum ad exemplũ Christi & Apostoloꝝ agebat, cum oĩa ad charitatem proximi instituebant, cum sobrietatis limites nemo excedebat, cũ deniq; multis erat cor vnũ & anima vna in dño. Iam vero iniuria cœna dñica appellabit, in qua tam multa contra Christum, contra proximũ, contra ecclesiam, cõtra seipsum tandẽ designant. Vnusquisq; enim suam cœnam p̃sumit ad manducandũ. Hoc Christus non fecit, nec tale exemplũ ab Apostolis accepistis. Christus oẽs suos discipulos, sua dignatus est mensa. Non discreuit nobilem ab ignobili, non diuitem à paupere, immo nec proditorem à sua mensa ablegauit. Vos aũt inuicẽ non expectatis, sed vnusquisq;

[Margin note: Vide Chryso. Hom in dictũ Apostoli, Oportet hæreses esse. To 6. p. 152.]

quisq; põoccupat cœnam suam, siue pauperes habeãt, siue minus. Hoc certe à charitate ꝓximi plurimũ abest. Deinde, Alius qdem esurit, alius aũt ebrius est. Quid huic simile in cœna dñi videre licuit? Sic instructa erat illa cœna, vt ad mãducandum & bibendũ sufficeret: sic'q; instructi erant discipuli, vt temperãtes essent. Vos aũt sic rem agitis, vt nec pauperꝝ esuriei medeatur. Nec est vt de inopia vestra vobis queri liceat, cum in tanta copia oĩa conlata sit, vt vel ebrij euadatis. Obserua hic, qbus criminibus Apl's suos Corinthios insimulet. Malum est, pauperẽ pati esurie & fame perire, cum subleuare possis illius inopiã. Qui habuerit substantiã huius mundi, ait Ioannes, & viderit fratrem suum necessitatem habere, & clauserit viscera sua ab eo, quõ charitas Dei manet in illo? Deinde ebrium esse, quale sit crimen, nemo non nouit. Quisquis enim hanc sectatur, non habebit partem in regno Dei, sicut & alibi Paulus, opa carnis enumerãs, testatur. Primum ergo crimẽ est, non dare vbi dedisse cõueniebat: proximum, dare vbi non conueniebat. Postremo, ad exaggerandũ crimen facit, ꝙ hæc oĩa in conspectu pauperum fiebant. Ioan. 3.

¶ Nunqd domos non habetis ad manducandum & bibendum? Aut ecclesiam Dei contemnitis, & confunditis eos qui non habent?

Audimus hic q̃ cõmoto animo sit Apl'us, quam'q; ægre ferat, ꝙ Corinthij bonam consuetudinẽ sic vitiarint, atq; ab exemplo dñi tam male deuiarint. Dixim⁹ aũt paulo ante, ꝙ hic mos, s. cibos in templũ ferendi, non inceptus sit primũ, vt satis inibi fieret gulæ, sed maxime propter inopes, qbus benefieri debebat ex beneficijs diuitum. Erat enim hoc conuiuium non in aliud institutum, q̃ vt esset symbolum fraternæ charitatis, vt hic cõmentarentur de beneficijs Christi, vt alter alterum ad pietatem adhortaretur: breuiter, vt tanq̃ fratres sese inuicem amplecterent. Proinde Apl'us vult dicere: Quid sibi vult impi⁹ ille mos? Vbi didicistis sic gulæ inseruiendũ in cœtu sanctoꝝ? Nescitis vbi oporteat ventrẽ curare? Nunqd nõ habetis domos ad manducandũ & bibendũ, vt nulla necessi-

tas vos cogat in templo curare cuticulam? Cur igitur sic ꝑuerse agitis? An ne ecclesiam Dei cōtemnitis? Non pudet vos tam impie agere in conspectu tam pioꝝ viroꝝ? Si membra non timetis, vel Deum ipsum timete. An ne ideo tumultuamini vestris epulis, vt pudore suffundatis eos qui non habēt quod edant: aut si habent, non tñ ad luxum vsq;, quemadmodum vos? Nunqd igitur pulchrum videtur vobis, inopibus suam exprobrare inopiam? Apertum est quid velit Apl'us, nisi ꝙ fortassis vsus obliteratus, nōnihil difficultatis secum fert. Obser. Certe olim in templo variaꝝ reꝝ fiebat oblatio, quas sacerdos benedicebat, non tam in priuatum vsum, q̃ in cōmunem paupeꝝ refocillationem. Et Tertullianus in Apologetico docet, Chr̄ianos simul cœnitare consuesse, quod cœnæ gen⁹ Agapen vocatum tradit, à dilectione mutuato vocabulo, ꝙ ibi diuorum epulis pauperes reficerent. Ex antiqua hac consuetudine fortassis hoc reliquum est, ꝙ singulis dñicis diebus aqua & sal benedicunt. In festo Paschæ placētæ, oua, carnes. Alibi in festo Assumptionis, Herbæ. In cœnæ dñicæ festo in multis locis refocillantur pauperes in æde sacra. Est & alibi mos, vt diuites quo die sumpserunt eucharistiam, secum ducant pauperes, q̊s benigne & liberaliter tractent. Hæc & huiusmodi si ita fiunt, non video cur abhorreant Antichr̄i ꝑsentis seculi. Cęterū super hoc negocio fortassis aliàs cōmodius. Corinthiorū ille mos maxime iā visit in illis tēplis, vbi statis diebus populo vinū consecratū offert. Sed Paulū audiemus:

¶ Quid dicam? Laudabo vos? In hoc non laudo.

Cum igitur tam grauiter degenerastis à pijs Chr̄ianorum moribus, ait: Quid dicam? Num dissimulem errorem? Num ad hunc debeo cōniuere? Laudabo vos? Si quid recti agitis, non repræhendo: ꝙ reliquas aliquot traditiones meas tenetis, laudo vos. In hoc porro negocio non laudo vos. Vt quid enim encomio celebrarem, quod & correptione & emendatione dignissimum esse probat? Non sic infensus sum vobis, vult dicere, vt velim, quod bene agitis, repræhēdere. Nec rursus tam tenerè vos amo, vt velim ad vestra scelera cōniuere.

Hoc

CAP.XI.

Hoc exemplũ Pauli nobis imitandũ foret, vt laudaremus bo na,repræhẽderemus mala. Nam oĩa laudare, tam quæ se bene habent, q̃ quæ male, non fuerit amici, sed irrisoris: & non diligentis, sed deceptoris. Laudare, si quid fiat vt debet: reprę hendere aũt, si peccatum fuerit, amici est & curam agẽtis. Et vt scias, ꝙ sine delectu oĩa laudare, & in oĩbus beatum dicere, nõ sit amici, sed impostoris, dicit scriptura: Popule meus, qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt, & semitam pedum tuorum exturbant. Et Sapiens ille dicit: Meliora sunt vulnera amici, q̃ fraudulenta oscula inimici. Paulus igitur nũc laudat Corinthios, nũc vituperat, iuxta quod vel de malis vel de bonis illorũ tractat. Ab hoc exemplo tm̃ absunt noui prophetæ, q̃ntum distat ortus ab Occidente. Hi enim aut oĩa vituperant, aut oĩa ꝓbant. Non nouerũt abusus sic traducere, vt interim bono vsui non fiat ꝑiudicium: sed temere oĩa instituunt, sicut multis exemplis declarare possem, siue de Missa siue de imaginibꝰ, siue de diuorũ inuocatiõe &c. loquare. Sed q̃d residuũ est in Pauli disputatiõe, ꝓponemus & elucidabimus.

Obser. Esa. 3. Pro. 27. Obser.

¶ Ego enim accepi à Dño, quod & tradidi vobis, quoniã Dñs Iesus in qua nocte tradebatur, accepit panem, & gratias agens, fregit, & dixit: Accipite & manducate: Hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur. Hoc facite in meam commemorationẽ.

Nos principio omniũ, mẽtem Pauli aperiemus, & qua ratione in mentionẽ illius sacratissimæ mensæ venerit, ostendemus. Cœna illa Corinthioꝝ, debebat habere imitationẽ cœnæ dñicę, sed in multis discrepabat. Hinc Paulus Corinthios suos admonet cœnæ illius dñicæ, vt ad huius exemplũ etiam suam instituant. Christi em̃ cœnam, cœnã fuisse summæ dilectionis: illoꝝ vero, dissensionis & inuidẽtiæ. Inq̃t ergo: Ego enim accepi à Dño, quod & tradidi vobis, quoniã Dñs Iesus in qua nocte tradebat̃, accepit panem, & gratias agẽs, fregit, & dixit: Accipite & mãducate: Hoc est corpus meum q̃d pro vobis tradetur &c. Iam lubet, immo necesse est videre singu-

Accepi à dño, nõ ab hoie &c
Tradidi vobis, ne qs causet s. ignorãtiã

la verba. Primũ dicit, Ego enim accepi à Dño, quod & tradi di vobis, Nolo, inqt, vt traditiones meas tanq̃ humanas nugas æstimetis: ex me nihil fingo: sed q̃d trado, hoc ipsum primum à Christo didici. Quõ igitur possim laudare vestrũ institutũ, qui tã temere p̃uaricamini, quod ego Chr̃o instigante ordinaui? Quod si me cõtemnitis, vel Christi authoritatẽ sinite aliqd apud vos valere. Sed qd accepisti à Dño? Dñs Iesus in qua nocte tradebatur, accepit panẽ, & gratias agẽs, fregit, & dixit: Accipite & mãducate: Hoc est corpus meum qd pro vobis tradet. Videte igit q̃ dissimilis sit Chr̃i cœna à vr̃a. Chr̃s non transgressus est legem patris, quam Moses Israelitis p̃scripserat: sed ea nocte qua oportuit, cũ discipulis agnũ paschalem comedit. Vos autẽ citra vllam necessitatẽ, & mera libidine ducti, meam, immo Chr̃i, traditionẽ contemnitis, cum singuli faciunt q̃d sibi placitum est. Deinde in Chr̃i cœna audimus gratiarũ actiones, in quo docere nos voluit Chr̃s, vt nunq̃ obliuisceremur diuinę liberalitatis, maxime añt cum recumberemus. In vestra porro cœna p̃ter calumnias & detractiones nihil visit. Quod si cogitaretis vnde vobis suppeteret cibus, & gratias ageretis, & fratribus etiã impartiretis. Postremo Christus suos discipulos proprio corpore cibauit, seq̃ metipsum discipulis tradidit in cibũ, nõ alia ratione, q̃ vt suum maximũ in illos ostenderet amorẽ: & vt illi eundem cibum sumentes, coalescerẽt in vnum corpus, sic vt post mẽbra pro membris essent solicita. Quod si Chr̃s proprium corpus suũ nobis tradidit nõ tantũ in cibum, sed & in mortem: qua venia digni sumus, q ne vilem qdem cibũ cum fratre ex animo cõmunicamus? Si eñ substantiã nostrã nolumus in commodũ fratris exponere, quando ponemus animã nostrã pro fratribus, sicut Chr̃s posuit animã suã pro nobis? Sed possent Corinthij obijcere: Quid nobis cœnã Chr̃i obijcis? Addit ergo Apostolus, Chr̃m dixisse: Hoc facite in meam cõmemorationẽ. Idem ergo nos facere debemus, quod Chr̃s cum discipulis suis in cœna: hoc est, sumere corpus Dñi, & recordari quantum nos dilexerit Chr̃s, quid nobis post se reliquerit, quid nostri causa passus fuerit. Cum igit Corinthij conueniunt,

Ea nocte, quã pater p̃fixerat.

Gratias egit.

Dedit discipulis.

1. Ioan. 3.

Hoc facite &c.

unt, & sumpto corpore Chri, aliam cœnã instituunt: sic insti tuãt, vt in ipsa fiat cõmemoratio & cœnæ dñicæ, & passionis dñi. In hac itẽ cœna probent, quantũ profecerint in dñi cœna, qd corpus dñi in illis operatũ fuerit: eãdem ostendãt charitatẽ in fratres, quã expiunt Chrm ostendisse in oẽs. Sequtur:

Similiter & calicẽ, postquã cœnauit, dicẽs: Hic calix nouum testamentũ est in meo sanguine: Hoc facite, quotiescũq; bibetis, in meã commemorationẽ.

His verbis rursum arguit Apostolus dissimilitudinẽ Corinthiorũ cœnę, à cœna Chri. Sicut eñ Chrs in cœna sua proprio suo corpore pauit discipulos suos, ita & ,pprio suo sanguine potauit: Corinthij porro gñalissimum potum confratribus suis inuidẽt. In calice eñ Chri continebat sanguis preciosus, Symbolũ & arra noui testamenti, hoc est, noui fœderis, qd Chrs cũ suis fidelibus icerat. Quid cõtinebat testamentum illud nouũ? Breuiter dico, Recõciliationẽ humani generis, qd in Adam perditũ fuerat. Sic testamentũ siue fœdus vetus cõtinebat, q Deus pollicit⁹ fuerat se fore Deũ, hoc est, seruatorẽ, tutorem ac benefactorẽ populi Israelitici. Quod igit Paulus hic dicit, Hic calix nouum testamentũ est in meo sanguine; non intelligẽdum est, acsi diceret, sanguinem in calice contentũ, testamẽtum nouum esse, sicut Lutherani somniãt: sed reconciliatio humani generis, fœdus nouũ est: & sanguis Chri in calice cõtentus, vel in cruce fusus, symbolum, sphragis (id qd Germani *ein versicherung* vocãt) testamẽti siue fœderis. Sic circũcisio, arcus in nubibus, sanguis quo adspsus est populus Israelitic⁹, nõ fuere fœdus ipsum, sed signa testamenti siue fœderis veteris. Quod ergo hic Paulus calicem, immo sanguinem Chri, vocat nouum testamentũ, ex Euãgelistis interpretandũ est. Apud Matthęũ Dñs sic loqtur; Hic est enim sanguis meus noui testamenti, q pro multis effundetur in remissionẽ peccatorũ. Eadẽ Marcus pari modo effert. Sed hęc suffecerint pro elucidatione verborũ Pauli, quãtum qdem testamentũ nouum adtinet. In calice cœnæ dñicæ idem continet, quod de Chri latere fluxit, hoc est, ver⁹ Chri sanguis. Et

Testamẽtum.

Matt. 26.

Mar. 14.

hic sanguis, siue in calice, siue in cruce fuerit, obsignatio Noui testamenti est. Cum enim nouerimus Iesum Christum Dei filium, suum propriū sanguinē pro peccatis nostris in cruce effudisse, iam certi sumus, nobis nostra delicta esse remissa, nosq́ Deo patri recōciliatos esse per mortē filij sui vnigeniti. Porro per id quod sequitur, Hoc facite, quotiescunque bibetis, in meā cōmemorationē: ostendit Christus, in quem vsum nobis post se reliquerit suum verum corpus, suūq́ verum sanguinē: nimirum, vt his cibati & potati, sine vlla mora recordaremur, quæ & quanta pro nobis passus fuerit ipse Christus Dei filius, de quo in sequentibus plura. Recēsuit autē hæc Christi verba Apostolus, ad obiurgandum Corinthios, qui nihil minus, quam factorum Christi, in sua cœna recordabantur. Si enim recordati fuissent cibi & potus, quo ipsos dignatus fuisset Dominus noster Iesus Christus, nequaquam siuissent in suam cœnam tantū obrepere inuidentiæ.

Quotiescunque enim mādūcabitis panē hunc, & calicē bibetis, mortē Domini annūciabitis donec veniat.

His verbis Apostolus Christi verba interpretatur. Quoniam enim Christus dixerat in cœna, Hoc facite, quotiescunque bibetis, in meam cōmemorationē: ne quis putaret, hæc ad solos apostolos pertinere, Apostolus docet hæc debere peragi, donec rursum veniat Christus, nimirum humana specie, quod fiet in extremo iudicij die. Sed trutinabimus singula Apostoli verba: Quotiescunque, inquit, mādūcabitis panē hunc &c. Nullo tēpore alligamur, sed quotiescunque placuerit, immo quotiescunque deuotio & Christi amor nos solicitauerit, cōmunicare corpori & sanguini Christi poterimus. Mandatū est à Christo, vt mādūcemus & bibamus de corpore & sanguine eius. Sed liberū nobis relinquitur, quoties velimus. Vnde quidam in primitiua ecclesia, immo adhuc tempore Augustini, quotidie cōmunicabant corpori & sanguini dominico. Alij certis diebus. Porro quoniā Christus hoc nobis liberum reliquerit, D. Augustinus consulit, vt quis eo modo agat, quo agere videt ecclesiā, ad quācunque forte deuenerit. Nostri quidem seculi mos est, vt Christiani vel semel in anno Eucharistiā sumant, Sed qui sæpius hoc facere voluerit, nunquā repul-

Quotiescunque.

Epist. 118. ad Ianuarium.

ſam feret. Secundo obſeruãdum, ꝙ Apoſtolus non ſimpliciter dixerit, Quotieſcũq; manducabitis panẽ: ſed dicit, panem hunc. Q. d. panẽ hunc ſacratiſſimũ, panem hunc diuinum & vere cœleſtẽ, immo corpus ipſum Dñi, quod panis ſpecie velatũ eſt ob vitãdum horrorẽ, quotieſcunq; hunc panem, hunc angelicũ cibum manducabitis, & calicẽ bibetis, mortem Dñi annũciabitis donec veniat. Quid eſt, annũciare mortem Domini? Eſt eius mortis ſerio recordari, cũ conſideratione, quę & quanta pro nobis paſſus fuerit Chr̃s, qd nobis illius mors vel paſſio contulerit, quale exemplũ nobis in ſemetipſo exhibuerit. Hęc em̃ Apoſtoli verba, interpretant̃ verba Chr̃i vbi dixit: Hoc facite in meã cõmemorationẽ. Ne qs igitur exiſtimet ſe neſcio qd debere cogitare de Chriſto, vel de çœna dominica, aperuit Apl̃s, qd admonere voluerit Chr̃s, nimirũ vt ſuæ mortis cõmemorationẽ agerem⁹ perpetuo. Eſt em̃ mors Chriſti, pro nobis paſſa, res memoria digniſſima. Liberatio Iſraelitarũ ex Aegypto, erat res memoria digniſſ. & iuſſit dominus vt in memoriã huius, Iſrael quotãnis agnum paſchalem mãducaret. Nõne igitur lõge dignius eſt, vt Eccleſia memoriale habeat eius liberatiõis, qua liberati ſumus nõ à Pharaone homine, ſed ab infernali illo dracone, à principe tenebrarũ, & ab æterna morte? Nõne, inquã, victoria hæc & triumphus filij Dei, memoria digniſſima ſunt? Infelix illa temeritas Chore, eiuſq; interit⁹, res memoria digna viſa eſt Deo: cur igit̃ carere deberet redẽptio humani generis, memoriali? Inſtituit ergo dñs cœnã illã ſacratiſſ. in qua corpore & ſanguine eius ſaginamur, vt perpetuũ eſſet mnemoſynõ, hoc eſt, memoriale mortis ſuæ, quam pro nobis paſſus eſt, qua nos redemit, q̃ nos patri ſuo cœleſti recõciliauit. Huc referri poteſt q̃d in Pſalmis legimus: Memoriã fecit mirabiliũ ſuorũ miſerator & miſericors Dñs, eſcam dedit timentibus ſe. Porro non tibi videatur vilis & nullius emolimẽti vſus eſſe Euchariſtiæ, quam in hoc maxime dico inſtitutã, vt recordaremur mortis Dñi. Audis certe Chr̃m ſerio admonere & dicere: Hoc facite in meam cõmemorationẽ: Et Paulum, Quotieſcũq; manducabitis panem hunc, & calicẽ bibetis, mortem Dñi annun-

Panem hunc, nõ alium &c.

Annunciare mortem Dñi.

Luc. 22.

Exo. 12.

Num. 16.

Pſal. 110.

ciabitis donec veniat. Profectò Chr̃iani hoīs est, vt nunq̃ excidere patiatur memoria sua mortem & passionem Chri: sed nunquā magis recordari debet & potest, q̃ cum ipsius Christi corpore & sanguine pascit̃ & potat̃. Hæc recte cogitata & expensa, non caret sua vtilitate. Sumpturus igit̃ sacratissimum hunc cibū, vel etiā dum sacro altari adstas, spūaliter cū sacerdote cōmunicans: recordare toto corde illam ineffabilem charitatē, qua motus pater ille cœlestis, filiū suum vnigenitū tradidit in mortē ꝓ inimicis & cōtradictoribus suis. Ne-
2. Tim. 1. q; em̄ nostræ iustitiæ, neq; nostra obediētia, neq; amor noster
Tit. 3. mutuus illū eo perduxit, sed sola incōparabilis charitas, q̃ dilexit nos. Huius rei testē accipe ipsum Dei filiū, in hæc verba
Ioan. 3. dicentē: Sic Deus dilexit mundū, vt filium suū vnigenitū daret, vt omis q credit in eū, non pereat, sed habeat vitam æternam: Nō em̄ misit Deus filium suū in mundū, vt iudicet mundum, sed vt mūdus saluet̃ per ipsum. Et Ioannes ille virgine⁹
1. Ioan. 4. Euāgelista: In hoc, inq̃t, apparuit charitas Dei in nobis, q̄m filiū suū vnigenitū misit De⁹ in mundū, vt viuam⁹ p eū. In hoc est charitas, non quia nos dilexerimus Deū, sed q̄m ipse pri-
Genes. 22. or dilexit nos. Magnum q̄dem videt̃ et encomio dignissimū, q̄ Abraham filium suū, quem diligebat, Isaac Deo non dubitauit offerre. & res laude digna est: sed nullo modo cōparari potest dilectioni Dei patris omipotentis, q filium suum vni-
Math. 3. genitū, in quo sibi complacuit, quē ab ęterno genuit, in mortem pro nobis impijs & peccatoribus tradidit. Abraham em̄ pro sua obediētia potuit nonnihil præmij sperare, sed Deo ꝓ suo in nos beneficio & liberalitate, immo charitate, qd dabis? Hæc igit̃ & talis Dei in nos dilectio, digna est quæ nunq̃ memoria excidat. Deinde huic sacræ cœnę adsistens, recogita q̃te & Christus ipse Dei filius charitate ꝓsecutus est, q̃ libere, q̃
Phil. 2. volūtarie acerbissimū illum passionis calicē biberit. Cum em̄ in forma Dei esset, nō rapinam arbitratus est, esse se ęqualem Deo: sed semetipsum exinaniuit, formā serui accipiens, in similitudinē hoim factus, & habitu inuentus vt homo, patri factus est obediēs vsq; ad mortē, mortem autē illam crucis tur
Ioan. 15. pissimā. Maiorē certe charitatē nemo habere potest, q̃ vt animam

imam suã quis ponat pro amicis. Bonus vero ille pastor, animam suã posuit p ouibus suis. Et exaltatus est à terra, vt oĩa traheret ad seipsum. Hæc simpliciter in corde recogitata, qd putas parere possint in hoĩe non in totũ lapideo? Porro si meminerís, φ à proprio discipulo traditus & venditus, φ à principe Aplõ ter abnegatus, & à cæteris discipulis derelictus: Si rursum in hortũ illum oliuarũ animo cucurreris, & cõsideraueris Chr̃m vnigenitũ Dei filium, vsq; ad sanguineum sudorẽ in agonia luctantẽ cũ morte: Si tibi ob oculos posueris odiosam capturã, vincula, alapas, colaphos, illusiões, impurissima sputa: Si chlamydem purpureã, arundinẽ, flagella, virgas, sententiã super eum mortis horribilẽ: nunqd nõ hæc vel ferrea hoĩs pectora, ad mutuũ amorem allicient? Hactenus tamẽ nihil diximus de crucifixiõe, de clauibus, de felle & aceto, de histrionũ, immo militũ lusu: hacten⁹ animo nõdum cõtemplati sumus Christũ in cruce crudeliter pendentẽ, vermi similiorem q̃ homini, in medio latronũ, acsi ipse fuisset horũ antesignanus, similiorẽ leproso homini q̃ filio Dei: sic expãsum, vt vel oĩa membra eius nũerare possis. Si hæc solũ serio & deuote recordari volueris, qd temporis reliquũ habebis, etiam si ab initio sacri vsq; ad huius finẽ permanebis? Quod si hæc quæ enumerauimus, pauca sunt: adde his innocentiam Christi, q passus est, & crimen tuũ pro q̊ passus est: & deinde in ipso senties cor tuum immutatũ, & peccati hostem, & æquitatis ac innocẽtiæ amatorẽ. Profecto hoc est, iuxta verba Christi, cœnæ Dñicæ adesse, hoc est Christi memoriã agere, hoc deniq; est, iuxta Apostolũ nostrum, mortem Dñi annunciare donec veniat, nimirũ in maiestate sua cum angelis suis. Cæterum, anteq̃ vltrà in textus serie ꝓgrediar, obseruãdum venit, φ Apls nõ tantũ voluit his verbis, Mortem Dñi annunciabitis donec veniat, ostendere, q̃ diu cœna illa mystica in ecclesia Chr̃i duratura sit, q̊d suprà admonuim⁹, sed etiã voluit his verbis Corinthios admonere, cogitent Chr̃m non perpetuo dissimulaturũ ipsorũ scelera, sed olim reuersurũ ad iudicandũ viuos & mortuos, iuxta illud Esaię: Ecce ego, ecce ego venio, & merces mea mecũ est, &c. Postremo, cum verus vsus sit cœ-

Ioan.10.

Math.26.

Luc.22.

Mar.15.
Luc.23.
Ioan.19.

Esa.62.

næ

nę Dñicę, annunciare mortẽ Dñi, ſicut iam diximus, facile quis intelligere poterit, Corinthios merito obiurgari ab Apoſtolo. Sed videamus reliqua Apoſtoli.

Itaq; quicunq; manducauerit panem hũnc, & biberit calicem Domini indigne, reus erit corporis & ſanguinis Domini.

¶ Quoniã, inqt, Chr̃s ipſe cœnã illã ſacratiſſimã inſtituerit, & Chr̃ianis frequentandã in ſui memoriã cõmendauerit, q̊niam in hac menſa nobis vere proponitur, vereq́; exhibetur corpus & ſanguis Dñi, qcunq; manducauerit panẽ hũnc cœleſtẽ, & biberit ſanguinẽ de Dñi calice indigne, reus erit corporis & ſanguinis Dñi: hoc eſt, Chr̃i occiſor reputabit, nec minus peccabit, q̃ ſi Chr̃m gentiliũ more crucifixiſſet, vel eius ſanguinẽ effudiſſet. Magna & tremenda ſunt hæc Apoſtoli verba, qbus certe nõ minus adhibẽda eſt fides, q̃ ſi Chriſtus ipſe dixiſſet. Suprà eñ teſtatus eſt, ſe à Chr̃o accepiſſe q̊d Corinthijs tradidit. Oportet igitur, vt pluribus de his verbis agamus. Lata eſt ſentẽtia: Reus erit corporis & ſanguinis domini, qcunq; indigne manducauerit. Dicet qſpiam: Ego igit nunq̃ accedã ad illam tremendã menſam, ne periculum incidam, ne homicida Chr̃i fiã. Reſpõdeo: Anguſtiæ ſunt vndiq;: Si nõ acceſſeris, Chr̃i inſtitutũ negliges: ſi acceſſeris indigne, reus eris corporis & ſanguinis Dñi. Quid igitur faciendum? Fac ita te p̃pares, vt digne poſſis ſumere. Qui operatᵘ

Phil. 2. eſt in te velle, opabitur & perficere. Sed age tractabimus id negocij clarius, eſt eñ tractatu digniſſimũ. Et principio quidem videamus, qua ratione Corinthij indigne coĩcauerint, quãdoqdem huius accuſant. Ipſi certe indigne ſumpſerũt illum cibum cœleſtem, & biberunt de illo calice Chriſti aliter q̃ oportebat. Primum crimẽ, quod in illis arguit Paulus, erãt factiones, diſſidia, hæreſis, qua quiſq; ſuo Eccleſiaſtæ adhærebat, cæteros inuido ore proſcindẽs: Ego ſum Pauli, aiebãt, Ego Apollo, Ego vero Cephæ. Quicunq; ergo ſunt diſſidiorum authores, quicunq; vnitatem Eccleſiæ turbant, indigne manducãt de hoc cibo, qui ſymbolum vnitatis eſt & pacis.

Quo-

Quomodo enim digne manducaret, qui tam perfricta fronte, cōtra significationem eius quod sumit, agit? Caueant igitur sibi ab hoc sacratissimo cibo, qui filij ecclesiæ non sunt. ¶Secundo arguit Apostolus Corinthios, q̄ non solū ipsi peccatis varijs polluti fuerint, sed etiam de alienis peccatis contristati non fuerint. Omnino tale nefas, inquit, auditur inter vos, quale nec inter gentes, & vos inflati estis, & non magis luctum habuistis. Indigne igitur manducat impius & volúptuarius, qui deos hominesq́ contemnit, qui sicut sus in cœno, ita in omni scelere volutatur: qui lætatur cum malefecerit, & exultat in rebus pessimis: qui impietate etiam aliena delectatur, qui omnis boni & honesti osor est. Tertio indigne manducāt, qui die noctuq́ scortationi, auaritiæ, idololatriæ, blasphemiæ, ebrietati & latrocinio vacant: Si enim huiusmodi, indigni sunt quibus cum Christianus vel communes epulas manducet, q̄ fieri poterit, vt talis sit dignus conuiua Christi? Et si tales, iuxta Pauli dictum, Regnū Dei non hæreditabunt, quo fructu putas de sacra cœna manducabunt? ¶Quarto indigne manducant, qui odio, liuore, ira tument, qui rixandi atq; iurgandi aguntur libidine, qui vindictæ sunt tenaces, qui in se peccanti ex animo nunq̄ remittunt, hi om̄es indigne participant de cibo filiorum Dei. In Euāgelio legimus, Beati pacifici, quoniā filij Dei vocabūtur. Indignum est igitur, vt quis sumat panem filiorum, & proijciat inuidis & rixosis canibus. Quod cum ita sit, quotusquisq; digne manducat panem hunc diuinum? quotusquisque digne de calice bibit? Iam quicunque manducauerit panem hunc, & biberit calicem domini indigne, ait Apostolus, reus erit corporis & sanguinis domini. Si omnis scortator, aut auarus, aut ebriosus, aut blasphemus abstinere debet, statim communicantes numerauimus. Quid igitur faciundum restat? Cura vt talis non sis, & non indigne manducabis vel bibes. Non enim impune licebit in totum abstinere. Neq; friuolum illud Lutheranorum commentū hic locum habet, vbi docent, impijssimum quenq; hac cœna esse dignissimum: illud enim remedij non pertinere ad sanos, sed ægrotos. Sed & nos illos interro

1 Cor. 5.
Prouer. 2
1. Cor. 6
Ephe. 5
Galat. 5
Matth. 5.
Obser.
Matth. 9

gabimus in eodem simili. Ait Christus in Euãgelio: Qui validi sunt, non indigent medico, sed qui male habent. Iam ergo ex te velim scire, Num Christus aliquẽ nolẽtem sanarit, Christus erat medicus, qui etiã incurabilem potuisset curare podagrã. Annas & Caiphas ægrotabãt, cur hos nõ sanauit? Quia ipsi curari noluerũt, respõdeas necesse est. Bonus itaq; immo optimus medicus est Christus: sed nõ sanat, nisi volentem sanari, & confitentem infirmitatẽ. Proximus ad salutem gradus est, agnoscere morbũ, & velle curari. Porro si qs nõ curatur, causa non est cœlestis medici, sed terrestris infirmi. Et medica potio operatur iuxta qualitatẽ & dispositionem eius qui potauit. Oculis ægris odiosa est lux, q̃ puris est amabilis. Non erat mala buccella, quæ tradita est Iudæ proditori. (Neq; enim medicus daret venenum) sed quia ille malus erat, indigne accepit, & reus factus est corporis & sanguinis domini. Multum quippe interest, nõ quid accipiat, sed quis accipiat: nec quale sit quod datur, sed qualis sit ipse cui datur. Nam & bona obsunt, & mala prosunt, sicut fuerint quibus dantur. Si igitur bonus fueris, proderit hic cœlestis cibus: si malus fueris, oberit, & reus eris corporis & sanguinis domini. Quid igitur faciendũ mi Paule? Nunquid fugiendum ab hac mensa? Nunquid perpetuo abstinendũ. Nequaq̃, inquit.

Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat.

Bonum & vere Apostolicum consilium. Sic ostendit insidias, vt interim quomodo quis elabatur, non taceat. Probet, inquit, seipsum homo &c. Ergo quicunq; se probauerit, non manducabit indigne, nec erit reus corporis & sanguinis domini. Omnis igitur difficultas in hoc est, quõ homo seipsum probare debeat. hoc si vere explicabimus, satis fecimus. Probare hic nihil aliud est, quàm si homo in semetipsum descẽdit, cum semetipso iudicium init, suamq́ conscientiã rogat, quis fuerit, qualis sit, quid debeat, quid item præstiterit. Nec satis est, hoc explorare, nisi quod erratum est, velis emendare: quod neglectum, resarcire. Vide iam, q̃modo ecclesiæ cũ

CAP.XI.

Paulo cõueniat. Paulus docet, vt homo semetipsum probet, priusq̃ his sacris epulis cõmunicet. Ecclesia docet confiteri peccata, ieiunare, pœnitentia angi, pietatis operibus vacare, vt sic non indigne suo tempore eucharistiam possis sumere. Ego non video cõpendiariam magis rationem explorandæ consciẽtiæ, q̃ in vera cõfessione sit: Nec video, quō quod neglectum est, resarciatur, nisi cum dignos pœnitẽtiæ fructus facimus. Proinde si sic temetipsum probaueris, & animũ tuum excusseris, iuxta matris ecclesiæ institutionem, iam non est vt timeas te reum fieri corporis & sanguinis domini. Nolo autem negligas probationem illam duas habere partes, alteram iudicij, postremam emendationis. Si enim emendare nolueris, non est causa cur animũ tuum discutias. Quis considerat vultum suum in speculo, qui nolit abluere quod vidit fœdatum? Quis probat aurum in fornace, qui nolit auro puro & puto vti? Breuiter, nemo aliq̃d quærit, nisi habeat causam propter quã quærat. Sic & tu si temetipsum probaueris, non videat tibi satis, nosse ꝙ impius, ꝙ auarus, ꝙ ebriosus &c. sis vel fueris, sed da operam, vt vltrà talis non sis. Nõ aũt eris vltrà talis, si displicuerit tibi te talem fuisse, si ex animo doles, ꝙ eiusmodi in Deum vel proximũ designaueris, si firmissime ꝓponis te, adiutrice Dei gratia, eiusmodi nihil facturꝫ, sed superbiam humilitate, auaritiam misericordijs pauperꝫ, ebrietatem & crapulam ieiunio & abstinẽtia vincere velle. Quod si non alio animo hanc cœnam accedis, q̃ conuiuiũ epularꝫ: quod alijs medicina est, tibi lœtale venenũ erit. Dicet hic q̃spiam: Ergo, si hæc oĩa fecero, digne possum manducare, nec reus agor corporis & sanguinis dñi? Nolo te dignum existimes, etiam si rite oĩa perfeceris, hoc enim superbiæ esset, non humilitatis. Absolute enim loquendo, neq; angelici spũs hoc cibo vere digni sunt. Plus igitur fidas dñi misericordiæ, q̃ tuis operibꝰ q̃litercunq; bonis. Fac quod in te est, & roga Christum, vt tuos defectꝰ supplere dignetur. Hinc pertinet quod Christus discipulis suis dicebat: Si feceritis oĩa quæ præcepta sunt vobis, dicite: Serui inutiles sumus: quod debuimus facere, fecimus. Nec est quod Lutherana colluuies catholicam ec Luc. 17.

clesiam proscindat, quasi docuerit filios suos plus fidere con fessioni, pœnitētiæ & ieiunijs, q̄ meritis Christi. Tutatur nos praxis ecclesiæ, quæ instruxit cōmunicaturos dicere illud Cē turionis, humilitatis maximū verbum: Dñe, non sum dignus vt intres sub tectum meum, sed tm̄ dic verbo, & sanabitur aīa mea. Hæc verba profecto non sunt verba arrogantis sibi plurimum meritorꝝ, sed hoīs de seipso humiliter sentientis. Sūt q̄dam, qui manducaturi hanc escam cœlicā, in profesto balnea petunt, quod & ipsum ob reuerentiā corporis Christi faciunt. Hoc probamus, si sic laues corpus, vt anima ab oīi lœtali morbo munda sit. Sunt q̄ adituri sacras illas epulas, splendide vestiunť. Quid dicemus ad hos? Curent, ne cum pharisæis & sacerdotibus iudaicis dilatent phylacteria, ne arrogantes sibi magnifaciant vestium fimbrias. Si anima nuptiali veste, veste inq̄ multis virtutum coloribus variegata, vestita fuerit, non minus placebis dño lacera veste, q̄ ille purpura. Pietas in vestitu sita non est, volumus tñ, vt iuxta Apľm nostrum oīa fiant in ecclesia cum modestia & suo ordine. Qui eleganti vestitu ingrediť, videat q̊ animo fiat, & suus sit ipsemet iudex, memineritq; se in conspectu Dei & angelorꝝ versari. Reliquum est vt & de hoc nonnihil loquamur, q̊d ecclesiæ mos obtinuit, vt eucharistia à ieiunis sumatur. Liquido certe petet, qñ primo acceperūt discipuli corpus & sanguinem dñi, non eos accepisse ieiunos. Nunq̄d tñ propterea calumniandum est vniuersæ ecclesię, quod à ieiunis accipitur? Nequaq̄. Ex hoc enim placuit spūisancto, ait Augustinus, vt in honorem tanti sacramenti, in os Chŕiani prius dñicum corpus intraret, quàm cæteri cibi. Nam ideo per vniuersum orbē mos iste seruatur. Neq; enim quia post cibos dedit dñs, propterea pransi aut cœnati fratres, ad illud sacramentū accipiendū accedere debent, aut sicut faciebant, quos Apľus arguit & emendat, mensis suis ista miscere. Nanq; saluator, quo vehementius cōmendaret mysterij illius altitudinē, vltimū voluit hoc infigere cordibus & memoriæ discipulorꝝ, à q̄bus ad passionem digressurus erat. Et ideo non p̄cepit quo deinceps ordine sumeretur, vt Apostolis, per q̊s ecclesias dispositurus erat, ser

Ad Ianuariū.

seruaret hunc locum. Huius ieiunæ sumptiõis, vt ita dicam, meminit etiã Tertullianus ille vetustissimus, cum scribit lib. 2. ad vxorem: Non sciet, inquit, maritus, qd secreto ante oẽm cibum gustes. Et si scierit, panem non illum credit esse qui dicitur. Sed hæc sufficiant, de suimetipsius probatione ante eucharistiã. Vere vere, pie hæc docuit hactenus ecclesia. Quod si quid erratum est à qbusdam stultis confessoribus, ecclesiæ acceptum ferre nemo debet. Inuenies cæcos qui sibimetipsis cæcos duces seligunt. Hi quandoquidem perire volunt, suo malo pereant. Sequitur:

Qui enim manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit, non dijudicans corpus dñi.

Necesse est, inquit Aplus, vt quis semetipsum probet atq; discutiat modo p̃dicto. Qui enim mãducat & bibit indigne, hoc est, qui non probauerit semetipsum, qui non conscientiam suam excusserit, iudicium sibi manducat, hoc est, in condemnationẽ sibi sumit hũc cœlestem cibum, non dijudicans corpus dñi, id est, non alio animo accedens ad illas sacratiss. epulas, q̃ ad alios ventris cibos. Neq; enim est dubium, quin qui discernere nouit inter hunc cibum & alios cibos, non statim illotis manibus ad illam tremendã mẽsam adcurret. Impie facit, qui citra reuerentiã ad cõmunes cibos accedit: magis ergo impie, qui ad cœlestem cibum. Cibus eñ ille, quem de mẽsa dñi accipis, non ventri p̃paratus est, vt corporaliter & naturaliter sic de hoc nutriare. Corpori qdem aliquo modo prodest, sed animæ gratia principaliter institutus est. Fac igitur dijudices hunc cibum cœlestem, à cibo terreno & corruptibili. Non est q̃d videt̃ in dñi mẽsa, sed quod credit̃. Nec est vt oculos tuos, gustum tuum, vel manus tuas tecum adferas: fidem adfer tecum, & suffecerit. Hic eñ profecto locum habet, quod Esaias scribit: Nisi credideritis, non intelligetis. Esa. 7.
Quod si oculos tuos, gustũ tuum, manusve tuas interrogaueris, falso iudicabũt, teq; decipient. Si aũt Christum audieris, alia accipies, & veritas ipsa te nõ decipiet. Christus porro dicit: Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur. Hic est

sanguis meus, qui pro multis effundetur in remissionem pec catorum. Huic habenda est fides, quicq̃d tandē stupidi nostri sensus iudicēt. Olim dicebat Christus Iudæis: (discipulis eti-
Ioan.6. am præsentibus) Ego sum panis viuus, qui de cœlo descendi. Si quis mãducauerit ex hoc pane, viuet in æternum. Et panis quem ego dabo, caro mea est, quam dabo pro mundi vita. Hęc loquente Iesu, litigabant Iudæi ad inuicem, dicentes: Quō potest hic nobis dare carnem suam ad manducādum? Nec mirum est, ꝙ imprudentes & cæci illi Iudęi sup hoc dñi sermone litigabant. Maiora enim sunt quàm vt Ioseph fabri filius, & qui in principe dæmoniorꝫ eijcit dæmonia, hæc pstare possit. Talis certe Iudęis videbatur Christus tunc tẽporis. Sed discipuli dñi, rogati num & ipsi vellent abire, dicebant: Dñe, ad quem ibimus? Verba vitæ æternæ habes. & nos credimus & cognouimus, quia tu es Christus filius Dei viui. Igitur q̃ sibi psuasum habet, Christū non esse Ioseph fabri filiū, non magnum aliquem tm̃ hoīem, sed filium Dei viuentis, hic facile verbis Christi credet, etiam contra iudicium oīm sensuum. Opinor itaqꝫ ꝙ, si Iudęi nouissent & credidissent Christum Dei vnigenitum filium, nunq̃ quicq̃ de verbis Christi addubitassent. Quare hoc? quia nouerunt verba Mosis q̃ di-
Exo.15. cebat, Oīpotēs nomē ei⁹. Recordati fuissent & veterꝫ mirabilium, quæ operatus est Deus per manū Moysi & Aaron. Sic
Psal 76. Psal. ex memoria operum dñi & mirabilium eius, in eam vocem prorupit: Quis, inquit, Deus magnus sicut Deus noster? tu es Deus qui facis mirabilia. In Exodo legimus: *Dixit dñs* ad Mosen: Quid est quod tenes in manu tua? Respōdit Mo-
Exo.4 ses: Virga. Dixitq́ꝫ dñs: Proijce eam in terrā. Proiecit, & versa est in colubrum, ita vt fugeret Moses. Dixitq́ꝫ dñs: Extēde manum tuam, & appræhēde caudam eius. Extendit, & tenuit, versaq́ꝫ est in virgā. Nouerant Iudæi etiam q̃ facile manus Mosis fuerit lepra obducta, & rursum mūdata. Adiungā q̃d
Exo.4. propius ad hanc rem faciet: Nōne mirum est, ꝙ petra illa du-
riss. ad iussum Dei, & pcussione virgæ, aquam copiosam emit
Num.20. tit? Quàm infinita miracula videre licet in vnico Man? Et ex his hoc cum primis admirandū fuit, q̃ntumuis quis ex eo col

le-

CAP. XI.

legisset, nihilo tñ plus habuit, q̃ iuxta p̄scriptam sibi mensuram. Alterũ, qui minus collegisset, nihilo minori mensura q̃ is q plus collegisset, domũ reportauit. Tertiũ, in alium quẽuis diem, quàm in sabbatum, seruatum, computruit. Quartum, cum posset tam facile putrefieri, tñ in arca per multos annos incorruptũ seruabat. Sũt adhuc & alia miracula circa Man, q̃ qlibet videre poterit apud Mosen. Quæ oĩa, vt ad institutum redeam, si meminissent Iudæi, & si quid sublimius de Christo sensissent, hoc est, si ipsum verũ Deum & hoĩem credidissent, nõ fuisset illis sermo Christi durus visus. Postq̃ supra hoĩem de Christo nihil iudicant, non mirum est ꝙ verbis & pollicitis eius non crediderint. Nos aũt qui cum Petro ipsum agnoscimus Christum filium Dei viuẽtis, facile ipsi credimus, qñ accepto pane, gratijs item actis, dicit: Hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur. Filius Dei est, ideoq́ nihil ipsi impossibile. Propter nos homo factus est, ideoq́ quicqd ipsi⁹ in nos charitatem testari potuit, non neglexit. In quo porro magis manifestatur charitas Christi in nos, q̃ in eo ꝙ nos ꝓprio suo corpore, proprioq́ suo sanguine cibat & potat? Hoc eñ modo & ipse in nobis, & nos in ipso manebimus, qua maior vnio ne cogitari qdem potest. Hinc Christus ipse dixit: Caro mea vere est cib⁹, & sanguis meus vere est potus. Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinẽ, in me manet, & ego in illo. Ad dignam igitur huius sacramenti sumptionem pertinet, vt dijudicemus corpus dñi à cæteris cibis, vt ex animo credamus, nos vere & realiter pasci corpore & potari sanguine dñi nostri Iesu Christi. Cœna enim nostra, à cœna illa Christi, q̃ntum ad precium cibi pertinet, in nullo differt. Quando igitur sacerdotem corpus dñi tibi p̄bere videris, noli sacerdotis, ait Chrysostomus, sed Christi manũ ad te porrigi arbitrari. Et Basilius admonet, vt cum timore, fide & charitate accedamus. Timorẽ, ex reuerentia: fidem, vt credamus esse quod dicitur. Charitas porro ad gratiarũ actionem pertinet. Tu igitur quisqs catholicam & fidem & ecclesiã amas, surda aure pterãsi hæreticorũ ꝓterua dicteria, cõtemne Messalianos, Euchetas, & Ebionistas, & vni Christo habe fidem,

Exo. 16.

Ioan. 6.

Chrysost.

Basilius.

qui

qui suo corpore & sanguine te cibat atq; potat, donec veniet. Hoc si feceris, non parum deuotionis addet tibi sumpturo corpus illud dñicũ. Non temere vel curiose puestiganda sunt ecclesiæ mysteria, sed potius Deo gratiæ habendæ, cuius dona etiam oĩm hoĩm captum excedunt. Et fideles dicimur, non à perfecta cognitiõe, sed à vera fide. Quod reliquum est Apostoli, interpretabimur.

Ideo inter vos multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi.

Ne quis Aplm existimet temere dixisse, quæ vel qualis pœna maneat illos, qui indigne sumũt sacramentũ corporis & sanguinis dñi: oculata, vt ita loquar, in mediũ adfert testimonia, dicens: indignam hanc sumptionem in causa esse, ꝙ tam multi Corinthioꝝ vel toto corpore infirmi sunt, vel aliquot mẽbris debiles, vel etiam ꝓmatura morte rapti, quod postremum Aplus, propter spem resurrectionis, somnum siue dormitionem appellitat. Dormiunt, inquit, multi, hoc est, multi iam mortem obierunt, qui, si nõ indigne cõmunicassent corpori & sanguini dñi, iam adhuc in viuis existerent. Varij igitur morbi, & ꝓmaturæ mortes testimonio sunt, q̃ grauiter offendatur Deus temeraria & indigna sacramentoꝝ vsurpatione & tractatu indigno atq; irreuerenti. Hæc & nobis dicta, o boni hoĩes, q annis singulis noua & ꝓrsus incognita morborum videmus genera: timeo vix ob aliam causam, q̃ ꝙ res mire sacras, tam prophane tractamus. Quodnam ecclesiæ sacramentum est, quod non in occasionem blasphemiæ rapiatur? Quod ecclesiæ sacramentũ, quod debita veneratione celebretur? Baptismus, luxus & fastus occasio est. Confirmationis sacramentũ prorsus negligitur. Pœnitentiæ ne nomen qdem admittimus. Matrimonia tam caste seruant, vt nescias, lupanaria ne sint an coniugia. In sacerdotium rapiunt, quos subulci noĩe merito indignos censeres. De eucharistia supest vt dicam. Quæ qualisve apud tractatores illius reuerentia? q pietas? quæ dñicę passionis memoria? Vbi animus charitatis, quam sacramentũ hoc significat, amans? Vbi gratiaꝝ actio,

CAP. XI.

vnde Eucharistiæ nomen accepit? Hæc cum perpetuo apud nos præpostero ordine fiant, tamen identidē miramur, vnde virga illa domini ferrea. Nō est obscurū q̄d acciderit Ozæ, 2.Reg.6
qui extendit manū ad arcā Dei, sed percussit eū dn̄s super hac temeritate, ita vt subito periret. Quid loquar de Bethsamitis, 1.Reg.5
quorū quinq; millia & septuaginta viros percussit dn̄s, eo φ vidissent arcā dn̄i? Et in arca illa dn̄i nō continebatur corpus dn̄i, sed manna, q̊d erat typus eucharistiæ nostræ. Non igitur mirum est, si grauiter puniuntur, qui indigne tractāt corpus & sanguinē dn̄i. Caueamus igiť nos, ne similis pœna nos obruat: q̊d facile cauebimus, si laborabimus cor nostrū mundū habere, si nulla peccati delectatio in nobis remāserit. In euāgelio videmus, q̄rū in manibus baiulari delectet dn̄s, quū Simeon ille senex iustus & timoratus, puerū Iesum in vlnas accipit. Nec caret mysterio, φ arca illa dn̄i non de q̊uis ligno, Exo.25
sed de ligno selectissimo Sethim fabricata fuerit. Nouimus em̄ q̄ detestetur dn̄s vbiq; lignū sterile & infrugiferū. Lignū vero amat, q̊d plantatū est secus decursus aquarū, q̊d fructum suū dat in tēpore. Pertinet & ad hoc negociū, φ dn̄s dixerat Leuit 10.
ad Aaron: Vinum & omne q̊d inebriare potest, nō bibetis tu & filij tui quādo intrabitis in tabernaculū testimonij, ne moriamini. Nemo enim nouit, quantū malorū secū ferat ebrietas. Et si iuxta eundē Mosen, homo qui aliquā maculā vel fœ Leuit.21.
ditatē habet in corpore, nō audet offerre panes propositiōis: q̄d statuendū de his, q̄ impuriss. sunt animis? Studeamus igiť optimi fratres, ne impuris affectibus ad illas cœlestes accedamus epulas. Quod quomodo fieri possit, & qua rōne dn̄i offensam effugere possimus, ipse Apl's statim admonet, dicens:

Quod si nosmetipsos dijudicaremus, non vtiq; iudicaremur. Dum iudicamur autē, à dn̄o corripimur, vt nō cum hoc mundo damnemur.

Diximus in superioribus, quomodo homo debeat semetipsum probare, q̊d hic dijudicare dicit. Et sensus est: Quod si Hiere. 46
agnosceremus peccatū nostrum, & p̄ dignos pœnitētiæ fructus emēdarem⁹, nequaq̄ iudicaremur, hoc est, puniremur à

 dn̄o,

dño,nequaq̃ dñs tã varios morbos in nos mitteret. Cum aũt nemo nostrũ agnoſcit peccatũ ſuũ,ne dicã emendet, nõ immerito adſcẽdit furor dñi in nos, & punit nos. Mauult enim dñs,vt de nobiſmetipſis ſumamus pœnã,q̃ vt ipſe,iuſtitia cogente,de nobis ſumere debeat. Hinc toties de noſtra impœnitẽtia cõqueritur,hinc toties pœnitẽtiæ bonũ oſtentat,hinc toties ſuã miſericordiã offert,& quaſi de noſtro interitu do-
Hiere. 8 let atq; cõquerit. Hinc in Hieremia legimus: Hæc dicit dñs, Nunqd qui cadit,nõ reſurget? & q auerſus eſt,non reuertet? Quare ergo auerſus eſt populus iſte in Hieruſalem auerſione cõtentioſa? Appræhẽderũt mendaciũ,& nolũt reuerti. Attẽdi & auſcultaui.nemo,q̊d bonũ eſt,loqtur. Nullus eſt q agat pœnitentiã ſup peccato ſuo,dicens: Quid feci? Oẽs conuerſi ſunt ad curſum ſuũ,quaſi equus impetu vadẽs ad p̃lium &c.
Hiere. 13 Et rurſum: Si mutare poteſt Aethiops pellẽ ſuã, aut pardus varietates ſuas,& vos poteritis bñfacere cũ didiceritis malũ.
Eſa. 49 Et apud Eſa. loqtur dñs verbũ vere paternũ,& miſericordia plenũ: Nunqd obliuiſci poteſt mulier infantẽ ſuũ, vt nõ miſereatur filio vteri ſui? Et ſi illa oblita fuerit,ego tñ non obliuiſcar tui &c. Quod ſi delectaret dñs ꝑditione noſtra, cur tã blandis verbis nos inuitaret ad pœniam? Si amaret nos in periculũ p̃cipitare,nõ doceret effugiẽdi occaſionẽ. Sed propterea nos admonet,vt noſmetipſos iudicãtes & corrigẽtes, illius iudiciũ effugere poſſimus. Dicamus ergo cũ propheta:
Pſal 50. Miſerere mei Deus,ſecundũ magnã miſericordiã tuam: Qm̃ iniquitatẽ meã ego cognoſco,& peccatũ meum cõtra me eſt ſemp &c. Hæc ex aĩo dicẽtes,& emẽdare cupiẽtes, nequaq̃ à dño puniemur. Quid ſi flagella dñi iã ſentimus? nunqd ideo deſperandũ eſt de venia? Nihil minus, ſed audi Apoſtolũ ſic dicentẽ: Dũ iudicamur aũt,hoc eſt,dũ punimur, à dño corripimur tantũ,vt nõ cũ hoc mundo dãnemur. Acſi dicere vellet: Indiciũ diuinæ miſericordiæ eſt,qñ dat nobis ſpatiũ pœnitẽtiæ,vt de nobiſmetipſis peccatoꝝ noſtroꝝ pœnas ſumere poſſimus. Quod ſi nos negligẽtes fuerim⁹,& dñs in virga nos viſitauerit,neq; tñ de illius miſericordia deſperandũ eſt. Quod eñ nos flagellat,& hoc ipſum magnæ miſericordię argu-

gumẽtũ est. Ideo eñ fit, vt nos agnoscẽtes ex cõsideratiõe flagellorũ dñi offensam, resipiscamus, ne in peccatis pseuerãtes, cũ mũdo (hoc est, cũ infidelibus) in iudicij extremo die cõdemnemur. Quærite igitur dñm dum inueniri potest, inuocate eum dum prope est. Cum Esaia loquor: Derelinquat impius viam suam, & vir iniquus cogitatiões suas, & reuertatur ad dñm, & miserebitur eius, qm̃ multus est ad ignoscendũ. Oculi dñi ad timentes eum, & ipse agnoscit oẽm operam hoĩs, ait Sapiens. Nemini mandauit impie agere, & nemini dedit spatium peccandi. Non enim concupiscit multitudinem filiorũ infidelium & inutilium. Sufficiant hæc pro sententia Pauli. Obseruandũ tñ, vt nemo sibi ipsi blandiat, si post indignam sacramentorũ sumptionem, summa potitur voluptate. Non enim vlla est grauior Dei ira, q̃ si peccantẽ in p̃senti non corripit. euidẽs enim argumentũ est, q̃ sit æterno igni tradẽdus. Hinc illa prophetæ deprecatio: Corripe me dñe, veruntñ in iudicio, & non in furore tuo, ne forte ad nihilum religas me. Et illud Dauidis: Domine, ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me.

Esa.55. Eccl.15. Hiere.10. Psal.6.& 37.

Itaque fratres mei cum conuenitis ad manducandum, inuicem expectate. Si quis esurit, domi mãducet, vt non in iudicium conueniatis.

Conclusurus iam Aplus id negocij, quasi vno fasce complectitur in vniuersum quid velit. rursumq; fratres vocat, ne videatur ex indignatiõe vel cõtemptu quid dicere. Admonet igitur, vt cõuenientes in templũ ad Agapen, hoc est, dilectionis cœnam, inuicem expectent. Suprà eñ dixerat, Vnusquisq; p̃occupat cœnam suam ad manducandũ. Et qm̃ conuiuia illa in cœtu sanctorũ, magis pauperũ gratia instituta fuerant, q̃ ventris: item ne quis gulæ suæ p̃texat esuriem, addit Aplus: Si quis esurit, domi manducet. Hoc porro quare admonuerit, subiungit, dicens: Vt non in iudicium, hoc est, in condemnationem vestri conueniatis. Quod si enim Corinthij suo more voluerint templis pro tabernis vti, p̃staret nunq̃ in tẽplum venisse. Instituta enim sunt huiusmodi conuiuia, non in gni-

ciem, sed in cōmodum fratrū. Sed de hac re in superioribus.

Cætera autem, cum venero, disponam.

Hoc est, si quid vltrà ad hoc negocium pertinet, ego p̄sens apud pręsentes ordinabo. Neq; enim est dubiū, quod & suprà admonuimus, Ap̄los in suis ecclesiis multa ordinasse, quę scriptis non sunt cōmendata, sed quasi p manus posteris tradita. Hinc toties in veter monumentis legimus illa vel illa ab Apostolis tradita. Sic quę instituit Petrus, Clemens tradidit: Quæ Ioānes instituit, vidit Ignati⁹ & Polycarpus: Quæ Paulus instituit, posteris cōmendauit Dionysius ille Areopagita, sicut hactenus creditum est. Eo ptinet, quod Origenes testat ecclesiam baptismū paruulorꝝ ab Apostolis accepisse. Item, quod ad hoc negociū propius facit, D. Chrysostomus non semel hæc populo dicit: Non temere ab Apostolis sancitum est, vt in celebratione venerandorꝝ mysteriorꝝ memoria fiat eorꝝ qui hinc discesserunt. Nouerunt, inquit, illis multū hinc emolumēti fieri, multū vtilitatis &c. Est in Philip. 1. cap. Sed non est locus de his longius tractari, cum paucis absolui non possit. Hæc tn̄ quæ iam diximus, si quis altius considerauerit, non plurimū mirabitur, quō Missa in huius seculi vsum deuenerit. Quicq̄d hic institutū est, piū est, & à nemine nisi hæretico calūniari potest. Fastū, auaritiā, & malā mentē, in om̄i re detestamur. Sed sufficiāt hæc pro præsenti capite vndecimo.

lib. 5. in epistolam ad Rom.

Caput XII

DE spiritualibus autem nolo vos ignorare fratres. Scitis autem quoniam cum gentes essetis, ad simulacra muta, prout ducebamini, euntes.

Diuus ille Ioannes, cui ob incredibilem ipsius eloquentiam Chrysostomi nomen inditum, enarraturus p̄sens caput, ingenue fatetur esse caput prorsus obscurꝝ: cuius q̄dem causam adducit, ignorantiam & defectum rerum earꝝ, quæ tunc cum hæc scribebat Apostolus, contingebāt. Cum igitur vir ille, non minus doctus q̄ sanctus, difficultatem huius loci agnouerit,

nerit,quid nos dicemus,qui post tam multos annos Chrysostomum seqmur? Verum bonus ille vir, non nihil repulit tenebras illas suæ interpretationis splendore, & aperuit nobis elabendi viam,quam dextro Marte, gratia spūs auxiliāte,sequemur. Res igitur quam hic Aplus adgreditur, sic habet: Si qui tempore Aplorum baptizabant, linguis q̄ primū loquebant,neq; tm̄ linguis,sed multi etiā ꝓphetabāt. Nōnulli alīs erant ꝑditi potestatibus. Nam cum ab idolis recederent,neq; Chrianoꝝ legibus assueti fuerāt,neq; de Deo vero veram cognitionem habuerant,tñ baptizarent,mox spm̄ accipiebant. Cum aūt spm̄ non cernerent,quippe qui inuisibilis est,sensibile q̊ddam indiciū dabat oꝑationis illius gratia: & hic qdem Persaꝝ,ille Romanoꝝ,Iudæoꝝ alius,alius alia q̄dam loquebatur lingua. Ex quo etiam exteri⁹ ꝑspicuū erat, spm̄ in ipso esse dum loqueret. Hæc ex Actis Apostoloꝝ patēt. Nam qm̄ hoc primū Apostoli signum acceperunt,etiā fideles hāc gratiam accipiebant linguaꝝ: neq; hanc dūtaxat, sed & alia plura. etenim multi mortuos suscitabant, dæmones expellebāt, & alia multa huiusmodi faciebant miracula, & donis pollebant,alīj qdem minorib⁹,maiorib⁹ alīj. sed maxime linguarum,quod eis simultatis causa factum est,non suapte natura, sed accipientium stultitia. Qui em̄ maioribus erant ꝑditi,contra eos qui minora acceperant, nitebant. Illi rursus dolebāt, & inuidia in maiores mouebant. Cęteꝝ sup hæc oīa cum dn̄s suos tam mirificis decoraret donis, & qdā his abuterent, adgressus est & dæmon sua intermiscere Zizania; & ipse suos instituit vates & magos & ariolos,qui iam morbos expellerent,& fortassis linguis variis loquerent,necnon & futura ꝑdicerent,vt sic imitaretur diabolus hostis humani generis veros prophetas,ipsisq; apud fideles & Chri ministros fidē derogaret & authoritatem. Ostendit ergo Apl's discrimen inter Dei prophetas,& vates dæmonis. Sufficiant hæc pro argumēto huius capitis. Iam Pauli nostri verba audiemus. De spiritualib⁹ aūt,inqt,nolo vos ignorare fratres. De donis,inqt, spūssancti qui in fidelibus operaf, etiam meam vobis apiam sententiā,qn̄quidem & in hoc videam vos non recto trami-

te incedere. Sicut enim in negocijs baptismi, matrimonij & eucharistiæ nonnihil à vero vsu declinastis, ita & in negocio illo donorum spũssancti. Exordiolum hoc est. Iam adgreditur disputationem, inquiẽs: Scitis enim quõ cum gẽtes essetis, ad simulacra muta, prout ducebamini, euntes. Cum adhuc gentes essetis, & à fide Christi alieni, spũssancti dona nihil mouebant, quippe qui solo malo spũ ducebamini. Et vbicunq; vos ducebant vr̃i prophetæ & sacerdotes idolorum, sequebamini. Sed quo vos ducebant? Ad simulacra muta, ad ligna, ad truncos, ad lapides, ad simulacra aurea vel argẽtea. Quid igit̃ boni sperare potuistis ab ijs, qui os habent, & non loquent: qui oculos habent, & nunq̃ videbunt, qui deniq; semetipsos iuuare non possunt, quorum interitus & salus in manu hoĩm sunt? Ad tales, inquit Paulus, deos ducebant vos idolorum vestrorum mystæ, & vos vltro, immo à dæmone decepti, sequuti illos estis. Diu oportet expectetis, donec mutũ illud simulacrum vel linguis varijs loquatur, vel prophetet, vel mortuum suscitet, vel aliquid aliud hui⁹ generis operet̃. Quod igitur ipsum simulacrum per se non potest, quid per alios operabitur? Igitur cum adhuc gentiles eratis, non opus erat vt super donis spũssancti instrueremini, Eratis em̃, sicut & vestri Dij, lignei vel lapidei. Sequitur:

Ideo notum vobis facio, q nemo in spiritu Dei loquens, dicit Anathema Iesu. Et nemo potest dicere Dominus Iesus, nisi in spiritusancto.

Iam veros ꝓphetas à falsis discernere docet, ostendẽs in quo inuicem aduersentur: Certos, inquit, vos facio, ne vltrà quis vos decipere possit, aut se pro propheta vero venditet, q spũ dæmonis agitatur. Hic ergo vobis sit Lydius lapis, ad hanc regulam probate spũs: Nemo in spũ Dei loquens, dicit Anathema Iesu: Hoc est, nemo qui execrat̃ Chr̃m, spm̃ Dei habet. Ideoq; quotquot nomẽ dñi Iesu blasphemauerint, siue illi fuerint Iudæi, siue gentiles, non sunt boni prophetæ, sed seductores & instrumẽta diaboli. Rursum inquit Apl̃s: Nemo potest dicere Dñs Iesus, nisi in spũsancto. Hoc est, Quicunq;

fate

fatetur Iesum Christum oīm rerum esse dñm, qui ipsius verbis fidem habet, qui gloriam ipsius promouet, hic vere testat se habere spm̄ Dei, neq; se esse deceptorem, sed verū prophetam, Cæterorum quæ hic Paulus obscure, Ioānes in canonicis clarius docet: Charissimi, inquit, Ioannes, Nolite omi spūi credere, sed probate spūs an ex Deo sint: qm̄ multi pseudoprophetæ exierunt in mundū. In hoc cognoscitur spūs Dei: Oīs spūs qui confitet Dñm Iesum Chr̄m in carne venisse, ex Deo est: Et oīs spūs qui soluit Iesum, ex Deo nō est: &c. Hæc tum certissima fuit probandorum spūum regula. Oēs enim pseudoprophetæ derogabant Christi dignitati, vel plus vel minus de ipso sentientes. Hi docebant Chr̄m hoīem quidem esse, sed non Dei viuentis filium. Alij docebant Chr̄m Dei quidem filium esse, sed non verum hoīem. Vtriq; ergo malo spū prophetauerunt. Porro de pbandis spiritibus fortassis oportuniori loco. Apl̄us hoc loci maxime contra gentiles & Iudæos loquitur, qui conabantur simplices Christianos à simplicitate Christianæ fidei abducere. 1. Ioan. 4.

Diuisiones vero gratiarū sunt, idem autem spiritus: Et diuisiões ministrationum sunt, idem autem dominus: Et diuisiones operationū sunt, idem vero Deus, qui operatur omnia in omnibus.

Absoluerat Apl̄us paucis, qua ratione forent probādi pphetæ: iam igitur aliud negociū adgreditur, nimirum hoc, dona illa spūssancti ita esse distributa, vt nemo super his merito conqueri possit, siue ille plus, siue minus acceperit. Admonet primū, qui minorem habet gratiā, & ppterea dolet: Quam ob rem, inquit, doles? Num, qđ nō accepisti q̄ntum alius? Sed intellige qđ dona sunt & gratiæ, & non debitum. Cum igitur spūs ille distributor donorum, non sit debitor tuus: impudens es, qui non es cōtentus, cum etiam tibi iure nihil dare potuisset. Non sunt solutiones debitorum, sed diuisiones gratiarum & donorum. Nec vni oīa dona dat, sed diuidit, quod suum est, in multos. Et si hic plus potest, tu minus, non est quod doleas,

quum

quum vterq; ab vno datore accepistis. Non enim iam potes dicere, q̧ illi q̄dem spūs largitus est, tibi vero angelus. Nam vtrinq; à spū proficiscit. Itaq; & si in munere differentia est, non tñ in datore. Addit deinde: Et diuisiones ministrationū sunt, idem aūt dñs. Et hoc ad consolationē eius pertinet, qui dolet se minimū accepisse. Cū eñ audit dona illa vocari non dñium, sed ministrationem, non ocium, sed laborē, facile contentus erit sua sorte. Quid igitur doles, inquit, si alium magis laborare p̄cipit, tibi aūt parcit? Et in euangelio legimus: Cui multum cōmissum est, multū auferetur ab eo. Rursus addit: Et diuisiones operationū sunt, idem vero Deus, qui operatur oīa in oībus. Quid si etiam multa dona accepisses? Nunquid igitur putares te inde gloriari merito posse? Minime gentiūt Siue enim quis plura, siue pauciora operabit, non est quo vel superbiat, vel doleat, cū oīa nostra bona opera, ad Deum oīs boni fontem & originem, referenda sint. Cæterū quod Apl's hic noīat gratiam, ministrationem & operationē, etiamsi tribus noībus appellent, tñ idem sunt reipsa. Quidam sic distinguunt, vt illa tria respondeant, ad facultatem, authoritatem, & executionē. Rursum primū ad ea, q̄rum ductu aliquid facimus, sapientiā, prudentiā &c. Diuisiones ministrationum, ad Apl'os, prophetas, doctores in ecclesia. q̄rum mentionem sub finem capitis huius audiemus. Diuisionem porro operationum, ad vim operandi miracula referri volūt. Omnia q̄dem pie & apposite.

Vnicuiq; aūt dat̃ manifestatio spūs ad vtilitatē.

Manifestationē spūs, signa appellat, q̄bus certi reddimur, hoīem spūssancti gratiam habere. Et hæc pauca verba, plurimum consolationis in se habent: Vnicuiq; datur gratia spūs ad vtilitatem. Ne eñ q̄s diceret, Quid si idem spūs, & idem dñs, & idem Deus, sed ego minus accepi? Respondet, Qm̄ ita tibi vtile fuit, & certe dñs p̄sciuit, eximia dona tibi neutiq̄ fore vtilia. Proinde nō est quod doleas te parum accepisse, aut q̧ aliīs hanc fœlicitatem inuideas, qui hac nimirū melius vti norunt q̄ tu. Noluit idem Deus tibi dare q̄ntum poterat, sed

 Cap. XII.

quantũ tibi foret vtile. Quod enim maius accipiat, q̃ ferre qs possit, id inutile est, & damnũ affert & ignominiã. Ad hoc ptinet, q̃d & in Euangelio legimus, Dñm dedisse sua bona seruis, vnicuiq; secundum propriam virtutem.

Alĳ quidẽ per spiritũ datur sermo sapientiæ: alĳ aũt sermo scientiæ, secundũ eundem spiritum.

Incipit iam Apostolus per species enumerare quædã dona spũs, quæ & si sint varia, tamen oĩa ab eodẽ fonte manãte. Alĳ, inquit, datur sermo sapiẽtiæ, alĳ sermo scientiæ. Sapientia circa diuina occupatur, scientia circa tẽporalia. Sapientia est, si quis scite & apposite loqui potest de inuisibilibus, de his quæ sunt supra hominem, vt de fide, de spe &c. Hoc dono maxime donatus fuit Ioannes ille Euangelista, quod cum ex Euangelio, tum etiam ex Epistolis illius patet. Fuit & Paulus dono sapientiæ donatus, qui sapientiã loquitur inter pfectos, non sapientiã huius mundi. Hinc ibidem loquit: Nos autem non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum qui ex Deo est, vt sciamus quæ à Deo donata sunt nobis, quę & loquimur, non in doctis humanæ sapientiæ verbis, sed in doctrina spiritus. Et Christus ipse discipulis dicebat: Dabo vobis os & sapientiam, cui non poterunt contradicere oẽs aduersarĳ vestri. Huius doni vim maxime videmus sese exerentem in Stephano, disputãte cum Iudæorum proceribus. Donum porro scientiæ, circa temporalia & externa, vt diximus, occupatur. Scientia enim hæc, docet nos sic transire per bona temporalia, vt non amittamus æterna. Et certe non paruipendẽdum spiritus donum est, si quis etiam in his quæ huius mundi sunt, prudenter & discrete agere nouit. In libro Iob legimus: Ecce pietas est sapientia: abstinere autem à malis, scientia est. 1. Cor. 2 / Luc. 21. / Acto. 6. & 7.

Alteri fides in eodem spiritu, alĳ gratia sanitatum in vno spiritu, alĳ operatio virtutum.

Alia enumerat dona, qbus spũssanctus suos fideles decorare solitus fuerat. Alteri, inqt, datur donum fidei, ab vno eo

demq́ꝫ spũ. Sed quodnã hoc donum est? Non simpliciter in rebus fidei certum esse, sed ipsam fidem etiã posse operatione miraculoꝝ confirmare. De simili fide legimus in euange-
Luc. 17. lio: Si habueritis, inq̃t, fidem sicut granũ sinapis, dicetis monti huic, Transi hinc, & transibit &c. Est eñ aliq̃d, vel miraculis probare fidem, quã simplici verboꝝ persuasione probare non possis. Alius fortassis donũ sapientiæ habet, vt ex radicibus sacræ scripturæ suã fidem probare possit: tu q hoc dono cares, aliud habes non minus vtile. Sequitur gratia sanitatũ & operatio virtutũ, quæ, Chrysostomo authore, non idem sunt. Qui enim habebat donũ sanandi, curabat solum: q autem operationes virtutum, etiã puniebat. Virtus enim est, nõ
Act. 13. sanare tantum, sed etiam punire, quemadmodum Paulus cæ
Acto. 5 cauit, & Petrus perdidit. Hæc q̃ diuersa sint, tamen & ipsa ab vno eodẽq́ꝫ spiritu manant. Sequitur:

Alij prophetia, alij discretio spirituum, alij genera linguarum, alij interpretatio sermonum.

Prophetiam hic vocat, authore Ambrosio, cũ quis spiritu sancto repletus, prædicit futura, quales primitiua ecclesia multos habuit, iuxta illud Iohelis à Petro in Actis adductũ: Effundam de spiritu meo super omnem carnẽ, & propheta
Iohe. 2 bunt filij vestri &c. Sic rursum in Actis legimus, Euãgelistæ
Act. 21. Philippo quatuor fuisse filias prophetissas. Et continenter describitur propheta Agabus, qui passionem Pauli in Hierusalem prædicebat. Post prophetiam sequitur discretio spirituum, qua quis posset discernere deceptorem à Christi propheta. Et hoc donum summe necessarium est, quandoquidẽ
2. Cor. 11. satanas ipse soleat se aliquando pro angelo lucis venditare. Et pseudoprophetæ aliud corde celant, aliud foris promittunt, sic vt non statim à quibuslibet probari possint: sicq́ꝫ su-
Matth. 24 is technis vtuntur, vt si fieri posset, etiam electos seducerent. Hæc cum ita se habeant, mirum est, quomodo quidam sibi tam facile censoriam sumant virgulam, à vero ecclesiæ cœtu fugientes, & ad synagogam satanæ desciscentes. Certe cum discretio spirituum, donum Dei sit peculiare: consectarium

est, hoc donum non omnibus obtigisse. Quid igitur tibi ven dicas quod tuum non est? Lynceos oculos habeat necesse est, Matth.4.
q hæreticorꝝ dolos videre voluerit. Nō dubitat satanas, oīm hæreseon patronus, cum Christo cōgredi, scripturis cū ipso certaturus. Sed de hoc iam satis. Subiūgit Apl's ad finem rursus duo dona, gratiam linguarꝝ & interpretationem sermonumque non vnum sunt donum, sed duo diuersa. Hic enim sciebat quid ille diceret, sed alteri interpretari non poterat. Alius vtraq; possidebat, vel horꝝ alterꝝ. Inuenies & nr̄o seculo, qui literas legere possunt: & hoc donum est, nō oībus donatum. Sed non protinus hic qui legit, quę legerat intelligit. Inuenies rursum qui legere non nouit, sed ab aliis audita recte interpretari, & sapienter de illis loqui potest, sic vt lector opus habeat interprete, interpres legente &c. Ex his discim⁹, linguarꝝ studium non esse vel negligendū, cum vtile sit: nec contemnendū, cum spūssancti donum sit. Possunt & ex hoc loco admoneri parentes, vt liberis suis liberales artes non faciant exosas. Arti nunq̄ deerit suus honos. Legimus Paulum 1. Tim. 4.
olim Timotheo scripsisse in hæc verba: Attende lectioni, exhortationi, doctrinæ &c.

Hæc autem omnia operatur vnus atq; idem spiritur, diuidens singulis prout vult.

Repetit quod suprà dixerat, s. Hæc oīa, q̄ntumuis varia, vnum eundemq; operari spm̄, qui non oīa oībus, nec oīa singulis largitur ad ipsorꝝ voluntatē, sed diuidit in singulos, ꝓut ipse vult spūs. Non dat q̄tum potest. posset enim non minus mihi dare quinq; talenta, atq; tibi: sed non vult. Neq; dicit ꝙ spūs ille voluntati nostræ satisfaciat, sed suæ. Nos enim incerti sum⁹ aliqñ, qd nobis expediat vel obsit: ipse aūt nouit, quid cui cōueniat. sicq; largitur nobis dona sua ad nostram vtilitatem: sic enim ipse vult: propter quod magis illi habendæ sunt gratiæ, q̄ cōquerendū de illius dissimili partitiōe. Nolimus igitur ægre ferre, aut dolere, dicentes: Quam ob rem hoc accepi, hoc aūt non? neq; rationes à spūsancto expectemus. Nam si nosti, ꝙ propter curam quam de nobis habet,

nobis largitus est: illud quoq; intelligas, ꝙ propter eandē curam, etiam mensuram tribuit. Complectere eum, & lętare in his quæ accepisti: & noli ægre ferre ꝙ nō plus acceperis, sed gratias agas, ꝙ non supra vires tuas accepisti. Principio cogita quia dedit, quod tibi nulla ratione debebat: deinde dedit ad vtilitatem, postremo dedit iuxta suam voluntatē. Quis iam es tu, qui audes calumniari voluntati spūs sancti? Quis
Roma.9 es tu qui respondeas Deo? ait alibi. Cæterū ꝙ Apostolus toties meminit, tam varia vnum eundem'q; operari spiritū, fortassis etiam aduersus gentiū stultitiam adduxit. hi enim operationes quas vident, non vni Deo, sed multis dijs adscribere soliti: Apollini medendi artem, Palladi sapientiā, Cereri fruges, Baccho vina, Neptuno aquā, Vulcano ignem, Marti bellum &c. Sed apagesis cū talibus nugis. Stultitia hominū & præstigiæ dæmonū, hæc excogitarunt. Nos scimus quantula sit dæmonis potestas, qui non operat̃ prout vult, sed ꝑut illi à Deo præscribitur & conceditur. Sequitur:

Sicut enim corpus vnum est, & membra habet multa, om̃ia aūt mēbra corporis cū sint multa, vnū tamen corpus sunt: ita & Christus.

Quod hic Apostolus proponit, nō ita multo post copiose & eleganter interpretabit̃. Summa in hoc est, vt doceat, hoc non redundare in præiudiciū ecclesiæ, cuius caput Christus est, ꝙ varia illa spūs dona, impari modo dispensata sint, sicut nec præiudicat humano corpori, ꝙ varia habet mēbra. Nam tametsi corpus multa habeat mēbra, nihil tamē q̃ vnū corpꝰ est. Sicut igit̃ res se habet cū corpore humano, ita & cū Christo, hoc est, cū ecclesia, cuius primarium caput Christus existit. Sed expectabimꝰ & intuebimur interpretationem ipsius Apostoli suo loco.

Etenim in vno spiritu, omnes nos in vnū corpus baptizati sumus, siue Iudæi, siue Gentiles, siue serui, siue liberi, & oēs in vno spiritu potati sumus.

Rursus Apostolus vnitatem commendat, ostendens q̃ nullus sit apud Deum personarum respectus. idem em̃ valet apud Deũ Gentilis, q̊d Iudæus, si modo vterq; baptizatus fuerit, & fidem habuerit. Omnes, inq̃t, ex vno spũ renati sumus: vnus spũs, nostra in baptismo abluit delicta. Et nos oẽs baptizauit in hoc, vt simus vnũ corpus, nimirum mysticum, cuius caput Christus est. nemo alterum præ se contemnat, nemo alteri inuideat, cum omnia ab eodem spũ accepimus, & quicquid singuli accipiunt, non solum in suum, sed in totius corporis commodũ accipiunt. Iam igitur non cogitandũ, qualis ille vel ille fuerit: sed qualis iam sit, cũ in eodem tecũ baptismo baptizatus est: eundem, quem tu, hausit spiritũ: eius, cuius tu, membrum est corporis: idem caput habet, quod tu. Sic ergo probauit Apostolus, quomodo oẽs simus vnũ corpus in Christo. Et in Galatis dicit Paulus: Oẽs filij Dei estis per fidẽ, quæ est in Christo Iesu. Quicunq; enim in Christo baptizati estis, Christũ induistis. Non est Iudæus neq; Græcus, non est seruus neq; liber, non est masculus neq; fœmina. Omnes em̃ vos vnũ estis in dño Iesu Christo. Hactenus Apostolus. Non enim est, vt sibi vel Iudæus ob circuncisionem, vel Gentilis ob præputium placeat. Om̃ia præterierunt. ecce noua facta sunt oĩa. Eiusdẽ nobilitatis sumus oẽs in Christo, eandem expectamus salutẽ. Vide aũt hic Pauli prudentiã, & quàm oĩbus fiat oĩa, cũ hic in Corinthijs nõ dicit, Oẽs vnum corpus estis, quasi se eximat ipsorum numero: sed ait, nos oẽs, vt sic se parem illis esse demonstret. Iã si Paulus nõ habet de quo vel glorietur, vel doleat, quid cæteris deest? Galat. 3

Nam & corpus non est vnum membrum, sed multa. Si dixerit pes, quoniam non sum manus, non sum de corpore, num ideo non est de corpore? Et si dixerit auris, qm̃ non sum oculus, non sum de corpore, num ideo non est de corpore?

Duo proposuerat Paulus, q̀ vnũ simus corpus, & q̀ multa sint in corpore membra. Probauit, quomodo oẽs simus

vnum corpus: reliquum est, vt doceat de multitudine membrorum in vno corpore. Intelligit aũt multa ac varia dona ministeriaq́, quæ sint in hoc corpore citra vnitatis preiudicium. Fingit aũt Ap̃lus ipsa membra inter se altercari, vt hac parabola inter Corinthios de donorum diuersitate obortas lites sedaret atq; cõponeret. Tu igitur noĩe pedis, manus, oculi vel auris, intellige hoĩes in ecclesia cõstitutos, q̃rum alij infimæ, alij mediocris, alij vero excellentiss. & fœliciss. sortis sunt. Intellige igitur Paulum sic loquentẽ: Corpus humanũ non consistit vnico membro, sed multis: nec pes minus est mẽbrum corporis, q̃ manus. Sic Christi corpus quæ est ecclesia, non vnico homine, sed multis constat: nec minus corporis membrum est, qui paruo dono pollet, q̃ qui maximo. Iam si pes, id est, infimæ sortis homo, deijciens sese, dicat, Non sum manus, id est, ijs dotibus functionibusve præditus nõ sum, quibus video clarere illum, ergo non sum de corpore Christi? Stultum profecto est, si quis in eum modum ratiocinari voluerit. Addit Apostolus:

Si totum corpus oculus, vbi auditus? Si totũ auditus, vbi odoratus? Nunc autẽ posuit Deus membra, vnumquodq; eorum sicut voluit. Quod si essent omnia vnum membrũ, vbi corpus? Nunc aũt multa quidem membra, vnum autem corpus.

Manifestiss. similitudinibus vtit, vt non sit necessariũ altius interpretationes diuinare. Quis enim ignorat, nullum in corpore mẽbrum non esse necessariũ, & vnicuiq; membrorum suum esse officium? Præclara corporis pars est oculus: sed si totum corpus duntaxat sit oculus, quale erit corpus, aut cui vtile? an vero corporis nomen merebitur? Placuit itaq; sapienti Deo, ipsum corpus ex varijs compingere mẽbris, ac cuilibet membro suum tribuere munus & locum, non ex sententia membrorum, sed ex ipsius arbitratu, pro totius corporis vtilitate necessitateq́, vt iam ex multis & diuersis membris non plura, sed vnum corpus fiat, quod membrorum mutuis vicibus

&

& officijs, pulchro quodam minimeq́; liuido ordine gubernet. Iam si quis ab oculo aut aure id operis exigat, quod pstat vel pes, vel manus: quid aliud, quàm sciens & volẽs insanire, dicetur? Sed facile est has similitudines intelligere, & ad Pauli institutum adcõmodare. Sicut enim oculo non piudicat, quod vel ambulare, vel porrigi sicut manus vel pes, nequeat: ita non piudicat homini, si non oĩbus pditus sit donis. Sit igitur quisque sorte cõtentus sua, nemini alteri inuideat, cum alter alterius ope egeat, nec quisquam sibi vni sufficiat.

Non potest autem oculus dicere manui, opera tua non indigeo: aut iterum caput pedibus, nõ estis mihi necessarij. Sed multo magis, quę videntur membra infirmiora esse, necessariora sunt. Et quę putamus ignobiliora membra esse corporis, his honorẽ abundantiorem circundamus. Et quæ inhonesta sunt nostra, abundantiorem honestatem habent. Honesta autem nostra, nullius egent.

Hæc ptinent ad eos, qui maioribus pditi donis, minores despiciebãt, cum tñ neuter sibi sufficere posset: & aliquñ minorum officia nobis magis necessaria sunt, quàm maiorum: & in rebus externis plures sunt serui, quàm dñi. Quid faciet imperator, qui sub se nõ habet milites? Quid est paterfamiliàs, familia destitutus? Quem docebit doctor, discipulum non habens? In quo probabit medicus suam virtutẽ, si nõ est qui illius indigeat ope? Sic in corpore humano existit oculus nobile mẽbrũ & summe necessarium: sed nunquid oculus potest conseruare corpus hoĩs, si non vel manus & pedes habuerit? Quid? Qui pedibus & manibus incolumis est, se vtcunq; alere potest, etiam si cæcus sit. Et membra illa quæ ad purgationem ptinent corporis, etsi propter inhonestatem suam tecta sunt, tñ non minus necessaria sunt, quàm oculus, manus, vel pes. Rursum, nõ est membrũ in corpore hoĩs, quod facilius lædi & perdi possit propter suam imbecillitatẽ, quàm oculus: sed quàm multum & prosit

corpori, & ipsum decoret, nemo nõ nouit. Adde his quod circa mẽbra ignobiliora, vt est pes vel manus &c. plus occupamur, quàm circa oculos. hos enim nudos circunferimus, illa tegimus. Capilli fortassis nullius æstimationis reputantur: sed & hi ad maiestatẽ corporis ptinent. Quod igitur in humano corpore est, hoc ipsum & in Christi corpore est, quæ est ecclesia.

Sed deus temperauit corpus, ei cui deerat, abundantiorẽ tribuẽdo honorẽ: vt nõ sit schisma in corpore, sed in idipsum pro inuicẽ solicita sint mẽbra.

Pulchra sunt hæc oĩno. Deus, inquit, sic temperauit corpus humanũ, sic compegit membra, vt alterum nõ possit alterum cõtemnere, sed cogantur mutuã inter se habere solicitudinem. hoc item sic ordinauit, vt etiam his membris plus solicitudinis cogamur pstare, quę putamus inhonesta, quàm alijs. Iam si hæc voluerimus referre ad corpus Christi mysticum, facilis erit collatio. Qua enim alia ratione dñs hũc vel illum tam magnificis donat donis, nisi vt tanto plus prodesse possit inferioribus, quanto plus p̃ cæteris accepit? Clara sunt hæc.

Et si quid patitur vnum membrum, compatiuntur omnia membra: siue gloriatur vnum membrũ, congaudent omnia membra.

Et hoc apertum est: Fingamus calcaneo spinam infixam: hoc sentit totum corpus, cruciaturque: incuruatur dorsum & venter: femora corripiuntur: manus, ceu satellites ministrique properantes, retrahunt infixam: inflectitur caput: soliciti oculi intuentur. ita fit, vt pes singula alia membra conturbet: & nobilissimũ membrũ, nimirum oculi, coguntur inseruire ignobilioribus. Ergo si quę maiora sunt, nihil amplius cæteris habent, quàm quod minoribus magis sunt obstricta, & solicitudinẽ debent, & casus æqualiter oẽs perferre, magna profecto societas est, magnus amicitiæ nexus. Quid enim calcaneo vilius? Capite quid honoratum magis? Sed hoc ad illud ex officio descendit tamen, cæterorum oĩm turba stipatũ. Rursum, si patiatur oculus, oĩa dolebunt, oĩa cessabunt, non pedes ibunt, non manus

buntur, non frui iam consuetis cibis ventri lubebit, oculorum licet solorum sit dolor. Sed quõ congaudẽt oĩa membra, si vnũ membrum gloriatur? Nunqd non oculis sanis, lingua lætius loquitur & expeditius, manus impigrius laborãt, pedes festinantius ingrediuntur? Vide iam q̃ simplicibus similitudinib⁹ vtatur Paulus, vt ad mutuam concordiã & sufferentiam Corinthios adhortetur. Bonus magistratus, gloria est ciuitatis: Bonus & fidelis Ecclesiastes, gloria est fidelis populi. Decet igitur Corinthios, vt nemini inuideãt eximia spũs dona: sed potius cõgratulentur, q̃ tam multis virtutibus præditum habeant in corpore suo mẽbrum. Si aũt occeperint inuidere, calumnia nõ ad hoĩem q accepit, sed ad Deũ q dedit, tendit.

Vos autem estis corpus Christi, & membra de membro.

Ea, inquit, quæ hactenus tam multis de dispositione & habitu corporis humani diximus, nõ in hoc produxi, vt admoneam solum quid in corpore naturali fiat, sed qd fieri debeat, immo & quid actum sit in corpore Christi mystico, cuius vos membra estis. Non eñ soli Corinthij ad corpus Christi mysticum, hoc est, ad ecclesiam, pertinent: sed oẽs, quotquot vbiq; terrarum agnoscũt Deũ & patrem, & Iesum huius filiũ quem misit in mundũ. Immo quotquot Christi Iesu sanguine redempti sunt, vbicunq; tandem fuerint, siue in cœlis, siue in terris, ad idem corpus, cuius Christus caput, ad eandẽ ecclesiã, cuius Christus sponsus est, pertinẽt. Christus eñ caput est, non Corinthiorum tantum, nec Ephesiorum tantũ, sed totius ecclesiæ, sicut in Ephesiis legimus. Non igitur prorsus inepte colligunt quidã ex his Pauli collationibus, nos & debere nõ nihil sperare patrocinij à diuis qui in cœlis sunt, & debere nos cõpati commẽbris nostris, qui hac vita functi, nondũ recuperarũt patriam cœlestẽ. Neq; eñ exclusi sunt à Chrĩ corpore, neq; possumus diffiteri quin cõmembra nostra sint &c. Sed de hoc negocio fortassis alibi oportuni⁹. Quomodo porro membra Christi effecti simus, altius mysteriũ est, q̃ vt paucis absolui possit. Christus humanã naturam in hoc adsumpsit,

Iohan. 17.
Ephe. 1.
Obser.

psit,& nos ideo baptizati sumus,ideo etiam spiritū sanctum accepimus,vt iam mēbra Christi appellemur,fratres & amici Christi:hæredes Dei,cohæredes vero Chri.Et hæc est charitas,inqt Ioannes,vt iā filij Dei nominemur & simus.

Et quosdam quidem posuit Deus in ecclesia,primum apostolos,secūdo prophetas, tertio doctores, deinde virtutes,exinde gratias curationum, opitulationes, gubernationes, genera linguarum, interpretationes sermonum.

Iam ergo enumerat Apostolus, quænā sint illa mēbra corporis Christi,hoc est,qbus donis ecclesiæ filios decorarit:& fere idē dicit quod superius,vnde paucissimis etiā absoluendum venit.Inquit itaq; Apostolus:Deus nō omnibus omnia
1 dedit,sed quidā ordinati sunt ad Apostolatū. qui hi fuerint, nouimus,non duodecim tantum illi,sed & Paulus,& Barnabas,& alij qui prima fundamenta ecclesiæ vndiq; iecerunt.
2 Alij sunt prophetæ,non sicut Esaias,vel Hieremias,vel Eze-
Acto.21. chiel,qui de venturo Messia prædixerūt, sed sicut filiæ Phi-
3 lippi & Agabus,de quibus suprà diximus. Habet ecclesia & doctores,qui in hoc à prophetis differunt,q illi spiritus sancti ductu & motu futura dicūt:Doctores vero illi,nōnihil ex
Obser. industria sua secum ad docēdum adferūt. Et propheta non prophetizat semper,sed ad nutum spiritus. Doctores porro
4 nunquā non possunt docere. Quarto loco Paulus ponit virtutes,quibus addit gratias sanationum: quæ quomodo inter
5 se differant,paulo superius ostendimus. hoc donum,curaret illud,& curare & perdere, potest.Sexto habet opitulatiōes, & huic addit gubernationes: quorum primum ad sustentationem & alimoniam,alterum ad protectionē & defensiosionem spectare, probabile est. Postremo rursum duo paria ponit,genera linguaꝝ,& interpretationes sermonum:& de his superfluum fuerit repetere,quandoquidē suprà explanauimus,& quæ sit inter hæc differentia,docuimus. Cæteꝝ de
Rom.12. hoc negocio nonnihil in Romanis legimus,sed breuioribus quàm

quàm hoc loci.Dicit enim:Sicut in vno corpore mẽbra mul
ta habemus,omnia autem membra non eundem actum ha
bent,ita multi vnum corpus sumus in Christo. Et continen
ter ponit donationes, quæ differenter hominibus donatæ Ephe. 4
sunt &c.Et in Ephesiis post functionũ enumerationẽ, docet
hæc omĩa facta ad ædificationẽ corporis Christi.

Nunquid omnes Apostoli? nunquid omẽs pro-
phetę? nunquid omnes virtutes? nũquid omnes gra
tiam habent curationũ? nunqd oẽs linguis loquun
tur? nunquid omnes interpretantur?

Tertio iam enumerat varia & preciosa illa ecclesię dona,
rursus eos consolari volens,qui conquerebantur se minora
accipere dona,quàm alij.Inquit ergo Apostolus: Cur doles
te non omĩa accepisse dona, quibus ecclesiam Dei dotatam
vides? Num nouo quodam modo tecum agere debet,vero-
rum donorum ille largitor spiritus? Num tu is es,quẽ meri-
to omĩbus præferri existimas? Vide aliorum dotes.Quis ẽm
est qui omnia possit? Nunquid omnes Apostoli? Nunqd oẽs
prophetæ? Quis est vestrum qui omnia dona simul accepe-
rit? Nonne quo tu polles,alius caret? Neq; igitur indignum
fuerit,si tu cares quo alius pollet.Diuisit ille spiritus Dei do-
na sua,non in vnum omnia congessit.

Aemulamini autem charismata meliora. Et ad-
huc excellentiorẽ viam vobis demonstro.

Hæc quasi tædio affectus loquitur Apostolus: Quid,inqt,
opus est longa disputatione de diuisione donorum spiritus
sancti? Humilior est res,quàm vt de hac quis contẽdere de-
beat.Hæc,quorum gratia schismata excitatis,talia sunt,vt nõ
statim probent vel improbent homines. Quid doles? Quid
turbaris? Cur alteri sua dona inuides? Nũquid ideo tibi pla-
ceres,si ad tua dona,etiam alia haberes? Sed dona illa à no-
bis enumerata,non semper testantur pium hominem. Nõne
in Euangelio legimus,quoniam multi in extremo die veni-

 ent

Matth. 7. ent, & dicent: Domine domine, nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Tunc respōdebit eis Christus: Amen dico vobis, nescio vos &c. Amas donum prophe-
1. Reg. 10. tiæ? Cogita & Saulem inter prophetas. Amas docendi cathedram? Succurrant quæ Christus de scribis & pharisæis
Matth. 23. apud Matthæum loquitur. Amas operationem illam virtuosam, & potentiam vel dæmones eijciendi? Audi rursus Christum: Nolite, inquit septuaginta discipulis, gaudere in hoc,
Luc. 10. quia scilicet dæmones subijciuntur vobis: sed gaudete, quoniam nomina vestra scripta sunt in cœlis. Donum enim miracula faciendi, non semper ad meritum hominis, sed ad honorificentiam Dei pertinet. Et dæmonia non subiecta sunt homini, sed Dei nomini. Ad hunc locum pertinet, q̄ spiritus ille nequam, quibusdam exorcistis respondebat: Iesum noui,
Act 19. & Paulum scio, vos autem qui estis? Et insiliens in eos homo in quo erat dæmonium pessimum, & dominatus amborum, inualuit cōtra eos, ita vt nudi & vulnerati effugerent de domo illa. Quoniam igitur huiusmodi dona quæ Paulus enumerauerat, pijs pariter & impijs contingunt: indignum ipsi Apostolo videtur, q̄ super hoc negocio tantā excitarint tragœdiam, & ipsos hortatur vt æmulētur meliora dona, si modo ad perfectiorem pietatem adspirant: & excellentiorē viā se Corinthijs demonstrare pollicetur, nimirum donum, q̊d pijs cum impijs commune esse non poterit. Quod quale sit, in initio sequētis capitis (nam huic sit finis impositus) audiemus. Sequitur enim:

Caput XIII.

SI linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem nō habeam, factus sum velut æs sonans, aut cymbalum tinniens.

Etiamsi varia erant dona spūssancti in Corinthijs, vix tn̄ de alio magis placebant, q̄ de dono linguarū, quod & p̄sentis se-

seculi q̃busdam hoĩbus euenire solet. Verũ linguarũ cognitio & bona est, & eximium Dei donũ est: sed nisi coniunctã charitatem habeat, nihil est. Quum igitur Ap̃lus videt q̃ magni æstimẽt Corinthij linguarũ peritiã, ab hac incipit disputare, docturus cętera oĩa dona citra charitatem comitẽ, nihil vsui esse ei qui habet q̃ntumuis multa. Dicit itaq; Ap̃ls: Si linguis hoĩm loquar & angelorũ &c. Vos plurimum gloriamini de dono linguarũ, & vos qui non habetis donum illud, alijs inuidetis. Ego porro dico, si mihi tãta foret linguarum notitia, quanta vel angelis est: horum enĩ notitia maior est, q̃ hoĩm: & si destitutus forem ad hoc charitate, essem velut æs sonans, aut cymbalum tinniens. Quid nolæ vel cymbalo prodest, q̃ egregie sonat, q̃ hoĩm aures demulcet? Homini quidem aliquo modo p̃desse potest hic sonus, vt si ipsum vel officij vel horæ admoneat. sed nunq̃d propter hunc sonum beatificemus æs vel cymbalum? Aes manebit æs, neq; vnq̃ fiet aurum, quẽcunq; tandẽ tinnitum dare possit. Sic fiet cum hoĩe q̃ charitatẽ non habet. Potest enĩ fieri, vt peritus multarũ linguarũ, multis sua cognitione prosit: si aũt charitatem non habet, sibi ad salutem non proderit. Et Asina Balami loquebatur, & suo prophetæ proderat: ipsa nihilominus asina remansit, ferendis onerib⁹ destinata. Maior igit̃ est charitas, magisq́; necessaria, q̃ linguarum cognitio. Addit Paulus altiora: Num. 22.

Et si habuero prophetiam, & nouerim mysteria omnia, & omnem scientiã, & si habuero omnem fidem, ita vt montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum.

Videmus q̃ extollat charitatem, q̃q́; oĩa cum magno pondere dicat. Nõ cõtentus est dicere: Si habuero p̃phetiam, & nouerim mysteria, & scientiã & fidem &c. sed ait, oĩa mysteria, oẽm scientiã, oẽm fidem: nec hoc contentus, addit, ita vt montes transferam. Et prius dicebat, factus sum velut æs sonans aut cymbalum tinniẽs: hic dicit, nihil sum, si cætera etiam oĩa p̃ter charitatem habuero. Et certe magnum est, habere

re prophetiã, nosse oĩa mysteria &c. Aliquam partem mysteriorũ scire, magnum est: sed oĩa nosse, non mortalis hoĩs, nec immortalis angeli est: & tñ si qs charitate exutus, hæc oĩa nouerit, nihil ei ꝓderũt. Vt quid igitur charitate neglecta, prophetias amamus? Deinde magnum est habere fidem, qua & supernaturaliter aliquid efficere possis: neq; hęc homini charitatem negligenti, aliquam vtilitatem conferre potest. Alijs qdem possunt esse vsui, sibi vero nocent. Neq; enim quis statim bonus est qui futura ꝑdicit, sicut & paucis suprà attigimus: sed cõsiderandum est, qua intentione quis quid faciat.
Num. 24. Nam & Balaam prophetauit, cum propheta nõ esset, sed ariolus: & Caiphas prophetauit, non merito, sed dignitate ordi-
Ioan. 11.
1. Reg 10. nis sacerdotalis. Et Saul prophetauit, cum iam inobedientiæ causa spũ malo fuisset repletus. Deinde vt nõnihil addam de mysteriorũ cognitione, Iudæ traditori multa erant nota, quę alijs tum fuere incognita: nunqd illum beatificamus igitur? Rursum quod scientiã adtinet, audi quid scribis & pharisæis
Luc. 11. dñs dicat: Vos habetis clauem scientiæ, & neq; vos intratis, neq; alios sinitis introire. Et perditissimi hæretici admirãdæ eruditionis fuerunt, sed non alia causa in hæresim lapsi sunt, ǧ quia à charitate alieni fuerunt.

Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatẽ aũt non habuero, nihil mihi prodest.

Obserua hic quorsum nos ducat Aplus. An ne maximũ est charitatis argumẽtũ, oẽs facultates in vsus pauperũ distribuere, corpus item suũ pro Chro in mortem tradere? Et cer-
Matth. 19. te Chrs dicit: Si vis ꝑfectus esse, vade & vende oĩa quæ habes,
Ioan. 12. & da pauperibus. Et rursum: Qui amat animã suam, perdet
Matt 10. & 16 eam: & qui ꝑdiderit animã suam propter me, inueniet eam.
1. Ioan. 3. Et D. Ioannes in canonicis suis, inquit, verum testimonium esse charitatis, si quis substantiã suam in cõmodũ fratris insumere non dubitat. Quid igitur dicemus ad verba Apostoli nostri? Hoc vtiq;, quod veritas ipsa docet. Substantiã suam in pauperes distribuere, vltro subire mortem, testimonia q-

dem

dem sunt charitatis: sed potest fieri, vt quis illa opera faciat, non ex charitate, sed aliam ob causam. Hoc si intelligere volueris, cogita quid dñs apud Matthæum dicat de hypocritis, qui non alia ratione eleemosynam fecerunt, q̃ vt spectarent ab hoïbus. Et Iudas ille traditor lubens curam gerebat pauperum, tm̃ vt, quod furaretur, haberet. Et nostro seculo inuenire licet, qui sacrilegijs suis eleemosynam ꝑtexunt: hi certe à charitate quã longiss. sunt. Vera aũt eleemosyna, & quæ suo ꝑmio priuari nolit, non debet alio noïe fieri, q̃ vt factor respiciat Dei legem & cõmodum proximi, cui ex animo benefieri velit. Quod de eleemosyna diximus, itidem de Martyrio loquendũ venit. Quicũq; veri Chr̃iani sunt, & vera eademq; Chr̃iana charitate ꝑditi sunt, hi vitam suam nunq̃ preciosiorem facient Chr̃o. Sed multos inuenias, qui corpus & vitam suam prorsus videntur negligere, quos tñ res ipsa clamat à Chr̃iana charitate pene abhorrere. In hoꝝ album ponimus latrones, fures, & alios hui⁹ generis hoïes, qui alacres & scurrilibus dictis mortẽ patiunt. Quid dicam de his, qui sibimetipsis mortẽ consciscunt? Adiungã miseros Anabaptistas, qui & ipsi ad mortem vsq; psalmos, hæretice versos, canunt. Hi si haberent in seipsis charitatem manentẽ, magis à tumultu & seditione abhorrerent, q̃ res ipsa iam clamat. Recte igitur apud Augustinũ legimus, Hæreticos etiam habere suos martyres: semperq; cogitãdum, quia non pœna, sed causa faciat martyrem. Et Ap̃lus noster clare dicit, sibi nihil profuturũ, siue oẽm facultatem in cibos pauperum distribuat, siue corpus suum tormentis subiecerit, nisi charitate ꝑditus fuerit. Et Chr̃s nouerat, in his externis non sitam veram pietatem, impios item imitari solere aliq̃n bonos. Vnde ait discipulis suis: In hoc cognoscent oẽs quia mei discipuli estis, si dilectionem habueritis ad inuicẽ. Et tñ Chr̃us ipse discipulos multis donis clarificarat & decorarat. Porro, sicut diximus, sola charitas verum argumentum est discipuli Christi.

Math. 6.

Martyrẽ causa, non pœna, fieri.

Ioan. 13.

Charitas patiens est, benigna est.

Iam aggreditur Ap̃lus charitatis fructus q̃sdam enumerare,

re,qui proxime ostendũt,quis vere charitatẽ habeat. Sic aũt enumerat fructus,vt interim Corinthijs demonstret, q̃ntum adhuc sint à vera charitate. Primus ergo charitatis fruct⁹ est ꝙ patiens est,hoc est,longanimis, quæ vindictam nõ cupiat. Si enim videt fratrem peccantem vel in se,vel in alios,magis dolet de peccato fratris,quem mallet innocentẽ,q̃ de iniuria
Matt.18. illata. Ad hoc pertinet Chri dictum in Matthæo: Si peccauerit in te frater tuus,&c. Et si te audierit,lucratus es fratrẽ tuum. Hoc est,noli arguere propter te, sed illi⁹ amore facito,vt lucreris fratrem. Charitas igitur longanimis est, & imitatur eum à quo descendit,nimirũ Deum. Iam interrogent se Corinthij,an charitatem habeant: si vindictæ sunt cupidi, à charitate sunt alieni. Alter charitatis ornatus est, ꝙ benigna est, hoc est,oĩa boni consulit, erga oẽs comis & facilis est: aliorũ item mala,sua bonitate vincere studet. Breuiter,patientiã habet charitas ad ferendũ malum,& benignitatem habet ad faciendum bonum.
Obser.

Charitas non æmulatur,non agit perperàm.

Hic egregie tãgit hulcus Corinthijs, cum dicit,Charitas non æmulatur,hoc est,nõ inuidet. Vnde enim querela illa de impari donorũ diuisione,nisi quia alterutrum inuidebant suam fœlicitatem? Charitas porro non inuidet, sed fratris bonum,suum existimat: & fratre læso, ipsa dolet. Et hæc virtus pulchre sequit̃ benignitatem: Non enim liuore inuidiave ex alienis donis ringitur,qui sua quoq; bona in alios transfundit. Quarta virtus charitatis est, ꝙ non agit pperàm, non est procax, ist nit muttwillig, non agit data opera q̊d malum esse nouit. Inuenies enim multos,qui per fas & nefas sibi,quod lubet,licere putant: hi certe q̃ longissime sunt à charitate. Ad
Eccl.3. hos pertinere potest,quod in Sapiẽte legimus: Qui amat pe
Psal.108. riculũ,peribit in illo. Et in Psalmis: Dilexit maledictiõem,& veniet ei: noluit bñdictionem, & elongabit̃ ab eo. Charitas

Non inflatur,non est ambitiosa,non quærit quæ sua sunt,non iritatur.

Et hic rursus pulcherrima quadã catena sibi mutuo anne

 Cap. XIII.

ræ ſunt virtutes. Dixerat Apoſtolus, charitas non æmulatur: & ne quis dicat, quomodo hoc fieri poſſit, addit Apoſtolus: quia nec inflatur, nec ambitioſa eſt, nec quærit quæ ſua ſunt, hoc eſt, nec dignitates, nec poteſtates appetit, ſed de aliis plus ſolicitus eſt homo charitate conſpicuus, q̃ de ſemetipſo. Qui negligit damnum, ait Sapiẽs, propter amicum, hic iuſtus eſt. Prouer. 12
Sed manebimus apud verba Pauli: Charitas nõ inflatur, nec eſt ambitioſa. Inuenies hominem qui multas virtutes facit, q̃ dure propter Chriſtum patitur: ſed vix inuenies hominem, qui tam æquo ferat animo contumelias etiã falſas, q̃ laudes ſiue veras ſiue fictas. Porro qui ex animo fratrẽ amat, hic nõ cupit præponi, ſed magis ſubiici: mauult obedire, q̃ imperare, tantum vt frater bene habeat. Charitas non quærit q̃ ſua ſunt. hanc & Paulus habebat quando dixit: Ego non quæro quod mihi vtile eſt, ſed q̊d multis, vt ſalui fiant. Et quod ipſe facit, etiam alios admonet, dicens: Nemo, quod ſuũ eſt, quærat, ſed q̊d alterius. Chriſtianæ charitatis certe eſt, priuatum compendiũ negligere, & fratrũ gratia nihil non facere. Aut certe ſic tuum commodum quærere, vt proximo non obſit. Sed quomodo intelligendum eſt, q̊d dicit, Charitas nõ irritatur? hoc eſt, non ſupra modum exaſperatur, non exaggerat culpam ſupra debitum, neq; nimis in obiurgãdo eſt acerba: Sie leſt all ding am nechſten bleiben. Non interpretatur oĩa in peiorem partem, non facile occaſionẽ rapit rixandi &c. Ira viri, iuſtitiam Dei nõ operatur, ait diuus Iacobus in Canonica ſua. Et in Prouer. Fatuus ſtatim indicat iram: qui aũt nouit diſſimulare iniuriam, hic ſapiens eſt. Videamus cætera charitatis præconia. Charitas

1. Cor. 10. [23. 24.]

Iaco. 1.
Pro. 12

Non cogitat malum, nõ gaudet ſuper iniquitate, congaudet autem veritati.

Charitas non cogitat malũ, hoc eſt, nõ imputat cuiq̃ malum, nec male cogitat de quoquã: immo cũ homo charitate præditus, ex animo bonus ſit, neminẽ malũ eſſe ſuſpicat, hoc eſt, ex ſe metitur omnes. Addit Apoſtolus, Charitatẽ ſic diſponere hominis cor, vt minime gaudeat ſup iniquitate, ſed

multo magis cõgaudeat veritati, id eſt, probitati, **frewet ſich der dapfferkeit vnd redlichheit**, hoc eſt, ſynceritatẽ nõ tantũ in ſe, ſed & in alijs amat & veneratur, ſicq́; charitas ex hoĩe mũdano, hominẽ vere angelicũ facit. Eſt enim angelorũ propri
Luc. 15. um, vt peccatis hominis offendãtur: de pœnitentia aũt vnius
Pſal 14. tantum hominis gaudent. Et in Pſalmis legimus, illũ in monte ſancto habitaturũ, in cuius conſpectu nihil æſtimatur malignus, & qui timentes dominum glorificat. Charitas

Om̃ia ſuffert, omnia credit, omnia ſperat, om̃ia ſuſtinet.

Charitas ex homine aliàs delicato, facit hoĩem qui nihil nõ grauatur proximi gratia ſubire. Et qm̃ prius dubius erat, iam omnibus bene fidit, de nemine qd mali ſuſpicatur. Et ſi contigerit videre aliquẽ nõ omnino cõmodis moribus, non ideo de hoc ſtatim deſperat, ſed bonam ſpem cõcipit, fore vt qui iam cecidit, ſtatim reſurgat. Et qm̃ ſemper meliora ſperat, omnia ſuſtinet interim, nihil non faciens, q̊d aliquo modo ad ſalutem fratris facere poteſt.

Charitas nũquã excidit, ſiue prophetiæ euacuabunt̃, ſiue linguæ ceſſabũt, ſiue ſciẽtia deſtruetur.

Alia iam charitatis laus eſt, ſcilicet ꝙ cũ reliqua ſpũs ſancti dona tẽporaria ſint, ipſa ꝑpetuo ſit duratura. Prophetiæ quidem euacuabunt̃, & linguæ ceſſabũt, & ſciẽtia nõ habebit ꝑpetuo locũ, ſed ſola charitas nunꝙ̃ videbit finẽ. Quid enim opus erit in cœleſtibus eruere ſacrarũ literarũ myſteria, cum, quicqd cõtinebat ſcriptura, reuelatũ fuerit & impletũ? Quid opus erit futura ꝑ̃dicere, quando oĩa ſunt & ꝑ̃ſentia & æterna? Prophetiæ ergo euacuabũtur. Deinde qd opus erit dono linguarũ in futuro ſeculo? Linguarũ donũ in hoc cõceſſum eſt, vt harum miniſterio Euangeliũ nationibus diuerſis prædicaretur: ſed in regno cœlorũ nulla indigemus prædicatione, cum electorũ numer⁹ iam fuerit impletus. De ſciẽtia qd dicam? Num in cæcitate mentis & in tenebris ignorãtiæ ambulabimus, ſi deſtruet̃ ſciẽtia? Minime. Sic deſtruetur ſcientia

huius

huius mūdi, qua iā vtimur, vt noua & pfecta succedat. pręsen tis em̄ mūdi sciētia, imperfecta est, sicut statim Apostolus docebit. Charitas porro non excidit, non accipiet finem vnq̄, sed de die in diē crescūt illi⁹ vires, donec eū videat pfecte, quē iam non visum amat: & tunc charitas erit sicut æterna, ita & perfectissima.

Ex parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamus. Cum autem venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est.

His probat, quare prophetia, linguaꝶ cognitio, & sciētia cessabūt, nimirum quia his nō erit opus in futuro. In p̄senti enim seculo prophetia & scientia & cæteris donis, quātūuis impfectioribus, indigemus: sed in futuro apertius oia videbimus & experiemur, q̄ illi in p̄senti vel dicere vel cogitare potuerunt. Prophetamus hic, hoc est, loquimur de rebus diuinis, sed imperfecte, quatenus nobis in corruptibili corpore conceditur. Et veritatē loquimur, & nouimus: sed nō omnia quæ ad veritatē ptinēt, scimus. Sed vt rē exēplo magis lucidā faciamus, Deū vbiq; esse, nūc quidem scimus: quo modo sit porro, nō scimus pfecte & exacte. Rursus ꝙ ex virgine nat⁹ sit Dei filius, scimus: sed qui tandē factum fuerit, ignoramus. Sciemus autem tum amplius quiddam. Breuiter, quæcunq; hic credimus, in futuro re ipsa videre licebit.

Cū essem paruulus, loquebar vt paruulus, sapiebam vt paruulus, cogitabā vt paruulus: Qn̄ aūt factus sum vir, euacuaui quæ erāt paruuli.

Similitudinibus rursum conat explicatius facere, q̄d intēdit. Ostēdere em̄ vult, suo tēpori oia cōuenire, nō aūt omnia omni tēpori. Sic, inquit, habet se scientia fideliū, quēadmodum & sapiētia huius mūdi. Alia est prudētia in senibus, alia in infantibus. Cū ego essem paruulus, loquebar sicut reliqui puelli: tāta erā sapiētia præditus, quanta alij paruuli, hoc est, pene nulla: cogitabā vt paruulus, nimiꝶ vana & ludicra. Qn̄

aũt vir factus sum, iam reliqui & aboleui puerilia illa. Facilis est collatio. Sapientia senilis, in paruulis nõ est: nec stultitia, immo ignorãtia paruuli, viro cõuenit. Paruulus nõ cogitat de futuro, & pteritorũ quasi nullã memoriã habet. Paruulus maioris estimat rubicũda poma, quam regnũ cœlorũ. Porro in senectute obliuiscimur pueriliũ, immo quod in iuuentute volupe & iucundum erat, id vel molestia vel stultitia videt senibus. Sapientia igit humana sic quasi p interualla crescit, nec in principio summa est. Idipsum & de sciẽtia & cognitiõe spũalium sentiendũ est. In hoc mũdo quãdiu peregrinamur, nõ plene, nõ exacte nobis constat, quid agat in domo paterna: sed postquam mortale hoc induerit immortalitatẽ, tũc pfecte oĩa nobis reuelabũtur. Obseruandũ est hoc loci, ne ppetuo simus paruuli, ne ppetuo stulta huius mundi admiremur, sed aliquñ proficiamus sicut corpore, ita & mente. Nolite pueri effici sensi-
1. Cor. 14 bus, ait Paulus, sed malitia paruuli estote. Et Sapiẽs dicit: Se-
Sap. 4 nectus venerabilis est, nõ diuturna, neq; annorũ numero cõputata. Cani aũt sunt, sensus hoĩs: & ætas senectutis, vita im-
1. Pet. 2. maculata. Rursum apud Petrũ legimus, quod Deo placeãt infan
Matt. 18 tes, nimirũ quod dolo carẽt. de his & Christus in Euãgelio: Nisi conuersi fueritis, inquit, & efficiamini sicut paruuli, nõ intrabitis in regnũ cœlorũ. Obseruandũ itẽ quod Apl's noster dicit: Cũ essem paruulus, loquebar vt paruulus: non dicit, loquebar vt versipellis nebulo. Aliud certe est nebulonem agere, aliud est agere puerum. Hæc dico in gratiã nouorum prophetarum, qui hoc dicto Pauli, suam inconstantiam & leuitatẽ excusare conantur. Sequitur in Apostolo nostro:

Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem.

Quid speculum sit, obscurum non est. sed ænigma dicitur sententia, quæ reconditi & collationis aliquid habet, atq; ideo enarrationẽ apud imperitiores reqrit. Iam qui aliqd videt in speculo, non tam exacte iudicare potest quid sit, quàm si rem ipsam aperte videret. Nulla enim ars cum natura cõparari potest, nec potest creatura creaturã exprimere. Dein

aliud est, rē eloqui aptis verbis: aliud, verborū tegere inuolucris. Cum Christus discipulis dicit, Cauete à fermento pharisæorum, non tam clarum est, sicut cum dicit, Cauete vobis à doctrina pharisæorum. Iam ergo volens Apostolus docere, quàm imperfecta sit nostra cognitio in hoc seculo de rebus diuinis, exemplo voluit docere: ideoq́ꝫ dicit, Nostra cognitio de rebus diuinis sic se habet, ac si quis aliquid in speculo videat. videt quidem partim quale sit, sed quid sit, non penitus videt. Et si cui problema vel parabola proponitur, nonnihil inde coniectat & diuinat, sed non ꝑcipit omnem rem exacte. Imperfecta igitur est p̄sentis vitæ cognitio, sed tunc videbimus oīa facie ad faciem, hoc est, penitus, exacte, & citra oēm occultationē. De hoc & Ioannes loquit, dicens: Cū apparuerit, similes ei erimus, qm̄ videbimus eū sicuti est. Matt. 16. 1. Ioan. 3.

Nunc cognosco ex parte, tunc autem cognoscā, sicut & cognitus sum.

Repetit rursum quod suprà dixerat, Ex parte cognoscimus. Nūc, inquit, ex parte cognosco mysteria illa regni Dei: tunc aūt cognoscam, sicut & cognitus sum, nimirū à Deo qui oīa nouit. Hoc est, sicut de me nouit Deus quæ vult, ita & ego de Deo cognoscam in futura vita, quæ velle potero. Breuiter, absolutissima erit in electis notitia de Deo, q̄ntum q̄dem fieri possibile est. Tritum est in scholis, finiti ad infinitum nullam esse proportionem. Pro modulo ergo nostro videbimus Deum sicuti est.

Nunc autē manent, fides, spes, charitas, tria hęc, maior autem horum est charitas.

Multa q̄dem & varia enumerauit Ap̄lus hactenus sp̄ūs sancti dona: sed hæc tria quæ iam ponit, sic sunt necessaria homini, vt citra hæc nemini adulto contingat vita ęterna. Multos q̄dem credimus saluari, qui nec donum linguarū, nec gratias curationum habuerunt: sed ꝙ homo adultus, fide, spe & charitate carens, saluatus vnq̄ fuerit, probare non possumus. Accipe vel latronē in cruce, & inuenies in ipso tres illas virtu- Luc. 23.

tes, Fides est, cum dicit, Hic nihil mali fecit. Spes est, dum loquitur: Dñe, memento mei dum veneris in regnũ tuum. Tertio, qui non posset diligere eum, à quo tanta sperabat consequi? Igitur qui voluerit æmulari dona spũalia, illa tria æmulentur, fidem, spem, & charitatem, citra quæ homo salutem nequit inuenire. Fides & spes tam proxime conueniunt, vt aliqñ vix discernas alterꝝ ab altero. Fides, sicut large sumit, est certa ꝑsuasio de oĩbus quæ necessaria sunt ad salutem. Fides credit & bona & mala, siue præterita, siue p̃sentia, siue futura etiam. Spes aũt tm̃ de bonis est, non de malis. Mala enim timemus, & bona speramus. Spes item ꝑterita nõ moratur, sed tm̃ ad futura respicit. Et fidei actus est credere, spei actus desiderare. His aũt duabus virtutib⁹ pulchre cõuenit tertia virtus, nimirꝝ charitas. Per oculum ac lumen fidei videt homo, quid sit expetendũ, quid fugiendũ: Per charitatem aũt exeqtur homo, quod dictauit fides. Spes aũt cõseruat laborantẽ in opere, iuxta vulgatam sententiã: Spes ꝑmĳ, solatium laboris. Fides igitur gignit charitatẽ, charitas vicissim alit fidem bonis operibus. Nam & Paulus scribit fidem per dilectiõem opari. Quod si vel fides, vel spes, citra charitatẽ ĩ homine est, iam immerito fides vel spes dicunt, quũ magis sit p̃sumptio & temeritas. Porro vt ad mentẽ Pauli accedamus propius, obseruandum est, ꝙ tres illæ virtutes oĩno necessariæ sunt ad salutem, sed finito hoc seculo, sola charitas locum habebit, quæ, sicut Paulus suprà admonuit, nõ excidit. Sed clara sunt hæc. Opus habem⁹ in p̃senti seculo fide, sine q̃ impossibile est placere Deo. Opus habem⁹ charitate, q̃ diligẽdus est De⁹ ꝓpter semetipsum, & proximus propter Deum. Qm̃ aũt ꝑ pietatis viam ingredientibus multa occurrunt molesta, Spes vice baculi addita est, quæ laborantes sustẽtat expectatione p̃mioꝝ, ne delassentur aut desperent, etiam si mille mortes circunstẽt. Quod aũt neqꝫ fide opus sit, neqꝫ spe, sed sola charitate in futuro seculo, non indiget multis demõstrationibus. Fides enim cum non sit de præsentibus, sed de absentibus, quid credes quum oĩa p̃sentia videbis? Et spes cõcupita sperat: q̃d si votis tuis satisfactũ fuerit, quid vltrà sperabis? De charitate aper-

Orig. lib. 4. in ca. Ro. 4. pag. 394.

Gal. 6.

Heb 11.

apertius est, q̃ vt admonitione opus sit. Quem enim hic non visum amamus, de Deo loquor, quō in futuro visum non plus amaremus? Recte ergo Apl'us charitatem reliquis omnibus virtutibus præponit, vt & quæ in præsenti vita necessaria sit, & in futura non excidat. Hanc nobis largiatur, cui credimus, in quem speramus, & quem merito diligimus. Amē. Sequit

Caput XIIII.

Sectamini charitatem, æmulamini spiritualia, magis autem vt prophetetis.

Bona, inquit Apl'us, & miris modis tum extollē da, tum suspicienda sunt spūssancti dona, quæ liberalissime fidelibus suis cōmunicat: veꝵ inter illa oīa charitas primas tenet, hāc igit sectamini ꝑcipue, citra quā ad salutē nunq̃ erit aditus. Sic aūt hanc sectamini, vt cætera dona non cōtemnatis. Aemulamini, inqt, spūalia, amate cætera spūssancti dona: ꝓ oībus aūt donis eo conamini, vt ꝑphetetis. Quid est illud prophetare? Non, quod futuꝵ est, ꝑdicere, sed mysticum sensum ex sacris literis eruere, diuinas scripturas interpretari. Ad hoc, inquit Paulus, summo studio conandū est, vt quis diuinam mentē ex scripturis percipere possit, & ꝑceptam, aliꝭs cum fructu cōmunicare. Multi siquidē hoc donum habēt, vt multa mysteria in scripturis intelligant: sed vt commode de his loqui possint, non est ipsis datū. Sed quare donū ꝑphetiæ post charitatem præ cæteris donis æmulandum?

Qui enim loquitur lingua, non hominibus loquitur, sed Deo: nemo enim audit, spiritu autem loquitur mysteria. Nam q prophetat, hoībus loquit ad ædificationem, & exhortationem, & consolationē.

Comparat inter se dona, extenuās illud linguaꝵ, non inutile prorsus, nec vtile tñ vehementer per sese, ostendēs. Multum enim ab illo sibi placebāt, egregium qddam esse rati, vt quod primū oīm Apostoli tanta cum admiratione obtinuissent. Vnde maiori, q̃ cętera, in precio fuit. Et Apostolis qui-

dem illud donum pnecessarium erat, vt qbus quoq̊ versus pficiscendũ erat. Doctoribus necessarium erat, non discipulis: & tñ ob gloriam Chrĩanæ fidei, etiam priuatis qbusdam psonis contingebat. Docet aũt, donum prophetiæ multis parasangis (quod dicitur) donum linguarũ pcedere: illud igitur magis ambiendũ, q̃ hoc. Et talem reddit rationem: Qui loqtur lingua, inquit, hoc est, qui diuersis linguis diuersarũ nationum loquit, non hoĩbus loquit, sed Deo. Hoc est, etiam si multas calleas linguas, & his loquaris apud hoĩes, siue intelligant, siue minus, illis non proderit, sed Deo loqueris, hoc est, ad Dei gloriam facit, qui tibi hoc donum concessit. Si enim tu lingua Hebræorũ loqueris, & alius sonum qdem percipit, sed non verba, nedum veram interpretationẽ verborũ, quid illi proderit tua loquacitas? Q. d. nihil oĩno. Nemo enim audit, hoc est, nemo intelligit. Hoc ẽ: Si apud huius linguę ignarum loqueris, incassum verba fundis. Si apud eum qui huius linguæ gnarus est, verba prophetica legis, & neq; tu, neq; ille dono prophetiæ pollet, rursum inania erunt verba. Per donum q dem spũs loqueris mysteria, hoc est, sermones mysticos, sed ex qbus neq; tu, neq; alius ædificari potest. Donũ igitur linguarũ non qdem contemnendũ est, sed nec cæteris donis pferendum. Sed quid de prophetiæ dono? Nunqd & hoc non magni momenti? Qui prophetat, hoĩbus loquit, ad ędificationem, & exhortationem, & consolationem. Hoc est, qui sacros & mysticos sermones interpretatur, etiam si vnica lingua (qua ab auditoribus intelligitur) loqui possit, non in cassum loquit. Hoĩes enim q̊rum gratia loquit, ex eius sermonibus ædificant, exhortant, & consolationẽ accipiunt. Scriptura enim sacra probe interpretata & intellecta, malos inuitat ad mentẽ meliorem, segnes extimulat ad vigilantiã, & pusillanimes erigit ac solat. Hæc eñ sunt veri prophetæ officia, vt nõ oĩa vulnera q̃tũuis diuersa, vnico velit curare emplastro.

Qui loquitur lingua, semetipsum ędificat: qui autem prophetat, ecclesiam Dei ædificat.

Qui dono linguarũ tm̃ donatus est, vt multis linguis loq possit,

possit,non multũ prodesse potest,cum cæteri non intelligãt. Sibi ergo soli prodest,si modo q̊d loquitur,exacte intelligit. Qui aũt donum prophetiæ habet, sic vt mysticũ sensum ex scripturis eruere possit, hic toti congregationi cõmodo esse poterit. Loqui ergo linguis varijs,bonum est:prophetare au tem,melius est. Bonũ aũt quo latius patet, hoc p̃stabilius est. Et vt alius q̃dam,Bonum q̃nto cõmunius, tãto diuinius &c.

Volo autem omnes vos loqui linguis,magis autem prophetare. Nam maior est qui prophetat,q̃ qui loquitur linguis,nisi forte interpretetur, vt ecclesia ædificationem accipiat.

Hæc addit Apl'us,ne in totum videatur damnare donum linguaꝝ,& ne videatur Corinthijs hoc ipsum inuidere. Non displicet mihi, inquit,in vobis donum linguaꝝ, tm̃q; abest vt vobis inuideã,vt cupiam vos oẽs, quotq̊t estis Corinthi, posse loqui varijs linguis,magis aũt cupiam vos oẽs posse ꝓphetare. Non rep̃hendo illud,sed hoc p̃fero, quod preciosi⁹ est. Nam maior est qui ꝓphetat,q̃ qui loquit̃ linguis,nisi forte interpretetur, vt ecclesia ædificatiõem accipiat. Aperta est sententia: Apud Corinthios plerisq; hoĩm linguis loquentibus cõcessa erat & gratia interpretãdi,plerisq; vero nequaq̃, sed tm̃ alterutrum. Dicit igit̃ Apl's,prophetã p̃stare linguaꝝ gnaro, qui donum prophetiæ non habeat. Quod si vtrunq; vtriq; concessum est,iam nulla est differentia.

Nunc autem,fratres,si venero ad vos linguis loquens,quid vobis prodero, nisi vobis loquar aut in reuelatione, aut in scientia, aut in prophetia, aut in doctrina?

Iam aggreditur exẽplis probare,q̊d de linguis & ꝓphetia p̃misit. Fingite me,inquit,iam primũ venire ad vos,euangelij p̃dicandi gratia,nec tñ aliud hic q̃ linguis loqui,quid allaturus sim vobis vtilitatis, nisi linguis mox interpretationẽ iungã,& sic vobis loquar,vt ipsi, quid lingua nunciet̃,intelli

gatis? Porro reuelationē hic Apl's interpretationē arcanorū scripturæ dicit: prophetiā aūt, cum q̄spiam futura aliis occulta p̄dicit. Sciētiam & doctrinā existimo ad ea pertinere, quæ intellectu facilia sunt, & homo citra peculiare sp̄us donū vel docere vel intelligere potest. Sententia Pauli est, eum incassum loqui, quem nemo intelligit.

Tamen quæ sine anima sunt vocem dantia, siue tibia, siue cithara, nisi distinctionem sonituum dederint, quomodo scietur id quod canitur, aut quod citharizatur?

Aliud exemplum, quo probat linguarū notitiam, si ab audiente non intelligatur, nihil esse. Instrumentis musicalibus, siue tibiā, siue citharā, siue aliud q̊dcūq; velis instrumentū, nisi distincta modulatiōe vtaris, nemo sciet quid velis, num cantus sit luctus, an ne iocunditatis. Quod si non refert quem sonum det cithara, tot erūt citharœdi, quot in citharis oībus fides. Simile apertū est. Coniecturā capio ex his Pauli similitudinibus, q̄ Corinthiorū q̄dam dono linguarū p̄diti, multū gloriati fuerint suis linguis apud linguarū ignaros, qui non potuerint intelligere vel iudicare, recte ne illi loquerent, an non. Inuenies & nostro seculo, qui Gallica lingua loquantur apud eos, qui nec vulgatam nouerunt exacte. Et si loquūtur quod nemo intelligit, videntur sibimetipsis non parum effecisse. Idem ergo faciunt quod imperiti musices, qui vbicunq; instrumentū musicum offenderint, statim in manus sumūt, & præter sonum dare nihil nouerūt, Ratzen fur vnd fur, & nemo aliquid intelligere potest.

Etenim si incertam vocem det tuba, quis parabit se ad bellum?

Nouerunt milites, & in bellis locum esse instrumentis musicalibus, q̄bus milites ipsi sui admoneant officii. Et miles audita tuba, statim, quid se facere oporteat, intelligit. Alio modo ad arma clamatur, alio item modo receptui canitur. Et his assueti sunt milites, & ad sonitum tubæ sunt attenti. Iam si tu-

si tuba incertam vocem dederit, non ipso cantu distinguens, vtrum p̄lium iniri iubeat, an receptui canat: quid referat tuba clangere, cum miles non intelligat quo vocetur?

Ita & vos per linguam nisi manifestum sermonem dederitis, q̄modo scietur id quod dicitur? Eritis ergo in aera loquentes.

Accōmodat p̄missum exemplū: Si quis apud aliquem loquat lingua peregrina, quid efficiet? Consolare mœstum lingua quam nō percipit, & vide num depositurus sit animi dolorem. Voca inter multos aliquē lingua ignota, & expecta, si placet, responsionem. Breuiter, ideo nobis sermo datus est, q̄ bruta aīalia carent, vt hoc animi nostri sensa exprimamus. Quod si quis loqui voluerit, vt nemo intelligat, quid magni effecerit? Opponemus illi aīal aliquod brutum, cuius vocem & ipse non intelliget. Igitur etiam si multa ignota verba loqueris, nihil efficis nisi q̄ guttur exiccas, & aerem verberas. Nemo tua voce vel ædificabitur, vel lætabitur Mit fyl klappe ren machst ein wol schellig, aber nit hellig. Non magni momenti res est, loqui vt nemo intelligat. Et tn̄ inuenies, qui vel latina, vel etiam vulgata lingua loquentes, sic affectant obscuritatem, acsi nolint à quoq̄ intelligi. Cur igit̄ nō porro tacēt?

Tam multa vtputa genera linguarum sunt in hoc mundo, & nihil sine voce est. Si ergo nesciero virtutem vocis, ero ei cui loquar, barbarus: & qui loquitur, mihi barbarus.

Multa, inquit Apostolus, linguarū gn̄a sunt in mundo, & vnaquæq; gens suā peculiarē habet, quā & voce exprimit. Si ergo quis ad me veniret sua lingua loquens, lingua mihi nimirum ignota, quem fructum ille loquendo, vel ego audiendo consequeremur? Ille frustra verba, ego frustra tempus p̄derē. Ille de pane mentionem faceret, ego porro lapidem intelligerē: Ille admoneret in dextra esse p̄iculū, ego ad sinistrā declinarem. Vide ergo quid sit, loqui nemine percipiente.

Sic & vos qm̃ æmulatores estis spirituũ, ad ædificationem ecclesiæ quærite vt abundetis. Et ideo q loquitur lingua, oret vt interpretetur.

Non sum is qui vobis inuideã multiplices spũssancti gratias, inquit, sed qñquidem aliàs donis spũssancti plurimũ delectamini, & illa maximo studio æmulamini, admoneo vt cũ delectu æmulatores sitis donoꝝ spũssancti, & ad illa conemini, vnde maior ecclesiæ vtilitas accedere possit. studiũ eñ vestrum omne in hoc extendi debet, quo pluribus prositis. Hoc ita fiet: Si cui obtigit, inquit, linguarum donum, precibus à Deo flagitet, vt accedat donum intrerpretãdi. Nisi eñ tu vel aliquis interpretetur quod loqueris, nihil proderit ecclesiæ. Et addit rursus Apostolus:

Nam si orem lingua, spiritus meus orat, mens autem mea sine fructu est.

Aliud argumentũ quo probat linguaꝝ donũ citra interpretationem nec ei prodesse, qui possidet, si nõ ipse, quid loquatur, intelligat. Si, inquit, orem, lingua nimiꝝ peregrina, cuius sensum nõ percipio, spũs qdem meus orat, hoc est, guttur sonum reddit: sed mens mea sine fructu est, quia his verbis incognitis nihil mouetur, quia inani illo sono nec consolationem, nec timorem accipio. Exemplis declarabimus: Inuenies qui vtcũq; latinam linguam legere possunt qdem, sed nec minimũ iota hui⁹ intelligere: & tñ tales linguã cognitam contẽnentes, latinas preculas murmurant. Quod ex non cognitis & nõ intellectis preculis multũ deuotiõis accedat orãti, non est verisimile. Sed hac de re in sequentib⁹ forrassis plura.

Quid ergo est? Orabo spiritu, orabo & mente. Psallam spiritu, psallam & mente.

Quõ, inquit, orandũ est? Orandum est sic spũ, vt mens intelligat. Psallendũ est sic, vt ori siue gutturi mentis deuotio respondeat. Orationes enim nostræ non est ludicra res, sed ex animo procedere debẽt: qñquidem & nouerimus Deum

ma

magis respicere cor nostrum, q̃ verba nostra. Et aliqñ Deus orationem cordis mauult, q̃ multiplicationẽ verboꝶ. In Exodo legim⁹ dñm Mosi dicere: Quid clamas ad me? nec tñ legimus quid Moses dixerit. Et Heli admiratur Annam moue re labia, nec tñ vlla recitare verba. Proinde dicimus orationem cõstare deuoto affectu, quem verbis explicamus. Quod si alterutrum abesse vult, cauendũ est ne deuotus affectus desit. Affectus enim exauditur citra enumerationẽ verboꝶ, sed verba citra affectum bonum non exaudiunt. Locus igit Pauli nõ tm̃ militat aduersus eos qui nõ intellectas preculas murmurant, sed etiam contra eos, qui intellectas non cum attentione recitant. Orandũ est, inquit Apl'us, spũ, orandum est & mente: Psallendũ spũ, psallendũ & mente. Si instituues orationem, q̃ vel aliqd à Deo postules, vel gr̃as ꝑ acceptis bñficijs agas, vel ipsum Deũ laudes, fac ex aĩo ꝓdeat, & bene feceris.

Cæterum si benedixeris spiritu, *quis supplet locum idiotæ? quomodo dicet, Amẽ, super tuam benedictionem? Quoniam quid dicas, nescit: nam tu quidem gratias agis, sed alter non ædificatur. *q supplet locũ idiotę,

Clarissimũ est quod hic Apl'us dicit: Finge tibi, qui peregrinæ linguæ prorsus es ignarus, aliquem in via obuiare Italum vel Gallũ, hic te alloquit, quid rñdebis? Nescis eñ quid ille dixerit, & multa sunt quę ille non temere loqui & interrogare possit: s. Num non aberrarit à regia via, lõgum ne restet iter, Num aliquis tibi obuiarit. Aut fortassis te rogat quo velis, aut te salutat, aut p̃monet ne in latrones cadas. Huiusmodi certe multa à peregrino aut viatore rogari possunt. Quũ porro tu incert⁹ es, quodnã illoꝶ ille te interrogauerit, quid respondebis? Sed esto, p̃ter opinionem recte ad interrogata respondeas: (nam & hoc interdum euenit) q̇d si ille iam rñsionem tuam non percipiat? Iam ergo ille frustra rogauit, tu frustra respondisti. Sic ergo hoc loci Apl'us dicit: Si benedixeris spũ, quis supplet locum idiotæ? Quõ dicet, Amẽ, super tuam benedictionẽ? Qm̃ q̇d dicas, nescit. Er weist nit ob du

betteſt oder fluchſeſt. Quō igitur confirmare poteſt vel negare quod tu loqueris? Nam tu q̄dem gratias agis, ſed alter nō ædificatur. Non accuſo, inquit Apl's, ꝙ loqueris. bona verba ſunt, & Dei laudes ſunt, & gratiaꝝ actiones ſunt, q̄rum neutrum condemnandū eſt: ſed de hoc loquor, ꝙ ꝓximus tuus non ędificatur. Quod ſi loquerere lingua cognita & vulgata, iam ex tuis pijs precib⁹ fortaſſe ꝓximus nonnihil deuotionis hauriret. Cōiecturā ex his Pauli verbis accipio, p̄cipuos etiā Corinthioꝝ, accepto dono linguaꝝ, ꝑegrina aliq̄ lingua ſuas p̄culas in cōſpectu cæteroꝝ recitaſſe, vt nonnullā laudē ſuę ſciētię inde adipiſcerent. Porro cū hic alta voce ſic ſua lingua oraret, & alij nō intelligerēt, & alter alia q̄piam lingua loqueret, q̄ impudēs illa fuerit cōfuſio, tute iudicare poteris. Recogitandū & hoc, ꝙ lōgo tēpore fuerit is vſus in eccleſiis multoꝝ Chr̄ianoꝝ, vt popul⁹ ꝓmiſcue ad or̄ones gn̄ales, q̄s noīe populi ſacerdos recitabat, rn̄deret. Inde eſt, ꝙ Chryſoſt. nō ſemel ſuos Cōſtantinopolitanos increpat, ꝙ verbis q̄dē multa bona precant in tremēdis myſterijs ſacerdoti, ſed egreſſi à loco ſacro, factis lōge alia præſtāt. Et tū tēporis ſolēnes precationes publice, vulgata itē lingua fiebant, vt ſic plebs Chr̄iana mēte imitaret, q̄d ſacerdos precabat. Hic mos q̄re iā immutatus ſit, non caret ratione. Adde his ꝙ q̄n inceptum eſt, vt ſolēnes precationes latina lingua fierēt in Chr̄ianoꝝ cœtu, nō ita rara & ꝑegrina erat huiuſmodi lingua, latinā puta. Sanctę Monachæ erāt doctiſſimæ, q̄les & hoc ſeculo aliæ etiā natiōes habēt, & clerici nō erāt vſq; adeo ſtupidi, vt ſuas preculas nō intelligerēt. Pręſtaret igit & Clericos & Monachas ſui admonere officij, q̄ ſic in eccleſia Chr̄i tumultuari, vel tā inſulſos rhythmos, ne dicam ſeditioſos Pſalmos, obtrudere. Sed fortaſſis ad finē capitis alia ſubiungemus huius negocij.

Obſer.

Gratias ago Deo meo, ꝙ omnium veſtrum lingua loquor. Sed in eccleſia volo quinq; verba ſenſu meo loqui, vt & alios inſtruam, quàm decem millia verborum in lingua.

Solent plerunq; imperiti rerum, iis minus esse propicii, quæ non didicerunt: & ars non habet inimicũ, nisi ignorantẽ. Ne quis ergo Apostolũ existimet linguis esse offensum, vel aliis inuidere donũ, q̊d sibi nõ esset donatũ, inqt: Gratias ago Deo meo, ꝙ oĩm vestrũ lingua loqr. Nõ cõtemno linguarum donũ, vt q̊d ab eo q nihil nisi bonũ suis fidelibus largit, concessum est: sed multo magis ago Deo meo gratias, q tã vbere linguarum dono me decorarit, vt omes linguas quarum in vobis vsus est, & intelligã, & loqui sciam. Quod si sciolos vestros velim imitari, possim & ego peregrinis linguis & orare, & prædicare in ecclesiis. Sed ego in ecclesia cœtuq; sanctorum, malim quãlibet pauca verba sic loqui, vt ipse meã intelligẽs vocẽ, efficiam vt à cæteris quoq; intelligar, q̃ decẽ millia verborum ita sonare, vt nullus intelligat cæterorum, ac fortassis ne ipse qdẽ. Breuiter, Apl's dicit se suis donis à spũ cõcessis, sic vti, vt multis prodesse possit. Ad exẽplũ igit suũ vult Corinthios respicere, & superciliũ q̊d de donis linguarum acceperãt, deponere. Inuenies & nostro seculo, qui in suis concionibus sic disputant, & subinde lingua peregrina vtuntur, vt finita concione nemo quicquam intellexerit. Sic quidam in cœtu piorum orãt & cantant, vt ne à doctis quidem intelligi possint.

Frẽs, nolite pueri effici sensibus, sed malitia paruuli estote, sensibus autem perfecti estote.

Multis argumentis hactenus probauit, quàm prorsus nihili res sit, lingua loqui vt præter loquentem nemo intelligat: iam porro acrius insurgit, vehementiusq; increpat, exemplum proponendo mire ad hoc negocium accommodum. Nam solent pueri ad parua hiare & obstupescere, valde autem magna nihil mirari. Et sic Corinthii existimant se om̃ia habere, cum donum linguarum habeant, cum illud donum inter cætera minimum sit. Dicit ergo Paulus: Fratres, nolite pueri effici sensibus sind nit so kindisch, sind nit so torechtig, sed malitia paruuli estote, sensibus autem perfecti estote. Vos quidem imitamini pueros in iudicando, in intellectu: sed quod ad malitiam adtinet, non estis pueri. Satis

De duplici prudẽtia vide D Basiliũ ser. in principiũ Prouerbiorũ pag. 281.

ẽm in vobis eſt ſuperbiæ, faſtus, & inuidiæ: qualia in pueris nõ eſt inuenire. Eo igit conamini, vt innocẽtia veſtra teſtetur vos pueros, prudentia aũt veſtra teſtetur vos vere ſenes eſſe. Simplicitas ẽm ſine prudentia, potius ſtupiditas vel ſtultitia dici meretur, q̃ ſimplicitas. Simplicitas neſciat malũ, prudẽtia doceat bonũ. Et Chriſtus portitor ſalutis, iuſſit diſcipulis,

Matt. 10 vt ſimplicitati iungerẽt prudentiã. Eſtote, inquiens, prudentes ſicut ſerpẽtes, & ſimplices ſicut columbæ. Sed de vera pueritia iã ſæpe diximus, vt nõ ſit neceſſe multis repetere.

In lege enim ſcriptum eſt: Qm̃ in aliĳs linguis & labĳs aliĳs loquar populo huic, & nec ſic exaudient me, dicit dominus.

Hæc rurſus faciunt ad hoc, ne quis exiſtimet linguarũ donum ab Apoſtolo contemni: & vult Apoſtolus iam docere, ad quid donũ illud à ſpũ fidelibus conceſſum ſit. In lege, hoc eſt, in veteri teſtamento ſcriptũ eſt: Quoniã in aliĳs linguis & aliĳs labĳs loquar populo huic, & nec ſic exaudient me. Hoc

Eſa. 28 eſt, In Eſaia olim pmiſit dñs, q̃ diſcipuli Chriſti olim loquuturi forent diuerſis linguis ad diuerſas nationes, vt ipſas ad fidem conuertant. ſed Apoſtoli dono linguarũ parum proficient. Quantũuis enim ipſi varĳs linguis loquentur, illi nihiloſecius in ſua infidelitate permanebunt, neq; dominũ exaudient. Hoc igitur teſtimoniũ ex veteri deſumptum teſtamento, declarat, q̃ dominus donum linguarum tantum propter incredulos donarit eccleſiæ. Sed audiamus Apl'm ipſum:

Itaq; linguæ in ſignũ ſunt, non fidelibus, ſed infidelibus: prophetiæ aũt nõ infidelib⁹, ſed fidelibus.

Attẽdite, bifariàm, opinor, linguæ donum infidelibus in ſignũ datum: primum, vt infideles audiendo tam variarũ linguarum notitiã in vno homine, viderent q̃ magnifice dominus diſcipulos ſuos decoraret, & ſic beneficio illo quaſi allicerentur ad Chriſtianiſmũ. Rurſum nouimus donũ linguarũ in gratiã infidelium, & à Chriſti fide alienorũ, eſſe cõceſſum. Si enim vel Petrus vel Paulus debuit prædicare Chriſtũ populo

pulo peregrinæ linguæ, necessarium fuit vt ipsorum calleret linguā: qui eñ aliter potuisset intelligi? Porro fide iā in multas nationes propagata, non necessariū amplius fuit linguæ donū, cum vnaquæq; gens ex suis potuerit habere verbi ministros. Certe vt Petrus Iudæis prædicaret, sufficiebat ei materna lingua: verum ad prædicandū Græcis, Græcā linguam sciret fuerat necessum. Linguarū igitur donū, tantū locū habet, vbi infideles conuertendi sunt: Prophetiæ aūt donū, tam fidelibus q̄ infidelibus necessarium est. Indigemus enim verbi Dei prædicatione, vsq; ad finem mundi.

Si ergo conueniat vniuersa ecclesia in vnū, & oēs linguis loquantur, intrent autem idiotæ aut infideles, nonne dicent q͂ insanitis?

Pulcherrimo eodēq; apertissimo exēplo ostēdit, q̄ stultū sit loqui linguis, quas præter loquentē nemo intelligat. Fingite, ait, vos oēs in concione publica linguis loqui peregrinis, ingredi aūt in cœtū vestrū Christianos qui linguarū sunt imperiti, aut incredulos alioqui: nonne, cum audierint confusissimum diuersarum vocum strepitum, nihil omnium intelligentes, dicturi sunt q͂ mente capti lymphatiq; sic ineptiatis? Itaq; linguæ citra interpretationē, in cœtu Christianorū nihil habēt vtilitatis. Sed quid de prophetia?

Si aūt omnes prophetent, intret autem quis infidelis vel idiota, conuincitur ab omnibus, dijudicatur ab omnibus. occulta enim cordis eius manifesta fiunt, & ita cadens in faciem, adorabit Deū, pronuncians q͂ vere Deus in vobis sit.

Alius est effectus prophetiæ, q̄ linguarū. Linguis eñ peregrinis idiotæ repelluntur à fide, prophetia aūt adducūtur. Si eñ per prophetiæ donū alius doceat, alius admoneat, alius exhortetur, alius consoletur, & interim superueniat in cœtum vestrum hospes quispiā imperitus, aut etiā incredulus, q & intelligit sermonē vestrū, & vicissim intelligitur: nōne dū

verã pietatẽ agnoſcit in vobis, dãnat apud ſe ſuã ſuperſtitionẽ? ſuosq́; mores impios deteſtaṫ, collatos ad veſtrã pietatẽ: totusq́; ſibi oſtẽditur, dũ audit à vobis veræ religionis diſciplinã, à qua videt ſeſe hactenus plurimũ abfuiſſe: ſibiq́; conſcius fit eoꝝ vitioꝝ, q̃ ſermo veſter execraṫ. Deniq; fit, vt ille mutatus in aliũ viꝝ, ac ſui pœnitẽs, pronus in terrã procumbat, agnoſcẽs palamq́; teſtificãs, ꝙ vere ſpũ Dei ſitis afflati. Obſeruandũ hic, q̃d Paulus velit, cũ dicit, Si oẽs prophetẽt: Neq; eñ docet Apl'us oẽs debere ſimul & ſemel prophetare, hoc eſt, ſcripturas interpretari: hoc eñ ipſum, idẽ Apoſtolus ſtatim culpabit. Quod ergo dicit, Si oẽs prophetẽt: idem eſt acſi dixiſſet, Si oẽs haberẽt donũ vel ſpiritũ prophetiæ, ſic & ſic ædificaretis eccleſiã Chriſti. Quod vero linguæ peregrinæ infidelibus riſum moueant, prophetiæ porro pietatem & timorẽ Dei incutiãt, in Actis apoſtoloꝝ claret. Inibi eñ legitur, ꝙ diſcipuli dñi, accepto ſpũ ſancto, cœperunt loqui va-

Acto. 2 rijs linguis: Stupebãt aũt oẽs & mirabãtur, dicẽtes: Nõne ecce oẽs iſti q loquuntur, Galilæi ſunt? & quomodo nos audimus vnuſquiſq; linguã noſtrã, in qua nati ſumus? Quidnam vult hoc eſſe? Alij autem irridẽtes, dicebãt: Muſto pleni ſunt &c. Et ſic coactus eſt Petrus confratres ſuos excuſare. Sed fi-

Ibidem. nita concione Petri, expoſitisq́; de Chriſto ſacris ſcripturis, auditores compuncti ſunt corde, & dixerunt ad Petrũ, & ad reliquos Apoſtolos. Quid faciemus viri fratres?

Quid ergo eſt fratres? Cũ conuenitis, vnuſq́ſq; veſtrum pſalmum habet, doctrinam habet, apocalypſim habet, linguam habet, interpretationem habet, omnia ad ædificationem fiant.

Quandoquidem iam accepiſtis, q̃ longe præſtet prophetia dono linguarum, quid faciendum vobis fuerit? Varia in vobis cernunṫ ſpiritus ſancti dona. Nõ oĩa poſſumus oẽs, ſed nemo iure queri poteſt, ſe à Deo vt contẽptũ, nihil accepiſſe. pulcherrimo eñ & vero ordine, ſumma item æquitate oĩa diſtribuit ſic, vt neuter ſibi ſufficiat, & mutuo ſe poſſint fra-

tres iuuare. Quando enim cõuenitis in vnum, vnusquisq; habet quo possit proximi cõmodum, gloriamq; Dei promouere. Hic aptus est ad Dei laudes vel cõponendas, vel cãtandas: alius doctrinam habet, qua possit ad instituendã vitam erudire. Alius rursum reuelationes habet, vt per spm̃ sanctũ occulta cordiũ cognoscere & iudicare queat. Alius gratiã illã habet, vt nulla ipsi possit esse lingua peregrina. Postremo alius habet hanc gratiã, vt quę in sacris scripturis difficilia intellectu sunt, exacte interpretari possit. Cum igit̃ non negare potestis, quin his & similib⁹ donis remunerarit vos Deus p spm̃ suum, sic illis donis acceptis vtimini, vt multum ędificationis ad fratres perueniat.

Siue lingua quis loquitur, secundum duos, aut vt multum tres, & per partes, & vnus interpretetur. Si autem non fuerit interpres, taceat in ecclesia, sibi autem loquatur & Deo.

Docet his Apl̃us, quõ oĩa in ecclesia ædificare possint: & primũ qdem proponit, qua ratiõe linguis vtendũ, vt ecclesia aliqd ædificationis acc piat. Detur, inquit, linguarũ dono p̃diti s suus locus: sed ita, vt bini dũtaxat loquant̃ in singulis cõciliabulis, aut vt plurimũ terni: neq; id tñ simul, sed per vices, neq; rursus soli loquantur, sed adsit qui, quod ab illis dictum est, interpretetur populo. Vnus interpres duobus aut tribus linguæ dono p̃ditis suffecerit. Quod si desit interpres linguarum peritus, non est quod in cœtu loquat̃, qui p̃ter donũ linguarũ nihil habet. vtatur suo dono, sed priuatim, vbi sibi canat & Deo citra tumultũ. Nam & hic meminisse oportet, q̃d iam sæpe admonuimus, s. non semper datum esse prophetiæ donum, ad donum linguarũ: neq; enim statim exacte intelligebant quid loquerent̃. Exemplis docebimus: In ecclesiis nostris inuenies qui donum linguarũ habent, sed non donũ ꝓphetiæ, vt scripturas interpretari possint. Neq; enim semper qui epistolas vel euangelia in ecclesiis canũt, cõtinuo intelligere, nedum aliis interpretari, possunt, q̃d canẽdo recitarũt.

Prophetæ autem duo aut tres dicant, & cæteri dijudicent. Quod si alij reuelatum fuerit sedēti, prior taceat. Potestis enim omnes per singulos prophetare, vt omnes discant, & omnes exhortētur. & spiritus prophetarum, prophetis subiecti sunt.

Pulchrum hoc est, sed non minus difficile. Nos igitur, iuxta q̊d dn̄s dederit, interpretabimur & hoc q̄ simplicissime. Prophetæ, inquit, duo aut tres dicant, & cæteri dijudicent. Quare hoc dicit Apl'us? In Corinthiorum ecclesia non tm̄ vni vel tribus contigerat donum prophetiæ, sed multis: & potuissent, q̄ntum q̄dem spūs donū attinet, multi interpretari scripturas arcanas. Quod si iam oēs illi prophetæ simul & semel voluissent concionari, qualis facta fuisset confusio? qualis tumultus? Docet itaq; Apl's, vt oīa suo ordine fiant, sic vt duo aut tres sint, qui per vices concionent̄, siue interpretent̄: cæteri aūt, q̄ntumuis docti fuerint & spū prophetiæ donati, sint iudices dictorum: hoc est, summa attentione obseruēt & auscultent quid ille interpretetur. Potest em̄ fieri, vt satanas se trāsfiguret in angelum lucis, hoc est, vt Pseudopropheta se venditet, pro ppheta Chr̄i. Potest item fieri, vt interpres ex philautia sibimetipsi persuadeat habere spm̄ prophetiæ, cum nihil minus habeat. Igitur qui donum hoc habēt, vt possint pbare spūs, vtrum ex Deo sint, an aliunde, hi dijudicēt. Sequit: Quod si alij reuelatū fuerit sedenti, prior taceat. Hoc est, Nemo existimet se ipsum solum sapere, oīa nosse, cęteros aūt oēs desipere. Sed si spūs bonus aliū excitauerit, tu libens cede loco, & sine vt & ipse interpretetur. Hæc opinor sic intelligenda esse. In tanta turba prophetarum, seligebant̄ vnus atq; alter, qui per vices pphetarent: & poterat fieri, vt ex selectis aliqs opportune deponeretur, & ali⁹ doctior surrogaretur: admonet igitur Apl's priorem, vt successorē non ægro animo admittat. Nec dubito & hoc aliq̄n accidisse, vt spūs interdū discipulo aperiret quod doctorem latebat. Et in nostrorum p̄dicatorum concionib⁹ non raro fit, vt auditor intelligat, & q̄stionis

2. Cor. 11

nis alicuius solutionẽ cogitet, de quo doctor ipse ne somniarit qdem. Addit rursum Apl'us: Potestis enim oẽs per singulos prophetare. Es hat vch gott nit versagt. Abunde dona sua effudit spũs, vt oẽs discãt, & oẽs exhortent. Sed nihilominus oportet seruare ordinẽ, ne indecora fiat in cœtu sanctorum confusio. Sed quid est quod subiungit Apl'us, Spũs prophetarũ, prophetis subiecti sunt? Sunt qui nihil aliud Apl'm hic voluisse cõtendũt, q̃ vt ostendat, non esse impossibile, eum qui afflatus sit spũ, tacere, cum nulla necessitas ipsum vel ad loquutiõem, vel ad silentiũ cogat: quod certe in illis non est, qui malo spũ agunt: hi enim, velint nolint, compellunt & dicere & agere, quæ voluerit spũs ille vertiginis. Verũ ego, salua aliorũ sententia, arbitror Apl'm hęc adiunxisse contra eos, qui nolunt suam doctrinã ab aliquo iudicari, nec volũt doctioribus loco cedere: vt sit sensus, Spũs prophetarũ interpretantiũ, subiecti sunt eis prophetis, qui & ipsi spm̃ interpretationis & prophetiæ habent. Et horum est expendere & iudicare, quid quis dicat. Non igitur audiendi sunt, qui suarũ doctrinarũ nolũt alios admittere iudices, pręter muta Biblia & depictas literas. Scriptura certe de doctrina iudicare non potest, cũ sit cæca & surda: sed interpres scripturæ, id est, hoĩes docti & pij. Summa itaq; controuersia est in hoc, q sacræ scripturæ veri interpretes sint. Nam q̊d dicunt & obijciunt identidem, oĩa debere iuxta scripturas expendi, nemo reluctatur: sed vt illud fiat, interpretes postulamus qbus tuto fidere possis. Breuiter, pseudoprophetæ ppetuo occinunt, Euãgelium Euãgeliũ, cuius ipsi volũt esse interpretes. Nec anim⁹ illis est, vt aliqñ veniant disputare, vt ait Augustinus, sed vincere. Sed audi bellum cõmentum, ne dicam cauillum pseudoprophetę cuiusdam. Examinãda, inquit, pbandaq; est prophetia, hoc est, doctrina hoĩs quæ à sacris ducit, sed scripturis sacris. Ipsa vero scriptura sacra à nemine est iudicanda, sed ei citra oẽm controuersiã & ambiguitatem credendũ. Hactenus ille, cui sic respondebimus, Sacra biblia à sancta eccelesia semel est iudicata & approbata, & quæ supposititia & notha videbantur, sunt reiecta, sic vt euangelium vel Thomæ, vel Nicodemi, vel He-

H Bulling. in 1 Cor. 14. pag. 191.

Vide Rñsionẽ D. Capitonis ad Rupertum Palatinũ pa. 25

Hebræorũ, etiam nullius sit authoritatis contra canonem Bibliorũ. Sed post illam approbationẽ nemo pius ausus fuit iudicare scripturã canonicam. Quotquot vero sibi censurã sumpserũt in canonem bibliorũ, perpetuo hæretici iudicati sunt. Et hos certe maxime imitatur Lutherus, qui egregium iudicem semetipsum constituit super biblia. Et vide q̃ Apostolice oĩa. Apostoli vel apocryphis vtebant scripturis, Lutherani porro etiam Apostolicarũ literarum authoritatem floccifaciunt. Sed de his plus satis. Biblia quæ Lutherus Germanię dedit, mihi testis est. Legat pius homo illius argumenta, quæ singulis libris p̃fixit: & statim videbit, q̃ temerari⁹ in hoc negocio fuerim iudex, & q̃ fiat iniuria bono viro, si dĳs placet.

Non enim dissensionis est Deus, sed pacis: sicut & in omnibus ecclesĳs sanctorum doceo.

Quæ hactenus Ap̃lus docuit de donis spũssancti, in hoc tm̃ docuit, vt oĩa in ecclesia pulcherrimo q̊dã ordine fierent: & ideo iam allegat Dei voluntatem, q non alia re magis delectatur, q̃ fidelium cõcordia & pace: nec alia re magis offenditur, q̃ tumultu, dissensione & confusione. Deus enim est pacis & concordiæ, quod qdem vbiq; non tam creatura, q̃ scriptura abunde testatur. Et Deus ille pacis, propterea filium suum dñm nostrum misit in hũc mundũ, & tradidit in mortem, vt per ipsum pacificaret oĩa, siue quæ in cœlis, siue quæ in terris. Videant iam pseudoprophetæ, qui cœlũ terræ miscent, qui oĩa tumultibus replent, cuinam deorũ seruiant. Cæterum Paulus hęc adduxit, quo facilius in suam sententiã Corinthios reuocaret: q̃nquidẽ iam intelligunt, Deũ pacis, quæ pacis sunt, maxime diligere. Nec est his contentus Ap̃lus, sed dicit se in oĩbus ecclesiis sanctorũ eadem docere, quæ in Corinthiorũ. Pudeat aũt iam merito Corinthios impiæ nouationis, & seditiosæ cõfusiõis, cũ audiũt & intelligũt nullibi talia fieri, sed oẽs ecclesias sanctorũ ab ipsorũ moribus abhorrere.

Col. 1.

Mulieres in ecclesĳs taceant. non enim permittitur eis loqui, sed subditas esse, sicut & lex dicit. Si

quid autem volunt discere, domi viros suos interrogent. Turpe enim est mulieri, loqui in ecclesia.

Manifestum est ex Actis apostolicis, etiam mulieribus donum linguarum & prophetiæ datum: & poterat fieri, vt mulieri reuelaretur secretius aliquid, q̃ propheta p̄dicaret: & quia Apostolus dixerat, Potestis oẽs per singulos prophetare, poterat aliquis existimare, & mulieres debere vices suas in concionando supplere, si aliquibus contigisset donum linguarum vel prophetiæ. Ad hoc dicit Ap̄lus: Mulieres in ecclesiis taceant. Quantũuis enim illis contigerit preciosum donum sp̄ũs, non p̄mittitur eis loqui in cœtu sacro, vbi viri adsunt ad hāc rem apti. Non igitur tẽtet mulier docere in cœtu sacro, qm̃ ipsas mulieres oportet iuxta legem subditas esse, nõ maiores & doctiores velle videri viris. Sed nonne & ipsæ quæ religionis sunt, disquirere debent? Si quid volũt discere, inquit, domi viros suos interrogent. Iam ne qua obijciat, ergo gloriosam hanc nobis inuides Paule? Nequaq̃, inquit, Turpe est enĩ mulieri, loqui in ecclesia, tm̃ abest vt hinc quid gloriæ sperare liceat. In epistola priore ad Timotheum, dicit: Mulier in silentio discat cum omni subiectiõe. Docere aũt mulieri non p̄mitto, neq; dñari in virũ, sed esse in silentio. Obseruandum quod hic Ap̄lus admonet, mulieri turpe esse, si loqui velit in ecclesia, etiam de sanctis & diuinis rebus. Quõ igitur excusabunt impuras & immodestas confabulationes, detractiones, murmurationes, quas q̃dam in ecclesiis cõmittũt? Obseruandum deinde: Si mulieres debẽt viros suos interrogare de his quæ à Propheta in ecclesia recitata & interpretata sunt, qui possunt viri de illis respondere cum non adfuerint? Audis ergo, & viros debere ecclesias ad verbum Dei audiendũ ingredi. Predig hören ist nit allein wybertedings Sed nostro seculo q̃tusquisq; virorum, sacras accedit cõciones? immo inuenies q familiæ suæ ecclesiis interdicat. Obseruandũ tertio, q̄ Apostolus interdicit, ne mulieres in cœtu sanctorum docere vel p̄dicare p̄sumant, sed domi familiam suam instruant in his quæ sunt ad Deum: & bene fecerint. Postremo tñ nõ possum eos

1 Tim. 2.

Obser.

excusare, qui cõtempto cœtu sacro, ipsi ex suis ædibus ecclesias faciunt, hoc est, nunq̃ templa ingrediunt, sed ipsi sibimet ipsis & Papa & Episcop⁹ sunt &c. huiusmodi em̃ mores magis sapiũt hæresim & schisma, q̃ aĩm veræ pietati deditũ.

An à vobis verbum Dei processit? An in vos solos peruenit?

Quid, inquit Apl̃s, opus est multis verbis? Quid est, vt vos grauemini seruare ritum, à cæteris oĩbus obseruatum ecclesiis? An à vobis primũ pfectum est euangeliũ, vt cęteri cogendi sint ad vestrum morem? An ad vos solos puenit euangelium? **Muß es dan allein recht syn waß ihr thundt?** Quod si nec primi Chr̃i religionem tenetis, nec soli, cur piget ad aliorum ritus vos attemperare? Hæc verba q̃dam pseudopropheta catabaptistis obijcit, & vere obijcit: sed si quis penitius introspicere voluerit, inueniet idipsum non temere obijciendum esse oĩbus seditiosis illis euangelistis, qui cõtemptis oĩm ecclesiarum ritibus, volũt vt sua sectemur somnia. Quod ecclesia hactenus per multorum annorum centenarios seruauit, humanæ traditiones sunt: sed quod ipsi statuunt, pro diuinis oraculis venditant. Sed qua ratione amplectamur Lutheranorum statuta, & statutis ecclesiæ aduersemur? Nunq̃d Lutheranismus antiq̃or ecclesia est? Et certe veritas antiquior est mendacio. Et quod ecclesia seruat, vbiq; in oĩbus regionib⁹ seruatur: quod vero Lutherana factio docet, quàm late sparsum sit nemo ignorat. Adde ꝙ ecclesiastici in diuersis locis eadẽ docẽt, Lutherani in eodem loco diuersa: immo quod hodie laudarunt, postridie miris modis vituperãt. Quis igitur contemptis cæteris ecclesiis, impuros & seditiosos illos sectaret Corinthios, Lutheranos puta? Nos non accepimus ab eis fundamenta prima fidei, nec ad hos solos puenit verbũ Dei: præstat igitur in nostris caulis manere. Sequitur:

Obser.

Si quis videtur propheta esse, aut spiritualis, cognoscat quę scribo vobis, ꝙ domini sunt mandata. Si quis autem ignorat, ignorabitur.

Hæc

Hæc tacitæ obiectionis responsio videtur. Potuissent enī quidā Corinthioꝝ Paulo obijcere: Quid nostra refert, quæ apud alios fiunt? nos nostrū morē, nostros ritus seruabimus, quicq̄d tandē alij faciāt. Etsi enī Euangelij p̄dicatio à nobis nō processerit, tamē iā habemus prophetas, qui, q̊d facim⁹, nō frigide cōmendāt. Respōdet itaq; Ap̄lus: Qui meas sanctiones contēnit, nō me contēnit, sed Deū ipsum, cuius mandata vobis offero & insinuo. Hęc ita esse iudicabit & cognoscet, quisq; vere propheta aut sp̄ūalis fuerit. Si q̄s aūt ignorat, ignoret suo periculo. Decertare non est meū, satis est admonuisse. Obserua hic q̊d Ap̄ls dicit, Dn̄i eē mādata, nō Paulina somnia, q̄ hactenus de donis & vero vsu donorum sp̄ūs sancti disseruerit. Caueat ergo vnusquisq;, hæc mādata contemnat vel rideat, q̊d certe impune nemo faciet. Sed hic pseudopropheta nobis occinit, dicēs: Si iam diuinū mandatū est, vt lingua vulgata vtamur in cœtu sanctoꝝ, hoc est, in tēplis nostris, recte ergo explosimus latinas cātiones ex tēplis, & harum loco vulgatas instituimus. Quid hic respondeā, fratres charissimi? Primū dicemus, diuersarios nostros tam probe, institutum vel Pauli vel ecclesiæ intelligere, vt vix in decimo q̊q; loco ijdē ritus sint. Sed alibi nihil peregrina lingua canitur, sed omnia vulgata. Alibi rursus partim vulgata, partim latina canitur. Sunt qui cantiones ecclesiasticas in totū reijciunt, sunt rursus q & Latine & Germanice versas, in cœtibus suis canūt. Qui ergo breuius & expeditius respōdere possim, quàm si responsionē differrē, donec illi nos certiores reddidissent, quid perpetuo seruandū esse deliberassent? Sed seriosius rem tractabimus, & hoc quidem ordine, vt principio defendamus ecclesiā, deinde refutemus pseudoprophetaꝝ calumnias potius q̄ argumēta. Porro, vt q̊d instituimus, breuius absoluamus: plane fatemur Paulū hoc loci docuisse, vt non tā precationes, q̄ conciones lingua vulgo nota fierēt in cœtu fidelium, quo ecclesia ædificaretur. Ergo peccant ecclesiastici, inq̄t aliquis, ꝙ Paulo nō obediūt, sed murmurāt precationes & psalmos, neq; à se neq; ab alijs intellectos? Caue ne calculi cognitionem anteuertāt. Non peccat ecclesia dif-

Obser.

Disputatio de vulgatis cantionibus ī cœtu sanctorum.

Lutherani nō idem sentiunt de vulgatis cātionibus.

Ecclesia etiam apostolorum decreta mutare potest.

cedēs ab hoc Pauli instituto,(nolo hic me putes patrocinari sacerdotum,qui vtinam essent quod audiunt,ignauię)quū ecclesiæ fuerit liberum,hanc Pauli siue etiam Dei institutionā infringere, q olim ad vtilitatē ecclesiæ fecerit,nostro aūt tempore nihil vel saltem parum ædificatiōis habeat. Nec est vt quisquam existimet, non licere ecclesiæ vt apostolorū decreta mutare possit. Quicquid enim Apostoli vel illorum successores statuerunt,ad hoc statuerunt, vt inde magna vtilitas ad ecclesiam perueniret. Nec fuit animus Apostolorum, vt ipsorum decreta forent perpetua,siue profutura siue nocitura essent. Hæc qui nolit admittere,abstineat (iuxta Concilium Hierosolymitanum) à sanguine & suffocatis & idolothytis,aperto & raso capite oret in ecclesia, faciat vt sexus muliebris nunquam abijciat velum,post celebrationem synaxeos ferat cibos in templum ad sustentationem pauperū, faciat bona sua oīnibus fidelibus communia. hæc partim ab Apostolis sunt præcepta,partim vltro à Christicolis in primitiua ecclesia obseruata: nec tamen illorum aliquid ab ijs obseruatur,qui nos suis seditiosis cantionibus obtundūt. Nō negamus quin vulgata lingua longo tempore factæ sint publicæ preces in ecclesiis. Et anteq̄ Lutherana illa vipera crepuit,in diuersis regionibus diuersæ audiebantur cantiones: nec tamen quisquam alium præ se contemnebat. Quicquid itaq; super hoc negocio vel diximus,vel dicemus: nō in hoc dictum existimes, quasi per se malum sit,in ecclesiis vulgata lingua canere: nam & nos suo tempore canimus: sed temere aliquid innouare, dissidium in ecclesia facere, alios contemnere,diuinos psalmos corrumpere,ita vt seditioni conueniant,non hominis,sed cacodæmonis opus est. Aperte igitur & ingenue fateor,non esse per se impium,lingua vulgata in cœtu sanctorum cantare: sed possunt accedere circūstantiæ, vt sit impijssimum. Apud nostrates sanctæ Monachæ Latine suas persoluunt horas,quas dicunt Canonicas, sed in alijs regionibus lingua vulgata persoluunt. Apud nostrates hunc morem videmus,vt in anno bis vel ter, Paschę, Natalis, & in Letanijs maioribus scilicet, in templum recipian-

[Margin: Apostoli quo aīo leges dederint.]

[Margin: Acto.15. .Cor.11]

[Margin: Acto.2.]

[Margin: Ex seipso non est malum, lingua vulgata in ecclesiis canere.]

[Margin: Monachę aliæ latina, aliæ materna lingua canunt.]

piantur vulgatæ aliquot cantiones. Sed quis catholicus hũc
morem vnq̃ damnauit? Bene igitur fecerit, qui statutis dieb⁹
vulgatas & Germanicas cãtiones suo tempore canit: nec im
pie fecerit, qui non intellectas preces, vel legerit vel cantaue
rit ordine ab ecclesia instituto. Si enim non intellectæ preces
Deum offendunt, væ Gallis & Italis, qui plerique dñicam ora
tionem & angelicam salutationem non intelligunt, quas tñ
q̃tidie non semel recitant. Et pueri in templo clamantes Ho
sanna filio Dauid, proculdubio non intellexerũt mysterium:
nihilominus à Chr̃o & excusantur, & laudant. Placet enim
Deo, ex ore infantium & lactentium etiam perficere laudem
Christi sui. Rursus hic nolim patrocinari hoĩm ignauiæ, sed
potius persuadere, vt expendant, si delectatur Deus preculis
etiam non intellectis, (ad cor enim respicit) q̃ntum putas de
lectaret, si deuotioni accederet intellectus? Sed populus igno
rat quid canteт, ideoq́ue non potest respondere Amen, iuxta
quod Paulus suprà admonuit. Accipio hãc obiectionem. Tu
audi responsionem: Qm̃ populus non intelligit, ideo clerus
respondet. Sed non oẽs, qui audiũt vel respondẽt, intelligũt
quæ recitant, inquis. Audio. Faciunt itaque quod ægrotantes,
qui etsi non nouerint, q̃bus ex speciebus siue succis confecta
sit potio medica, tñ qm̃ fidunt medico, non dubitant sumere
quicq̃d ab illo offertur. Sic & fidelib⁹ p̃suasum esse debet, ni
hil recitari ab ecclesia, nisi quod pro salute fidelium esse po
terit. Sed magis optam⁹ intelligere. Audio. Adsis igitur ver
bi Dei precationib⁹, & p̃cipies quę Latine & lingua peregri
na sunt. Et profecto verorum pastorum est, populum aliq̃n illarum
constitutionũ admonere, & subinde aperire, qualia illa sint q̃
lingua peregrina recitant in ecclesiis. Hoc certe olim fuisse
factũ, ex hoc coniicio, quod adhuc multos inuenies vtriusque se
xus senes, qui ad vnguem etiam nouerunt, quid singula, quæ
per sacerdotem in altari fiunt, significẽt: qui non minus or
dinem euangeliorum nouerunt, atque digitos suos. Adiunge his
quod in iis locis, vbi sic cum suis psalmis tumultuant, nõ pos
sunt conqueri ministri verbi de maximo labore, cum nõ par
ua vel vili mercede sint conducti. Cæterum, ne æquo lõgius se

Preces nõ intellectæ.

Matth. 21.

Psal. 8.

Nota. Vide super hoc negocio S. Originẽ in Iosue cap. 15. Hom. 20. pag. 370.

Quare nõ admittimus vulgatas Lutheranorũ cãtiones

se extendat oratio, quæret hic aliquis: Si igitur vulgatæ cantiones in primitiua fuerunt ecclesia, neq; per se malæ sunt, in alijs item ecclesiis suo tempore cantiones lingua nota fiunt: quid est quod pontificij Psalmos illos Germanice versos, nolunt in suam coloniam recipere? Profecto non caret ratiõe, neq; quicq̃ hac in re temere fit.
1. Principio dicimus, quod nõ semel & alibi admonuimus: etsi ecclesiæ constitutiones pro tempore, persona & loco mutari possunt, tñ non est cuiusuis in hac re quicq̃ fingere vel refingere. Si em̃ liberꝝ esset vnicuiq; mutare quod lubet, quem tumultum statim videremus in ecclesiis fidelium?
2. Secundo, etiam si admittẽdæ forent cantiones vulgatæ in templa, tñ nunq̃ illæ admittent, quas pseudoprophetæ habẽt in vsu. Sed hic audio: Hui, Nũqd tu Psalmos cõtemnis? Nunqd diuinas laudes reijcit cucullatus ille? Bona verba quæso. Non damno psalmos, diuinas laudes oĩs Chrĩanus amabit. Vt quid igitur non admittimus psalmos? Accipe causam luce clariorem, neq; minus veram. Reijcim⁹ psalmos illos, ꝙ cõtra ecclesiam catholicam, & (vt aperte fatear) hæretice & versi sint, & expositi. Quot enim (amabo) errores & hęreses Lutherus ipse sacris immiscuit biblijs? Quot seditiosas glossas? Quàm violẽter plurima vertit? Nec est vt quisq̃ tergiuersari possit, rem se sic non habere. Testes nobis sunt catholici & doctissimi viri. Sed ais, Põtificij? Nec solum pontificij, sed & vestræ farinæ hoĩes. Confer, si lubet, versionem Zuinglianoꝝ, hoc est, Turicensem, cum Lutheri versione: & videbis, si dijs placet, pulchram conuenientiã. Adhuc dubitas? Si oĩa Lutherus pie & germane transtulit, quare tot toties mutat? Sed hæc nemo sanæ mentis negare potest. Vides iam, quare non possimus illoꝝ subscribere Psalmis, multominus his in sacro cœtu vti.
3 Tertio, non potest fieri, vt citra offendiculum piarum aurium, oĩa quæ sunt in sacris literis, possint in linguam Germanam transfundi. Sũt enim voces aliquot suapte natura verecundæ, quas tñ vulgi consuetudo subinde nouans aliquid, vel in ludicrum vertit, vel in sensum obscœnum. Exemplis declarare possem, sed p̃stat silere, q̃ q̊d
4. vitupero, cõmittere. Exẽpla magis nota sunt, q̃ velim. Quar-

to: Esto sane, vt liceat oĩa quę in ecclesiis recitant, in linguam oĩbus notam vertere: sed dic, amabo, in quam linguam vertas vt oẽs intelligãt, cum Germanus Germanum non in oĩb⁹ intelligat? Quotidie em̃ lingua Germanoꝝ variatur, quemadmodũ & Germanoꝝ vestitus. Nolo hic referre, ꝙ in multis ciuitatib⁹ Itali Germanis mixti sunt. In quãcunq; igit linguam transtuleris, nunq̃ ab oĩbus intelligentur. Præstat igit pristinum ecclesiæ morem retinere, q̃ sic citra necessitatẽ oĩa innouare. Sufficiant hæc sup negocio vulgataꝝ cantionum. Vere ipsæ psalmoꝝ versiones abunde testant, quo animo ecclesiæ q̃dam male feriati hoĩes conent illas cantiones obtrudere. Seditionis in illis multum, sed parum pietatis. Docuimus itaq;, ecclesiæ morem non aduersari Chr̃ianis dogmatibus: & Pseudoprophetaꝝ cãtiones indignas esse quæ priuatim, nedum in tẽplis, recitent. Pijs opinor hic satisfactum, impios nihil moror. Vtinam Ecclesiastici maiori deuotione etiam non intellectas precationes recitarent. Certe non peccarent. Habet & plebs, immo adolescentia, etiam non impias neq; impuras cãtiones, vt non sit necesse Psalmos illos canere. Hæc adiungo in grãm eoꝝ, q identidẽ obijciunt: Nõne melius est, si familia mea cãtillet psalmos pios, q̃ impuras cantilenas? Accepisti, ni fallor, cuius sint farinæ Psalmi: & aliqñ præstaret silere, q̃ sic cantillare. Nos his posthabitis, quod reliquum est præsentis capitis, expediemus. Nota.

Itaq; fratres æmulamini prophetare, & loqui linguis nolite prohibere. Omnia autem honeste & secundum ordinem fiant in vobis.

His & hoc negocium, & cap. 14. absoluitur. Tota, inquit, disputatio huc pertinet, nõ vt linguas, ceu inutiles, contẽnatis, sed vt id quod præstantius est, æmulemini, prophetiam videlicet, qua efficietis, vt linguæ quoq; vobis vsui esse possint. Breuiter, inqt, sic vos instructos volo, vt oĩa honeste & secundum ordinẽ fiant in vobis, ne s. quid turpitudinis aut tumultus oriatur in vobis. Optim⁹ certe hic canon est, iuxta quem non tm̃ ea q̃ in cœtu sanctoꝝ fiunt, instituenda sunt, sed etiam

am vbiq; locorũ. Nihil eñ tam bonum aut preciosum est, q̃d ꝑturbatus ordo ꝑdere non possit. Si in priuatis domibus familia per suos ordines non est distributa, si vnusq́sq; suo deesse vult officio, statim de familia actum erit. Si in ecclesia ordinem & ministeria cõfuderis, indigna erit ecclesiæ facies. Vtinam pseudoprophetæ hunc canonẽ penitius introspicerent, & oĩa honeste & secundũ ordinem, siue, vt alibi Paulus dicit, oĩa ad Dei gloriam facienda esse cogitarent. Sed quę, malum, honestas est, quis ordo est, templũ, in q̃ verbum Dei tractari & diuiniss. sacramẽta administrari solẽt, non differre ab horreo, ne dicam equorũ stabulo? O miros ecclesiæ restitutores, Obser. qui imaginibus semotis, ne quid durius dicam, oẽs parietes templorũ albificant, & catalogum superscribũt, ne non habeant idiotæ, q̊ sui admoneant officij. Pertinet & hoc ad illorũ honestatem & ordinem, vt non solito more eligant verbi ministri, sed continuo ex sutoribus, sartoribus vel lanistis fiunt. Verũ hunc ordinẽ bonũ non licebat miseris Anabaptistis seq. Oĩa, inq̃t Apl's, honeste & secundũ ordinem fiant. Cum igitur ecclesia hactenus ea honestate & ordine fuerit, vt à nemine catholico potuerit merito cõtemni: q̃d rabulis istis venit in mentẽ sic tumultuari, sic oĩa confundere, cœlumq́; terræ miscere? Oh ꝑposteros chirurgos, q nesciunt digitum extremũ curare, nisi abscissis vtrisq; brachijs. Sed nolo hoc mare & falsum & turbulentũ altius ingredi. Valeant illi Nouatores. Chrs Iesus maximus ecclesiã suã seruet ꝑpetuo. Amen.

Caput XV.

NOtum autem facio vobis fratres Euangelium, quod prædicaui vobis, quod & accepistis, in quo & statis, per quod & saluamini; qua ratiõe prædicauerim vobis, si tenetis, nisi frustra credidistis.

Deuenimus iam, gratia superis, ad caput non minus pulchrum, q̃ longũ, in quo Apl'us tractat negocium de resurrectione

ctione non tam Chri, q̃ oim hoim, pioꝝ pariter & impioꝝ. Erant enim apud Corinthios, q & hunc articulum fidei nostræ ponerent in dubium, immo q ipsum in totum negabāt, & Chrianis cum ipso quasi illudebant. Adgredit itaq; Aplus hoc capite, multis ijsdemq; efficacissimis argumentis probare, vere Chrm resurrexisse, vere itē nos resurrecturos in extremo iudicij die. Et principio qdem disquirendū est, in quo peccarint Corinthij, q̃ntum qdem resurrectionis negocium attinet. Varia enim cum apud Iudæos tum apud gentiles sup mortuoꝝ resurrectiōe fuit olim opinio. Fuere enim q crediderunt regñationem carnalem, atq; animaꝝ remigratiōem, qua in hanc vitam mortales rursum resurgerent. Eius opinionis fuisse Pythagoram, multi opinant, ob eam maxime causam, qm̃ noluit carnibus vesci. Et friuola hæc psuasio, etiam Iudæoꝝ q̃rundam mentes occuparat. Vnde alibi rogabant Ioannē baptistam, num ipse esset Helias, vel Hieremias, hoc est, an renatus esset ille Helias, q sub rege Achab olim fuerat. Sic de Herode legimus q dixerit, Hic est Ioannes baptista, is surrexit à mortuis, & ideo virtutes agunt p illum. Hi fidei nostræ, hoc est, totius hoīs resurrectionem ignorabant. Secūdo fuere aliq, qui docuerūt animā tm̃ resurrecturā, non aūt hoc nostrum, quod circunferimus, corpus. Videbatur enim illis impossibile, vt corpus humanum in cinerem iam redactum, posset in suum ordinem rursus redigi. Tertij ordinis Hęretici, fatebant qdem se credere carnis resurrectionem, sed non huius carnis, ex qua iam nostra membra consistūt. Huius erroris insimulat Hieronymus Origenem & Ioannē Hierosolymorum episcopū. Valeant igitur q negant hoc corpus q̃d gerimus, reuicturū, sed aliud multo pstantius singulis reddendum. At non erimus ijdem hoīes, si nō recipimus eadē corpora. Sed vnica Chri resurrectio, illoꝝ conuincit errorem, cum ipse in suo corpore, quod in cruce pependerat, quod in sepulchro iacuerat, resurrexerit, ostendēs manus & pedes & latus, loca item clauoꝝ. Quid porro op⁹ est noua creare corpora, quum Deus nutu oīpotēti possit hæc corpora ad summam claritatem & beatam immortalitatē restituere, non mu

Variæ de resurrectione opiniones.

1.

Ioan 1.

Marc. 6.

2.

3.

Ioan 2.

tata corporis substātia, sed in melius commutatis q̄litatibus?
4 Quarto fuere, qui ex Apocalypsi Ioannis ꝑperàm intellecta,
somniarūt futuꝝ vt aliqñ reuiuiscam⁹, & ꝑ mille annos oīb⁹
Apoc.11. huius mundi voluptatibus fruamur affatim. Qui hæc sequun
5 tur somnia, Chiliastæ vocati sunt. Quinto loco ponemus eos
qui futuram vitam p̄senti in oībus similem putauerūt, hoīes
infideles & stulti, vt non aliud apud illos creditum fuerit mo
ri, q̄ ex vna regione proficisci in aliam regionem. Hanc stul
lib.2. cap.1 de institutis antiquis. titiam Valerius Maximus, & ipse ethnicus, Gallis impingit,
quos memoria proditum est, pecunias mutuas, quæ his apud
inferos redderent, dare. Existimabāt enim stulti illi hoīes, in
futura vita eandē fore necessitatem, eosdem mores & ritus,
eandēq; vitæ consuetudinem, fore tēpus edendi, nubēdi &c.
Matth 22. Hanc stultitiam sibi imaginabant Saducæi illi in euangelio,
cum dñm interrogarēt, q̄snam ex septem fratribus ducturus
6. foret vxorem, quam oēs in p̄senti habuerant. Sextum locum
2.Tim.2. tenent Hymenęus & Philetus, qui, iuxta Pauli sententiā, à ve
ritate exciderunt, dicētes resurrectionem iam esse factam, &
subuerterunt q̄rundā fidem. Sed qualis fuit hoꝝ opinio? Infi
delitatem dicebant esse mortem spūalem, Chr̄ianismū aūt vi
tam. Quicunq; ergo Chr̄i fidē nondū est amplexus, hic mor
tuus est: q vero ꝑ baptismū ad Chr̄ianismū venit, vitam inue
nit. Hac ergo ꝑsuasione seducebant populum. Quod si vrge-
Nota. rent de resurrectione carnis, dicebant nullā nobis aliam expe
ctandā resurrectionē, q̄ q̄ in liberis nos referentib⁹ q̄dammo-
do renascimur ac reuiuiscim⁹. Cæteꝝ quod illi Hæretici do
cuerunt principio de spūali q̄dam resurrectione, veꝝ est: sed
nihilominus hæretici sunt quum gñalem carnis resurrectio-
nem prorsus non admittunt. Vtranq; certe resurrectionem
Aplus multis in locis probat. De spūali resurrectione intelli-
Coloss.3. gendū est, quod ad Coloss. dicit: Si cōsurrexistis cum Chr̄o,
quæ sursum sunt quærite, vbi Chr̄s est in dextera Dei sedens
&c. De corporali & gñali hoīm resurrectione, in p̄senti capi-
7 te multa eademq; pulcherrima audiemus. Adiungā septimo
& postremo loco Saducæos, qui, iuxta quod Lucas in Actis
Acto.23. docet, dicunt non esse resurrectionem mortuoꝝ, neq; ange-
lum

CAP. XV.

lum, neq; spm̄: hoc est, credūt animas cum corpore interire, vt nulla sit differentia inter mortem canis & hoīs. Vide igitur, q̄ impie, q̄ stulte item deliratum potius q̄ creditum sit de articulo fidei nostrę, qua credimus carnis huius resurrectionem. Vide iam & iudica, num temere Apl'us hoc negocium adgressus fuerit, quum tam varias opiniones mūdus sup hac re habuerit, & vix centesimus q̄sq;, quæ vera sunt, crediderit. Nec dubito quin oēs iam enumeratas opiniōes, tum licuisset inuenire in ecclesia Corinthiorꝫ, qui nondum oēs valedixerant idololatriæ. Cæterꝫ nos impijs illis erroribus posthabitis, ad Paulum accedamus, visuri q̄ serio hunc articulum tractet apud suos Corinthios. Notum, inqt, facio vobis fratres euangeliū, q̄d p̄dicaui vobis, q̄d & accepistis &c. Magno verborum pondere vtitur, vt ne vllum qdem verbum debeat negligi. Fratres, inquit, charissimi, notū vobis facio, & rursum vobis in memoriam reuoco euāgeliū, q̄d p̄dicaui vobis, q̄d & semel estis amplexi. Nihil noui vos hic docere instituo, nec aniles fabulas hic tractari existimate, sed rursus cogor inculcare quod iam olim vobis p̄dicaui, euangeliū s. quod & tum accepistis, cuius vos hactenus nō puduit. Sunt fortassis apud vos alij qdam maleferiati hoīes, qui nomen nostrum ꝓscindunt, qui nos miris & varijs calumnijs traducūt, quasi nos hactenus non recta via p̄dicauerimus euangeliū, sed ipsi soli sapiāt. Sed ego iam rursus repeto q̄d iam olim p̄dicaui vobis: tm̄ abest vt me mei euangelij pudeat. Cur enim puderet me ei⁹ doctrinæ, ꝑ quā salus ad vos ꝑuenit & ꝑueniet? Cęterꝫ qm̄ nos iam non pudet p̄dicasse, vestrum erit etiam confiteri q̄d credidistis. vos enim scitis qua ratione p̄dicauerim vobis, nisi frustra credidistis. Iam vide q̄ seriose agat negocium. Primum Corinthios quasi tectis verbis inconstantiæ arguit, vt q à semel suscepto euangelio, tam facile, immo tam temere desciuerint. Secundo docet se p̄dicare non friuola somnia, sed euangeliū Chr̄i, quod fide amplexum, hoīes saluare potest. Tertio illos in testes vocat suæ p̄dicationis, ꝙ & illis olim visa fuerit p̄dicatio sana & saluificans: aliàs tū non credidissent. Cum igitur Paulus olim visus est Corinthios recte docere, Obser.

 &

& ideo illi habita est fides ab ipsis: mirū est, cur ab eo q̄d acceperant, relapsi sint. Hoc voluit cum dicebat: Per euāgelium meum saluamini, si modo tenetis qua ratione p̄dicauerim vobis, nisi frustra credidistis. Certe turpe est ab eo iterū deficere, quod cum iudicio aliqñ acceperis. Quod q̄ conueniat ad nostra secula, quis non videt? Quàm temere, o bone, ab eo relabimur, quod olim cum gaudio suscepimus? Malum de se p̄bet iudicium, qui tam inconstans est, qui subinde ad noua respicit. Recte Hieronymus ille vere diuus: Illam, inquit, senex tenebo fidem, in qua puer natus sum. Sed nolumus longius à Pauli verbis recedere.

Ad Pamachiū & Oceanum: To.3.pa.88.

Tradidi enim vobis in primis quod & accepi, q̄ Christus mortuus est pro peccatis nostris secundū scripturas, & quia sepultus est, & quia resurrexit tertia die secundum scripturas.

Dixerat Ap̄ls, p suū euangeliū saluari credentes: iam porro quale euāgeliū ipsis Corinthijs p̄dicauerit, summatim p̄stringit. Tradidi enim vobis in primis quod & accepi. Fidelis legati est, oīa ad imperium & voluntatem eius qui misit ipsum, exeq. Sic & Ap̄lus ait, se nihil ex p̄prio capite finxisse nihil dissimulasse: sed q̄cunq; acceperit, eadē alijs tradidisse, Sed vnde accepit doctrinā suā Paulus? Audi ipsum de seipso testificātem: Notū vobis facio euangeliū, inq̄t ad Galatas, q̊d euangelizatū est à me, quia non est secundū hoīem, neq; eñ ego ab homine accepi illud neq; didici, sed per reuelatiōem Iesu Chr̄i. A Chr̄o ergo accepit suū euangeliū, vnde illi merito fides adhibenda est. Sed quid principio tradidit Corinthijs? Quod Chr̄s mortuus est pro peccatis nostris secūdum scripturas, & q̄a sepultus est, & q̄a tertia die resurrexit secundum scripturas. Quare addit secundo, secundū scripturas? Ne quis existimet Pauli reuelationē nō fuisse veram, sed fortassis illusionem satanæ, vel inane somniū. Ex sacris enim literis iudicare possumus, quis vere reuelationes adleget. Nam non oībus reuelationib⁹ esse consentiendū, Paulus ipse olim ad-

Gal.1.

admonuit,dicens:Nemo vos seducat,volens in humilitate & Col.2.
religione angelorum, quæ non vidit ambulans &c. Cæterum quod
Chrs mortuus sit pro peccatis nostris &c.secūdū scripturas,
apertius est quàm vt probari necesse sit. vulneratus est propter ini- Esa.53.
quitates nostras,attritus est propter scelera nostra, ait dn̄s per
Esaiam. De sepultura dicitur:Erit sepulchrū eius gloriosum.
De resurrectiōe: Viuificabit nos post duos dies, ait Osee, in Osee.6.
tertia suscitabit nos,& viuemus in cōspectu eius &c. Et Chrs
in euangelio dicebat: Sicut fuit Ionas in vētre ceti tribus di- Matth 12.
ebus & tribus noctibus,ita erit & filius hoīs in corde terræ tribus di
ebus & tribus noctibus. Recte itaque dicit Apl̄us, Chr̄m mor-
tuum,sepultum & resuscitatum secundū scripturas, quemad
modum & Chrs ipse discipulis suis dicebat:Sic scriptum est, Luc.24.
& sic oportebat Chr̄m pati,& ita intrare in gloriā suam. Hęc
igitur cum ita se habeāt, merito credendū est Paulo, qui eti-
am hæc Corinthijs p̄dicauit. Obseruandū est,quod Chrs vere,iu
xta scripturas,pro peccatis nostris & mortuus est,& sepultus
est,& resurrexit, nō vt posthac nobis liceat impune peccare,
sed vt posthac cogitantes dn̄i turpissimam mortem, minus
peccemus. Horum nos Paulus non semel admonuit. Ad Ro
manos cum multis ostendisset, quoniam Chrs pro impijs mortuus
fuerit,nō ita multo post dicebat:Liberati à peccato,serui fa- Rom.6.
cti estis iustitiæ, Humanū dico, propter infirmitatem carnis
vestræ.sicut enim exhibuistis membra vestra seruire immun
ditiæ & iniquitati ad iniquitatē,ita nunc exhibete mēbra ve-
stra seruire iustitiæ in sanctificationē. Ad Corinthios,in no- 1.Cor.6.
stra hac epistola:Empti,inquit,estis precio magno:glorifica
te igitur & portate Deū in corpore vestro. Ad Galatas por- Gal 6.
ro dicit: Bonum aūt facientes,nō deficiamus:tempore enim
suo metemus, non deficiētes. Rursum Ephesios hortatur,vt Ephe.4.
ambulent digne vocatione, qua vocati sunt. Sed huiusmodi
multa vbique est inuenire in Apostolicis literis,quæ iubent ho
mines vitare peccata, pro quibus Chrs mortuus est. Porro Pau-
lus de resurrectiōe Chr̄i continēter superioribus addit: Tradi-
di etiam vobis,quoniam Christus à resurrectione sua

Visus est Cephæ,& post hoc vndecim.

Hoc ex euãgelio discimus. Apud Lucam Apostoli dicũt: Surrexit dñs vere, & apparuit Simoni. Quod vero vndecim Luc.24. discipulis nõ semel apparuerit, ex Ioãnis euãg. aptissimũ est.

Deinde visus est plusquam quingentis fratribus simul, ex quibus multi manent vsque adhuc, quidam autem dormierunt. Deinde visus est Iacobo, deinde Apostolis omnibus.

Recitat hic D. Aplus testimonia q̃dam, quæ in euangelio legunt expresse. Quod Apostolis oĩbus, hoc est, discipulis oĩbus, apparuerit, & euangelia & Actus Apostolici testant. Sed qñ plusq̃ qngentis fratrib⁹, vel singulariter Iacobo visus sit, Euangeliũ non docet, sed Paulus hæc adducit, tanq̃ oĩbus nota & manifesta. Neq; enim est dubium, qn multi fratres, hoc est, Chriani cum sanctis Apostolis cõuersati fuerint, & pmissum patris expectauerint, Chrm item in cœlos adscendisse viderint. Certe apud Lucam legimus, aliquot discipulos fuisse Luc.24. cum vndecim Apostolis. Cæterũ de speciali apparitione facta Iacobo, episcopo nimirũ Hierosolymitano, meminit euãgelium, teste Hieronymo, q̃d appellatur secũdũ Hebræos, q̃d & in authoritate fuit apud antiq̃s, & inibi legitur φ dñs post resurrectionem venit ad Iacobum iustum, & apparuit ei. Iurauerat enim Iacobus, se non comesturũ panem ab illa hora qua biberat calicẽ dñi, donec videret eum resurrexisse à mortuis. Rursumq́; post paululum: Afferte, ait dñs, mensam & panes. Statimq́; additur: Tulit panem, & benedixit ac fregit, & dedit Iacobo iusto, & dixit ei: Frater mi, comede panem tuum, quia surrexit fili⁹ hoĩs à dormientib⁹. Hæc igitur sunt testimonia, quæ satis pbãt Chrm à mortuis resurrexisse. Si ẽm vni & soli apparuisset, potuisset videri spectrum inane. Sed postq̃ tam diuersis locis, tam diuersis item psonis apparuerit, dubitationi non reliquit locum. Et addidit Aplus ad maiorem pbationem, q̃sdam ex qngentis fratribus adhuc in viuis esse, qui potuerint rem ipsam testari. Si Paulo probũ videtur argumentũ & testimoniũ, q̃d sumitur ab ijs qui hoc, de quo sit

ſit quæſtio, viderunt, cur non pari iure licebit nobis vti in patrũ veterũ allegatione? Poſt illa teſtimonia ſubiũgit Apl'us:

Nouiſſime autem omnium tanquam abortiuo, viſus eſt & mihi.

Nouiſſimo loco ſuum ponit teſtimonium, dicens etiam à ſe viſum Chr̃m poſtq̃ reſurrexerat. Et vocat ſe abortiuũ, qa ſicut abortiuus violentia naturæ ante tẽpus compellit naſci, ita & Apl's terribili dñi voce, & oculorũ luminis amiſſione, quaſi compulſus eſt ex Synagoga ad Chr̃i eccleſiã. Alij Apoſtoli bene maturuerunt, vt ita dicam, donec ex piſcatoribus facti ſunt Apoſtoli. Paulus vero poſt receptũ in cœlis Chriſtum, quaſi ſubito ex ꝑſequutore eccleſiæ, factus eſt doctor eccleſiæ. Ceterũ ꝙ etiã Paulus dñm viderit, ſupra cap. 9. oſtendim⁹. Vidit enim ipſum dñm in via Damaſci, & ſtatim à Baptiſmo in tẽplo, ſicut Lucas in Actis teſtatur. Sed quare nouiſſime oĩm apparuit Apoſtolo noſtro Paulo? Et q̃re ſe vocat abortiuum, zu frue geboren, intempeſtiue prognatum? Acto. 9.

Ego enim ſum minimus Apoſtolorum, qui non ſum dignus vocari Apoſtolus, quoniam perſequutus ſum eccleſiam Dei.

Longius iam ab inſtituto ſuo digreditur Apl'us, vt functionem ſuam Apoſtolicã tueri poſſit aduerſus pſeudoprophetas, qui illius dignitatẽ eleuare nunq̃ non conabant. Pſeudoprophetæ enim ſolidis vel etiam ꝓbabilibus argumentis deſtituti, ſtatim ad conuicia vertebant. Inquit ergo Apl'us: Nouiſſime oĩm mihi viſus eſt dñs. Nec exiſtimo hoc immerito factum. Ego enim minim⁹ ſum Apl'orũ, qui non ſum dignus vocari Apl'us, qm̃ ꝑſequutus ſum eccleſiam Dei. Alij ſtatim à principio p̃dicationis Chr̃i vocati ſunt, & ab initio cum ipſo dño conuerſati vſq; ad ea tempora, qñ receptus eſt viſibili ſpecie ad cœlos. Ego cum Chr̃o nõ ſum cõuerſatus in terris, ſed ipſo in cœlos aſſumpto, & Stephano diacono occiſo, ad fidem conuerſus ſum Chr̃i. Alij Apoſtoli ſi ante vocationem ſuam Chr̃i fidem non ꝓmouerant, certe non ſunt remorati.

Ego porro ante conuersionẽ meam, summo conatu conatus sum euangeliũ Chr̃i, huiusq́; discipulos radicitus extirpare. Igitur siue ad tẽpora vocationis meæ, siue ad mores siue merita mea respexeris, inquit Apl̃us, merito ego vocor minim' inter Apl̃os, immo Apostoli noĩe, q̃ntum q̃dem in me est, indignus sum. Similẽ humilitatis cõfessionẽ inuenimus in priori epistola ad Timotheum. Prius, inquit, Blasphemus fui, & p̃sequutor, & contumeliosus, sed misericordiam consecutus sum. Sic etiam in hac epistola, post confessionẽ criminis, peccatorum remissam ponit, dicens:

1. Tim. 1.

Gratia autem Dei sum id quod sum: & gratia eius in me vacua non fuit. Sed abundantius oĩbus illis laboraui. Non ego aũt, sed gratia Dei mecum.

Quod prius fuerim blasphemus & p̃sequutor, q̃dam pseudoprophetæ recte obijciunt, & ego ipse agnosco crimen: sed quod iam gratia Dei sum, nõ minus agnosco: & illi, nisi cum mendacio, negare non possunt. Si viderunt p̃sequentem, videant iam colligentẽ. Nolo meam dignitatẽ magnificis verbis extollere, sed hoc dico, gratia Dei sum id q̊d sum. Mea p̃sequutione & tyrannide quiduis aliud potius merui, q̃ Apostolatus culmẽ. sed tam magna erga me fuit dñi gratia, vt ex p̃sequutore fecerit Apl̃m, Et gratia hęc in me vacua non fuit.
Matt. 25. Non abscondi talentũ q̊d mihi tradiderat dñs, in terram: sed
Matt. 20 etiamsi tardus veni, etiamsi circa horam vndecimã venerim
Philip. 2. in dñi vineam, tñ plus oĩbus laboraui. Non aũt ego, sed gra-
1. Cor. 2. tia Dei mecum. Qui enim in me operatus est bene velle, operatus est & p̃ficere. Ego q̃dem plãtaui, ait alibi, Apollo rigauit, Deus aũt incremẽtũ dedit. Gratia igitur Dei ex me fecit Apl̃m, & eadem fecit, vt quanto tardius venerim, tanto diligentius & fructuosius laborarim. Ego meam dedi operam,
Obser. & Deus p̃ suam gratiam conatus meos adiuuit. Hic disce ex Apl̃o, vt mala quæ per te fiunt, tibi: bona porro quæ per te fi-
Obser. unt, adscribas Deo, à quo oĩe bonum venit. Disce item, si q̃n gratiam Dei ampliorẽ alijs acceperis, vt etiam plus labores.
Obser. Postremo, Nemo facile debet de fratre, q̃ntumuis impio, de-

spe-

ſperare, cũ audiat ex perſecutore eccleſię, talẽ factũ Apoſtolũ, qui gratia Dei cooperante, plus oĩbus laborarit, ſiue longum illius per oẽs gẽtes curſum cõſideres, ſiue alios labores & paſſiones etiã, q̃s in poſteriori Epiſtola enumerabit.

Siue enim ego, ſiue illi, ſic prædicauimus, & ſic credidiſtis.

Propius nũc ad rẽ accedit. Vtcũq;, inqt, ſe res habeat, ſiue illis potior eſt authoritas in Euãgelij negocio, ſiue mihi: hoc interim certũ eſt, cõſentiẽtes nos idem p̃dicaſſe, ſcilicet Chriſtum mortuũ pro peccatis noſtris, rurſum reſurrexiſſe à mortuis. Et q̊d nos magno cõſenſu p̃dicauimus, vos veluti certũ & indubitatũ credidiſtis. Nos noſtri diſſimiles nõ ſumus, ſupereſt, vt vos veſtri ſimiles ſitis, non iã in dubiũ reuocãtes, de quibus ſemel ſtatuiſtis. Quod ſi vos alia iam creditis, vnde illud accepiſtis? neq; à nobis, neq; à noſtris accepiſtis. Ergo & vos iã doctiores nobis eſtis, & ordo iã nos vocat, vt manus noſtras ferulæ veſtræ ſubijciamus. Obſeruandũ hoc loci, ꝙ Apl's hic teſtat̃ ſe cũ reliquis Apoſtolis idẽ prædicaſſe, nõ diuerſum ab alijs, nõ aſſeruiſſe q̊d alius negarat, nõ diruiſſe q̊d alius ædificarat, ſed ſummum fuiſſe inter oẽs conſenſum. Et vere ſic factum eſt. Neq; eñ alia prædicauit Paulus Romæ, & Petrus alia Antiochiæ, & Iacobus alia Hieroſolymis, ſed oẽs & ſinguli in vnã doctrinã cõſentiebãt. Similẽ conſenſum ſi apud nouos prophetas quæſieris, certe non inuenies. nemo eñ vix ab illis tantũ diſſentit, quantũ illi à ſemetipſis diſſentiunt. Et interim tamẽ nõ ceſſant nobis ſuam venditare doctrinã, de qua, quid in totũ ſentiendũ ſit, nondũ ſunt certi. Hæc cum ita ſe habeant, mirum eſt, tam multos noſtra ætate inueniri Corinthios, hoc eſt, inſtabiles & leues Chriſtianos, qui oĩ vẽto falſæ doctrinæ circũferunt̃, q identidẽ ad noua inhiãt, & ad vetera, q̃ tñ ſunt ſaniſſima, porro nauſeãt. ab his ſi, qd credãt, q̃ras, audies eãdẽ certitudinẽ fidei in diſcipulis, quã in doctoribus: Immo diſcipuli à ſemel ſuſcepto errore nolũt abduci, ſed errori errorẽ addũt, iuxta q̊d q̃tidie doctores noua cõminiſcũt. Veꝝ tu audis hic teſtimoniũ veroꝝ

Obſer.

Obſer.

Apo-

Apostolorum, qui in diuersis locis eadem prædicant, cũ pseudoprophetæ in eodem loco prædicent diuersissima. Audis item, q̃ sæpe Apostolus Corinthios moneat, vt in semel susceptа fide, perpetuo maneãt. Sed reuertamur ad Apl'm nr̃m.

Si iam Christus prædicatur ꝙ resurrexit à mortuis, quomodo quidam dicunt in vobis, quoniam resurrectio mortuorum non est?

Per scripturas iam olim testatũ est, Christum Dei & hominis filium, tempore suo & mortẽ passurum, & rursum tertia die resurrecturum esse. Hoc factum esse, non dubijs argumentis constat. Post resurrectionẽ suã enim Christus multis apparuit, & multis cernentibus eleuatus est ipse in cœlũ. hoc ego vobis Corinthijs prędicaui, & alij Apostoli ecclesiis alijs idem prædicauerunt: & hæc prædicatio, scilicet Christum à mortuis resurrexisse, fidẽ obtinuit, si nõ apud oẽs, certe apud plures. Si iam verꝝ est, vt certe est, qua fronte quidã inter vos dicũt, ꝙ nulla sit resurrectio mortuorum? Si enim resurrexit Christus, iam manifestiss. argumẽtũ habemꝰ resurrectionis.

Si autem resurrectio mortuorum non est, neq; Christus resurrexit.

Aut resurrectio mortuoꝝ est, aut Christus nõ resurrexit. Sed Christus vere mortuus est, vere sepultus, vere itẽ à mortuis resuscitatus: ergo sua resurrectione probauit, vere esse mortuoꝝ resurrectionẽ, neq; hominẽ anima & corpore simul perire, q̃d in cæteris animantibus fieri certũ est. Si itaq; Christus, mortuus cũ esset, reuixit: ostendit non esse impossibile, mortuos reuiuiscere. Sed hæc clara sunt. Consequens enim est, vt aut negetur Christi resurrectio, aut admittatur mortuoꝝ reliquoꝝ resurrectio. Christus siquidẽ, quantum quidẽ humanã naturã, quæ mori potest, adtinet, tantũ à me differt, quãtũ ego à te. (de peccato hic nihil) Quod si iam ꝑ fidem scio, Christũ in sua carne resurrexisse, nõ difficile possum adduci, vt credã etiam meã carnem olim reparari, & in pristinã formã restitui. Obseruandũ tamen hoc loci, Apostolum

Obser.

CAP. XV.

lum disputare his argumentis apud Christianos. nam apud Gentiles nihil euinceret sua collectione. Ipsi em̃ ethnici neutrum credunt, nec Christum resurrexisse, nec aliquam esse resurrectionem.

Si autem Christus non resurrexit, inanis est prędicatio nostra, inanis est & fides vestra: inuenimur autem & falsi testes Dei, qm̃ falsum testimonium diximus aduersus Deum, ꝙ suscitauerit Christũ, quem non suscitauit, si mortui nõ resurgunt.

Enumerat nõ tam absurda, q̃ incommoda quæ v[illegible]niunt siue sequũtur ex negata resurrectione. Primo, inqt, si Christus non resurrexit, inanis est prædicatio nostra, quæ scilicet hoc solo fundamẽto nititur, ꝙ credimus & scimus Christũ & peccatum & mortẽ destruxisse. Si em̃ morte victus est, si corpore & animo perijt, quæ nobis ab illo spes esse poterit? Frustra igitur prædico, frustra tam multos labores suffero, frustra me tantis miserijs immitto. Quid em̃ mihi mercedis sperare licebit ab eo, qui semetipsum iuuare non potuit? Secundo, si mortui nõ resurgunt, inanis est & fides vestra. Fides vestra docet Christũ à mortuis resurrexisse, indeq; aliquam esse mortuorum resurrectionẽ, post quam sequit̃ vita æterna bonos, suppliciũ vero perenne malos: & quicquid in hac vita pro Christo patimur, sicut nõ ita multo post Apostolus docebit, sola spe resurrectionis & vitæ melioris patimur. Quod si resurrectio non est, neq; vita æterna erit, neq; gehenna, neq; merces, neq; pœna. Quid igit̃ iam erit Christianismus? Adde, vos in Christũ credidistis, vt in Dei filium, in vitæ & mortis authorẽ, in eũ qui diabolũ triumpharit. ꝙ si resurrectio nõ est, hæc om̃ia falsa erũt, & vos decepti estis. Tertio, si mortui non resurgunt, nos inuenimur falsi testes Dei, quoniã falsum testimoniũ diximus aduersus Deũ, ꝙ suscitauerit Christũ, quẽ non suscitauit, si mortui nõ resurgũt. Hoc est, si mortuoꝝ resurrectio non est, nos quicquid hacte nus prædicauimus, blasphemia est. Adscripsimus enim Deo

quod non fecit, si mortui non resurgunt, iuxta quorundam dogmata, & nos mẽtimur, & Deus blasphematur. Immo omnis blasphemia redundabit in Deum, si mortui non resurgunt. Ipse enĩ Deus p̃dixit & promisit, ꝙ resuscitaturus foret corpus Chr̃i, immo Chr̃m ipsum: quod si non fecit, aut mendacij arguendus est, aut impotentiæ. Quod si vel alterꝫ admittimus, iam sequit̃, neq; Deum esse. Vide igitur quot hæreses ex vna nascant̃. Iam expende, quid sit negare mortuoꝫ resurrectionem, nimirꝫ Deum blasphemare, Chr̃m negare, scripturam mendacẽ reputare, Apostolos & prophetas accusare falsi testimonij: breuiter, totum Chr̃ianismum conculcare, & de Chr̃iano homine non plus sentire, q̃ de immundo sue. Oportet igitur vt aut resurrectionem mortuoꝫ credas, aut Chr̃ianam fidem abneges, sicq; rursus fias gentilis & idololatra.

Nam si mortui non resurgunt, neque Christus resurrexit. Quod si Christus nõ resurrexit, vana est fides vestra. adhuc enim estis in peccatis vestris. Ergo & qui dormierunt in Christo, perierunt.

Hoc vnicum fundamentũ est, quo Paulus nititur: Aut credẽdũ mortuos resurrecturos, aut negare Chr̃m resurrexisse. Hoc aũt negare, est funditus euertere Chr̃ianismum. Si enim Chr̃s mortẽ non vicit, si non resurrexit, adhuc sumus in peccatis nostris, hoc est, in indignatiõe Dei, & quotq̃t in Chr̃o, hoc est, in Chr̃i fide moriunt̃, peũt, nec possunt videre regnũ cœloꝫ. Quid igitur spei reliquum? Quõ potuerit delere peccata nostra, immo satisfacere pro peccatis nostris, qui vt animalia reliqua, corpore & anima perijt? In hac vita Chr̃s parꝫ profecit docendo siue p̃dicando, si morte in totum perijt, & si oĩa quæ p̃dicauit, quasi somnia sunt. Nos aũt speramus ꝙ morte & resurrectione sua & peccata nostra deleuerit, & cœlum nobis aperuerit. Quod si post mortem crucis non reuixit, parꝫ profuit illum esse hoĩem factum. Deinde, si post hãc vitam non subsequit̃ alia, stulti sunt, qui pro Christi nomine vitam suam tam maximo exponunt periculo. Addit Ap̃lus:

Si

Si in hac vita tantũ in Christo sperantes sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus.

Hoc est, si animam & corpus non manet fœlicior aliqu[illegible] futuræ vitæ spes, si spes nostra nil augustius habet, q̃ quod i[illegible] hac vita asseqmur, si non porrigitur vltra terminum vitæ p̃[illegible] sentis, non solum non sumus fœlices, verũ etiam calamitosi[illegible] ores impijssimis qbuslibet. Hi enim vitę p̃sentis cõmodis vt[illegible] cunq; fruunt, corpora sua omnĩ deliciarũ gñe mollissime fo-uẽt: nos vero corpora nostra virtutum studio coercemus, & in ipsam mortem, hac vita spreta, tradimus. Itaq; si post hãc vitam, nihil gloriæ ac voluptatis adipiscent miserabilia sanctorũ corpora, certe oĩm infœlicissimi sunt sancti, vt q p̃sentia spe futurorũ contẽpserint, futura nunq̃ assequuturi. Quare diuus ille Stephanus tam cõstanti animo mortem est ppessus, nisi quia nouerat mortem naturalem, pijs hoĩs esse introitum ad vitam & fœlicem & æternam? Certe nullus Apl'us, nullus doctor, nullus martyr, nullus deniq; mas, nulla itẽ fœmina ceruicẽ gladio carnificis submisisset, nisi sperasset post hanc vitam, vitam fœliciorem. Sic Paulus ipse iam quasi immolandus, sperat repositam coronam in illa die se susceptu-rum. Sed hæc aperta sunt.

Acto. 7.

2. Tim. 4.

Nunc autem Christus resurrexit primitiæ dormientium: quoniam quidem per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum.

Iam tandẽ aggredit absoluere argumentationẽ cœptam. dixerat: Si resurrectio mortuorũ non est, ne Chr̃s qdem resurrexit. his iam addit: Nunc aũt certum est Chr̃m resurrexisse, quasi primitias dormientiũ. Cõsequit ergo, ꝙ testimonium Apostolorũ verũ, ꝙ Chr̃iana fides solida, ꝙ peccata remissa, & sancti oẽs in fide resurrectionis decedẽtes, seruati sint. Cæterũ ne quis obijceret, non esse probum syllogismũ, argumentari à secundũ quid ad simpliciter, siue à parte ad totum: neq; conseq, Chr̃s resurrexit, ergo & nos resurgemus: addit non sine ratione, Chr̃m esse primitias, p̃uium, siue ducem eorũ q

ex mortuis resurrexerũt. Si primus est Chrs, qui à mortuis ad immortalitatem resurrexit: profecto consequit, & secundum & tertium successuros. Si iam primus & secundus & tertius, cur non oẽs? Chrs igit dormientiũ primus est, sed nõ vnicus. Quod agnus ille innocens mortuus est, sepultus est, & resurrexit, mei grã fecit, vt postq̃ mors me deuorarit, rursus virtute Chri resurgere possim. Si resurrexit caput, vbi membra? Si sponsus, vbi sponsa? Si Dei filius, vbi fratres & filij adoptiui? Igitur qui concesserit Chrm resurgere, & nos resurrecturos rationabiliter negare nõ poterit. Quid enim in Chro resurrexit? Num anima siue spũs? sed hic perpetuo immortalis est. Quid igitur? Corpus, constãs carne, ossibus & sanguine. Sed & nos eiusdem sumus naturę. vnde quod in illo factum nouimus, in nobis impossibile non erit. Nam, vt alibi Paulus dicit, membra sumus corporis eius, ex carne eius, & ex ossib⁹ eius. Cæterũ ne quis putet Aplm non vsq; adeo pbabiliter docere, resurrectionẽ nostram sumere virtutem suam ex Christi resurrectiõe, addit: Qm̃ qdem p hoĩem mors, & p hoĩem resurrectio mortuorũ. Quale hoc argumentũ? Si potest fieri vt peccatũ vni⁹ hoĩs, vniuerso hoĩm generi noceat: cur non posset fieri, vt iustitia vni⁹ hoĩs, etiam vniuerso hoĩm generi prodesset? Simile fere argumẽtũ de baptismo infantũ, apud Augustinum inuenire est, s. nõ esse vel impossibile vel inconueniens, vt aliena fide saluentur, qui aliena perfidia perierũt. Sed qui sunt illi duo homines, quorũ alter mortem, alter vero vitam adtulit mundo? Audi Apostolum:

Ephe. 5.

Obser.

Et sicut in Adã omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur: vnusquisque autem in suo ordine.

Confert Adam cum Chro: ille mortis, hic vero vitæ author est: Adam mortẽ, Chrs vitam intulit mundo. Quod em̃ morimur nõ tam corpore q̃ aĩa, Adamo acceptum ferimus, q sua pũaricatiõe totã suã posteritatẽ sic infecit, vitiauit & tabificauit, vt nemo, nisi filius iræ & mortis, in hũc mũdũ nascatur. Porro sicut Adæ peccatũ oẽs perdidit, ita & Christ⁹ oẽs

Ephe. 2.

ele

electos & renatos viuificabit. Adam pater humani generis, peccauit & mortuus est: ergo omne genus mortaliũ peccat & moritur. Christus caput omniũ electorũ, à mortuis resurrexit: resurgent igitur & mortui oẽs. Si enim tam potens fuit peccatũ in carne, vt semel totũ genus mortaliũ interimeret quis dubitaret, gratiã & meritũ Christi euidentius & efficacius esse in restituendo? Hoc negociũ Apostolus pulcherrime tractat in Romanis. In capite quinto dicit: Sicut p̃ vnum hominem peccatum in hunc mundũ intrauit, & per peccatum mors &c. Et rursum: Si vni⁹ delicto multi mortui sunt, multo magis gratia Dei & donũ, in gratia vnius hominis Iesu Christi in plures abundauit. Et rursum: Si vnius delicto mors regnauit per vnum, multo magis abundantiam gratiæ & donationis & iustitiæ accipientes, in vita regnabũt p̃ vnũ Iesum Christũ. Sicut eñ per inobedientiam vnius hominis, peccatores cõstituti sunt multi: ita & per vnius obeditionẽ, iusti constituent̃ multi. Pulcherrima sunt hæc. Nec dissimile in octauo legimus capite: Quod si spũs eius qui suscitauit Iesum à mortuis, habitat in vobis: qui suscitauit Iesum Christum à mortuis, viuificabit & mortalia corpora vestra, propter inhabitantẽ spiritũ eius in vobis &c. Obseruandũ, hoc loci Paulum tantũ loqui de resurrectione electorũ, qui vere in vitam resurgẽt: Impij quidẽ resurgent etiã, sed in eã vitã, quæ mors secũda dicitur. Corpora sua recipient, iam nõ moriturі, sed passuri pœnã in eis sine fine. Huc pertinet φ Christus apud Ioannẽ dicit: Veniet hora, in qua oẽs qui in monumentis sunt, audient vocẽ filij Dei: & prodibunt, qui bona fecerunt, in resurrectionẽ vitæ: qui vero mala egerũt, in resurrectionem iudicij. Obseruandum deinde, locũ hunc Apostoli, cũ dicit, In Adam omnes moriũtur, pugnare aduersus Pelagianos, qui negabant peccatum originis esse mortiferum. Sed mortiferum & lœthale est sic, vt quotquot in hũc mundũ nati, regenerati non fuerint, vitæ æternæ nunq̃ futuri sint participes. Qui aũt in Christo renascunt̃, q̊d baptismo fit, ijs iam non erit lœthale: sed quod ab Adamo accepimus, id omne per meritum Chr̃i non imputat̃. Hinc Augustinus

Ephe. 2
Roma. 5.
Roma. 8
Obser.
Apo. 2 & 21.
Iohan. 5.
Obser.

alibi dicit, Peccatũ genitale sic in baptismo ablui, non vt non sit, sed vt non imputetur, hoc est, vt non sit mortiferum. Sentimus qdem adhuc malam nobis innatam concupiscentiã, sentim⁹ pugnam spũs & carnis, sentimus q̃ procliues simus ad malũ, Amor mundi in nobis non est prorsus extinctus: sed sic nos armauit Chrs, in cuius verba iurauimus, vt illa oĩa, si voluerimus, nobis non nocere possint. Sed negocium hoc, alium & prolixiorẽ tractatum postulat. Nos ad verba Pauli redeam⁹, cuius sententia hæc est: Ob vnius Adæ delictũ, oẽs ab illo pfecti, sumus obnoxij morti: Et ob vni⁹ Chri innocentiã, oẽs immortalitati restituent, q meruerunt in illius esse corpore. Sed quõ possit Chrs mẽbra sua, hoc est, nos hoĩes vita æterna donare, nisi futura esset mortuorum resurrectio? Sed futura est mortuorum resurrectio. Sicut enĩ Adam in causa est, q oẽs mori necesse est: ita & Chrs in causa erit, q oẽs suo tempore reuiuiscemus. Si enim credimus q Iesus mortu⁹ est & resurrexit, ita & Deus eos qui dormierunt per Iesum, adducet cum eo, ait Apls. Porro quid est, quod Aplus subiungit, Vnusquisq; aũt in suo ordine? Hoc intelligendũ est, quemadmodũ suprà admonuimus, Omnes qdem resurgemus, sed non in eũdem finem. Boni enim ad vitam, impij ad cruciatus æternos. Adde q non sic resurgemus, quemadmodũ Chrs, qui resurrectionis nostræ causa & author est. Nos enim in puluerem conuertemur, ille non vidit corruptionem. Nos in extremi iudicij die tandẽ recipiemus corpora nostra, Chrus porro tertia die resurrexit. Et Chrs post resurrectionem suam in his terris per q̃draginta dies conuersatus est, manducauit & bibit, harum rerum nobis non erit opus. Sed Chrs vero & naturali suo corpore, glorificato tñ, surrexit: in hoc ipsi conformes erimus. Vnde statim addit Apostolus:

De peccato originali.

1. Thes. 4.

Vnusquisq; aũt in suo ordine.

Primitię Christus, deinde ij qui sunt Christi, qui in aduentum eius crediderunt.

Primitiæ Chrs est, initium s. exemplũ & vis resurrectiõis, in quo videm⁹ quõ resurrecturi simus, integri vtiq; anima & corpore, Et oportuit qdem Christũ, vt primitias, tertia die exci-

excitari, non vt resurrectionis diem statueret, sed vt infallibilem nobis spem futuræ resurrectionis pberet. Iam ergo quod corporum nostrorum resurrectionem adtinet, nos q Chri sumus, id est, qui in fide Chri decedim⁹ & sepelimur, ad aduentū dñi vltimū resurgemus tandē, & eo prorsus modo, quo Christus olim tertia die resurrexit. Loquimur aūt de generali illa resurrectione, in qua oīs caro de terra excitabitur atq; colligetur, alia qdem ad vitam æternam, alia vero ad ignem & supplicia nunq̃ terminanda. Obseruandum hic, q Paulus rursus nullam mentionē impiorum hic facit, sed tm̃ eorum qui Christi sunt. Resurgent certe & impij, sed non pari cum pijs ratione: Impij ad mortem, pij ad perennē gloriam. Videtur & hic locus insinuare, pios impiorum resurrectionē anteuertere: ad ostēdēdum, Chrm̃ pmptiorem esse ad coronandū, q̃ ad plectendum. Et in euangelio pmittuntur pij ad gloriam, deinde tandem impij ad gehennā. Qui bona fecerunt, inquit Chrs, ibūt in vitam æternam: qui vero mala egerunt, in resurrectionē iudicij. Sic & de ouibus & hœdis apud Matthæū similis ordo inuenit. Et in euāgelico reti primū pisces boni colligūt in vasa sua, deinde tandem mali foras projciuntur. Discamus igitur & nos promptiores esse debere ad benefaciendum, quàm ad lædendum.

Hæc sic dicuntur, ut ad mores formandos seruiant, neq; enim is ordo ubiq; seruatur.

Deinde finis, cū tradiderit regnū Deo & patri, cū euacuauerit oēm principatū & potestatē & virtutē.

Peracta totius corporis resurrectione, nihil supererit nisi finis humanarum vicissitudinum. Neq; enim, sicut nunc, postq̃ solus surrexerit Chrs, suo loco nihilominus pmanent res humanæ: ita & post gnalem resurrectionē pari erūt cōditione, vt necessitas cogat edere, bibere, dormire, emere, vēdere &c. sed finē oīa assequēt. Chrs em̃ traditur⁹ est regnū Deo & pri, & euacuabit siue abolebit oēm principatū & potestatē & virtutē. Sed qdnā regnū traditur⁹ est pri? Aut q̃ sunt illæ abolendæ potestates? Singula suo ordine declarabim⁹. Nemo itaq; existimet, q Chrs post traditionē regni sui, iuxta blasphemiam Arrij, alienus futurus sit à regno patris sui, anteq̃ em̃ Chrs nasce-

Arrij impudentia.

Luc 1 nasceret, accepimus angelum de Chr̃o dixisse: Dabit illi dñs Deus sedē Dauid p̃ris eius, & regnabit in domo Iacob in æternũ, & regni ei⁹ nõ erit finis. Et Chr̃s in euãgelio dicebat: Oĩa
Mat 11 mihi tradita sunt à patre meo. Et rursum: Data est mihi oĩs
Mat. 28 potestas in cœlo & in terra. Regnabit igitur dñs Iesus Chr̃s cum patre & spũsancto in oĩe æuum. Quod si quis, cum Ario, humano sensu scripturas sacras interpretari velit, compelletur fateri, Deum patrem cœlestem hactenus ab oĩi regno alienum esse, cum oĩa tradiderit filio in manus, donec filius restituet. Sed hæc absurda sunt, & etiã ethnicis risu digna videnť. Aliter se habet regnum Dei, q̃ huius mũdi, nec potest aĩalis homo percipere q̃litatem eius. Quõ igitur, inquis, se res

Regnum Dei. habet? Regnum Dei, qd à filio patri tradendũ venit, nos sumus, in q̃bus Chr̃s tanq̃ in templo suo & regit & habitat. Regnum igitur Dei, electi sunt: Regnum Dei, totum corpus ecclesiæ est. Hoc regnum tradet Chr̃s Deo patri post resurrecti
1. Cor. 13. onem gñalem, cum videbimus Deum patrem, non per specu
1. Ioan. 3 lum & in ænigmate, sed vere sicuti est, immo cũ similes ei erimus. Sic intellige: Princeps mundi huius nõ cessat electis & p̃ijs hoĩbus negocium facessere, donec huius mũdi p̃terierit status, & nõ cessat suo more tyrannidẽ agere, circumiens &
1. Pet. 5. q̃rens quem deuoret. Sed Chr̃s Dei filius, à patre emissus est, vt tyrannũ hunc à populo Dei propulsaret, & sibi, Deo nimirum, adduceret. Hoc q̃ fœliciter p̃stiterit Chr̃s, non est vt hic multis agam. Neq; sufficiebat Chr̃o, hic in p̃senti seculo fuisse congressum cum hoste humani generis, nisi & ad inferos
Luc. 11. descenderet: & deuicto tyrãno, vasa eius diriperet: & adscen-
Psal. 67. dens ad cœlos, captiuitatem captiuam duceret. Porro etsi sa-
Ephe. 4. tanas iusto p̃lio iam neq; audeat, neq; possit electos Dei aggredi, tñ interim non cessat latrocinari, & subinde aliquẽ ad defectionẽ à Chr̃o solicitare: & his rebus vsq; ad finem mundi studebit. Chr̃s itaq; qui hoc bellum à patre demãdatũ accepit, interim non cessat militibus suis auxilio esse, vt possint
Ephe. 6. aduersarij illius nequissimi ignea tela effugere. Porro præsentis seculi periodo absoluta, tunc neq; iusto p̃lio, neq; per cuniculos vel latrocinio, satanas pios molestare poterit, sed ele

cti & pij tuto viuent, & non opus habebunt vllo auxilio aduersus antiquū hostem. Quod igitur Paulus hic dicit, Christum ad finem mūdi, traditurum regnum Deo & patri: hoc nihil aliud est, quàm, Christus totū corpus ecclesiæ suæ in patris gloriam ducturus est, & quos dira morte redemit, tum patris conspectui totos corpore & anima præsentabit. Nec est, vt quidq̄ post timeant electi, cum nemo sit qui vlla in re ipsos molestare vllo modo possit. Euacuabit enim Christus omnem principatū, potestatem & virtutem. Quid hoc aliud est dicere, quàm, futuram vitā præsenti non fore similem? In pręsentis vitæ necessitudinibus sunt principatus, vt Cæsares, Reges: sunt potestates, vt Duces, Imperatores, siue capitanei: sunt denique virtutes, hoc est, apparitores, lictores: hic ordinat, ille iubet, alius vero exequitur. Sic pater vel mater curā demandant filijs vel filiabus, hi deinde iubent familiā cæterā: & in hunc modū, alius dominatꝰ, alius vero seruire cogitꝰ. Rursus hic in p̄senti boni molestiam patiunꝰ ab impijs, impij porro plectūtur à superioribus. His eñ studijs hactenꝰ agit mūdus, donec mortuoꝝ resurrectio cōpleta fuerit. Tum enim neq; Cæsare, neq; duce, neq; parentibus opus habebimus: sed huiusmodi imperia solus obibit Deus, & electi similes erunt angelis Dei, nō in substantia, sed in gloria. Impij vero siue reprobi, æternū cruciabunꝰ in igne infernali. Sequitur: Matth. 22

Oportet autem illum regnare, donec ponat oēs inimicos sub pedibus eius.

Ne quis hic Paulo obijceret, quare Christus non statim à resurrectione inceperit abolere statū huius mūdi, & æternā & gloriosam instituere vitā, ipsemet Paulus addit causam, dicēs: qm̄ scriptū est, Oportere Christū regnare, donec ponat oēs inimicos sub pedibus eius. Quale regnum Christi sit in præsenti seculo, iā pauloante diximus. Et ex his intelligimus etiā, qui sint inimici, à pedibus Christi cōculcādi. Certe quotq̄t Euāgeliū remoranꝰ, quotq̄t electis Dei negociū facessunt, inimici Dei sunt, siue diabolū, siue impios, siue mundum & concupiscentias eius velis dicere. Hæc eñ ante finem Psal. 109 Inimici Dei.

mūdi, immo post corporꝝ generalē resurrectionē, sic omnia erūt abolita, vt electis Dei ne vnguē quidē offēdere possint. Oportet itaqꝫ, inqt Apl's, ante cōsummationē regni Christi, omnē suā gloriā toti innotescere orbi, vt oēs filij Dei dispersi, ex omni terra colligant, impietas q̊qꝫ seipsam in omnibus diaboli mēbris prodat, & tandē vincat dn̄s Iesus, vindicans & suū & sanctorꝝ sanguinem. Hinc in Apocalypsi animabus propter verbū Dei interfectis, dictū est, vt requiescerent adhuc tēpus modicū, donec cōpleantur cōserui eorꝝ, & fratres eorum qui interficiendi sunt, sicut & illi. Breuiter, Regnum illud spirituale Christi, durabit donec completus fuerit electorum numerus. Sequitur continenter:

Apoca 6

*Nouissime

*Nouissima autem omnium, inimica destruetur mors. Omnia enim subiecit sub pedibus eius. Cum autem dicat, Omnia subiecta sunt ei, sine dubio, p̄ter eum qui subiecit ei omnia.

Mors nouissimus inimicus est humani generis, quē nemo effugere potest, cuiuscunqꝫ ille tandem fuerit vel dignitatis, vel conditionis, siue ille diues, siue pauper, siue mas, siue foemella fuerit. Quis em̄ est homo q̄ viuat, & nō visurus sit mortem? Statutū siquidē est, vt Paulus alibi dicit, hominibus semel mori. Stipendiū em̄ peccati, mors. Sed q̊modo destruetur inimicus ille nouissimus? In q̊ hoc ipsum intelligere poterimus? Tūc vere apparebit mortē esse victā, quādo eos cōpelletur rursus euomere quos absorpserat & deuorauerat. In hoc em̄ cognoscimus victorē, si alteri⁹ acceperit spolia. Hinc Christus in Euāgelio: Cū fortis armatus custodit atriū suum, in pace sunt omnia q̄ possidet: Si aūt fortior illo superuenerit, & vicerit eū, vniuersa arma eius auferet, in q̄bus confidebat, & spolia eius distribuet. Mors itaque, fortis ille armatus est, quē em̄ hominū nō vicit? Quis illū vel astu, vel violētia superare potuit vnq̄? Vnus & solus Christus ille victor & triumphator fuit, qui mortem vicit, iuxta quod impossibile erat,

Psal. 88.
Hebr. 9
Rom. 6
Luc. 11

erat, Chrm teneri à morte. habuit enim potestatem animam suam ponendi, & iterum eam sumendi. Et si voluisset, non potuisset mori, sed moriẽdo voluit mortem vincere. Hinc in propheta olim pdixerat: O mors, ero mors tua &c. Accessit qdẽ mors Chrm, sed quid effecerit, ex hoc apparet, quod quẽadmodum piscis ille Ionam euomere coactus fuerat, ita & mors coacta sit Chrm nõ tam corpore, q̃ anima reddere. Et quod in Chro factũ est semel, idipsum & in nobis olim futurum est certissime. Nouissimus enim ille inimicus, Mors illa truculentissima, inuadit qdem nos, deuorat nos, furatur nobis vitam: sed nihil proderit ei, nec nobis quicq̃ nocebit. Olim enim, siue velit, siue nolit, cogetur nos reddere, non quidem nostra violentia, sed virtute Chri compulsus. Oẽs enim inimici, à pedibus Chri cõculcandi sunt. iam cum & mors, inimicus Chri sit, vt qui ipsum in membris suis nunq̃ non impugnet, & ille sub pedibus Chri conculcabit, sic vt ne vmbra qdem illius futura sit vnq̃. Eos certe, q̃s in nouissimo die proferre cogetur, nunq̃ post inuadere poterit. Nam pij æternum viuent, impij æternum cruciabunt: pij optata fruent vita, impij vero mortem q̃rent, sed non inueniẽt, iuxta quod scriptum est in Apocalypsi: In diebus illis q̃rent hoĩes mortem, & non inuenient eam: & desiderabunt mori, & fugiet mors ab eis. Sed de hoc nouiss. hoste, satis superq. Addit post hæc Aplus: Cum aũt dicat, oĩa subiecta sunt ei, sine dubio, pter eũ q subiecit ei oĩa. Hoc ideo subnectit Aplus, ne quis existimet patrem filio minorem, quod ex pdictis Apostoli verbis fortassis aliquis hæreticus colligere tentaret. Hoc aũt falsum est. sic em oĩa Christo Dei filio subijcient, vt patris authoritati, dignitati, vel potestati nihil decedat. Hinc Chrs apud Ioannem, inter cætera sic patrem alloquitur: Et mea oĩa, tua sunt: & tua, mea sunt, & clarificatus sum in eis. Sequitur:

Acto. 2.
Ioan. 10.
Ose. 13.
Ioan. 3.
Math. 12.
Apoc. 9.
Ibidem.
Ioan. 17.

Cum autem subiecta fuerint illi omnia, tunc & ipse filius subiectus erit ei, qui subiecit sibi omnia, vt sit Deus omnia in omnibus.

Vide D. Hilariũ lib. 11 pag. 229 Et l[illegible] 146. Et Cyril. lib. 5. dialogo-

Hoc est, Cum Chrs oẽs inimicos suos triumpharit, & ec-

 cle-

rū nō lōge à fine. clesiam militantem, hoc est, oēs electos, qui mēbra sunt corporis Chri, sibi adunauerit, tunc & filius subiect⁹ erit ei, qui subiecit sibi oīa, vt sit Deus oīa in oībus: hoc est, Chri regnū cessabit, Dei aūt patris regnum, q̊d & Chro Dei filio cōmune cum patre est, ꝑpetuo siue æternum durabit. Differunt enim Chri regnum, & regnum Dei. Chri regnum dicitur, p̄sentis temporis ecclesia, vbi Chrs per fidem habitat in cordibus electoꝶ, vbi ipse Chrs electos suos verbo veritatis pascit, salutaribus sacramentis tum erudit, tum etiam sustentat, vbi varijs tribulationibus suos exercet, vbi adhuc oīa imperfecta sunt, vbi ex parte tm̄ intelligimus, vt Paulus suprà dixerat, & ex parte prophetamus. Vbi aūt ꝑuenerit q̊d ꝑfectum est, euacuabitur q̊d ex parte est. Porro regnum Dei patris aliter se habet: In ipso siquidē qui habitabunt, non habebunt opus neq; spe, neq; fide, neq; externo Dei verbo, neq; sacramentis. Nulla erit molestia, nulla vexatio, sed absterget De⁹ oēm lachrymam ab oculis eoꝶ, & mors vltrà non erit, neq; luctus, neq; clamor, nec dolor erit vltrà, quę prima abierūt, sed Deus erit oīa in oībus, hoc est, ipse solus satisfaciet & sufficiet oībus, in ipso solo habebimus oīa q̄cunq; desiderare poterimus. Hinc ille in Psalmis dicit: Satiabor cum apparuerit gloria dn̄i. Resurrectione igitur vniuersæ carnis ꝑfecta, Chrus cum oībus membris suis Deo patri erit subiectus, vt non minus periculi sit timendū membris, q̄ corporis capiti, hoc est, Chro. Hæc simplicissima nobis videtur esse huius loci interpretatio, nec opinor necessarium esse, vt hæreticoꝶ ora hic obstruam, q nescio q̊t absurda, ex p̄senti loco sibi colligere vidēt. Sed hic locus Pauli ad cæteros collatus, nihil prodigiosi docere poterit. Nouim⁹ Chrm dixisse, Pater maior me est. Sed & idem dixit, Ego & pater vnum sumus. Et Aplus, qui hoc loci dicit, Chrm fore subijciendū patri hoc finito seculo: alibi dicit, ꝙ pater Chro dederit nomen, quod est super omne nomen, & ꝙ ipse Chrs in gloria sit Dei patris &c. Loci igitur q dignitati Chri derogare videnť, collatis cæteris scripturis, cōmode interpretari possunt. Nouimus in Chro duas naturas, vnam hoīs, alteram Dei: iuxta hanc neq; minoratur, neq; maiorať,

Christi Regnum Patris

Apoc. 21.

Psal. 16.

Ioā. 14. & 10.

Phil. 2.

vt

vt ita dicam: iuxta illam porro est, q̄cunq; hoĩm sunt, passus, exceptis peccatis, sed iuxta eandē iam & sedet, & ppetuo sedebit ad dexteram Dei patris oĩpotentis: q̊d nomen illud est, cuius D. Apl's meminit in Philippis. Hunc eñ Chr̃m hoĩem verũ, & natum & mortuum, suscitauit Deus à mortuis, constituens ad dexteram suam in cœlestibus, supra oẽm principatum & potestatem & virtutẽ & dñationem, & omne nomen q̊d noĩatur non solum in hoc seculo, sed etiam in futuro. Et oĩa subiecit sub pedibus eius &c. Sed hæc suffecerint. Sequit:

Ephe. 1. 1 Pet. 3. Psal. 8.

Alioquin quid facient, qui baptizantur pro mortuis, si omnino mortui non resurgunt? vt quid & baptizantur pro illis?

Proximũ, q̊d p̃cessit, Argumentũ de vera corporũ resurrectione, inde sumptum est, q̧ Christo ante finem huius mũdi subijci debent oĩa: si oĩa, ergo & mors nõ excluditur. Qua in re aũt magis patebit mortẽ victam, q̃ cum cogetur eos, quos deuorauerat, reddere? Iam aliud argumentũ sumit ex Corinthiorũ cõmuni vsu. Si enim mortui non resurgunt, frustraneum est quicq̃d p mortuis fit. Iam porro Corinthij baptizant pro mortuis, ergo ipso facto testant se credere, eos qui mortui sunt mundo, non oĩno perijsse. Exemplis declarabimus: Quare nos mortuorũ animas Deo cõmendamus? vtiq; q̃a credimus preces nostras illis profuturas. Quid aũt proderit ei, qui oĩno nõ est? Aut quõ nocebis ei, qui oĩs sensus expers est? Necesse est itaq;, vt prius credam illum viuere, q̃ illi velim vel nocere, vel cõmodare. Sic & de Corinthijs loquendũ. Si baptismo suo mortuis se existimant pdesse, certe necesse est prius illis psuasum esse, mortuos mundi, alibi viuere. Si iam alibi viuunt, quõ q̃dam dicunt resurrectionẽ non esse? Tñ de argumento Apostoli. Iam q̃ret fortassis, & non immerito, q̃spiam, q̃lis ille mos baptizandi p mortuis, apud Corinthios fuerit. Varia certe ē doctissimorũ virorũ sup hoc loco sentẽtia, & mos hic lõgo seculo à nemine vel visus vel auditus est. Ponamus singulorũ sensa. Apud Tertullianum videmus, q̧ talis mos fuerit apud Corinthios, vt si quis morte præuentus, non

Mos baptizandi p mortuis. Vide Epiphaniũ cõtra hæreses. To. 2. li. 1. cap. 28.

 acce

accepisset baptisma, alius vice defuncti baptizaret, vt mortu-
us eo melius haberet. Et hunc morem Apl's non probat, sed
hacten⁹ eo exemplo vtitur, q̄tenus instituto suo seruire vide-
tur. Alij existimant Aplm argumentū sumpsisse à vanitate &
sup̄stitione gentiliū, q & ipsi multa pro defunctis faciebant,
ipsoꝝ sepulchra maximis impēsis decorātes, vt in q̊ꝝ mētib⁹
hærebat, mortē nō interitū esse oīa tollentē atq; delentē, sed
q̄ndam q̄si migrationē cōmutationemq; vitæ ad meliora, q̊d
etiā ipse Platonis Axiochus habet. Iam si gētiles nō in totum
desperāt de mortuis, sed aliq̄d futuræ vitæ sibi ꝑmittūt: vide
q̄le scelus sit, Chrianos tam impie de defunctis sentire. Postre
mo Chrysostomus opinat, Aplm hic loq̄ de solēni ritu, q cir
ca baptismi sacramentū seruabatur. Baptizādi em̄, ante susce
ptionem baptismi confitebant se credere mortuoꝝ resurre-
ctionem: q̊d & nostrū symbolū habet, & apud baptizandum
palàm ꝓnunciat. Adde ꝙ illa trina tinctio, mortis & resurre
ctionis mysteriū repræsentat. Pudor igitur, immo impietas
est, id post baptismū negare, q̊d ante baptismū tam aperte cō
fessus es. Obserua hic, morē q apud nos circa baptismū ser-
uat, nō esse nuperū, sed ante multa secula in ecclesia obserua-
tū, vtcūq; nouatores illi oīa inuertāt. Certe q vel ꝑ trāsennā
veteres inspexerit, inueniet exorcismos, Abrenunciationē sa-
tanæ, vnctionem chrismatis, cōfessionē symboli Apostolici,
& longe plures cæremonias, q̄ apud nos vsus habet.

Sunt qui existimāt Corinthiis eū fuisse morem, ut supra mortuorū sepulchra baptizarētur, ad testandā fidē resurrectionis.

Vt quid & nos periclitamur omni hora? Quoti-
die morior propter vestram gloriam fratres, quam
habeo in Christo Iesu domino nostro.

Aliud argumentū hoc est, q̊ ꝓbat resurrectionē, non dissi
mile illi q̊d suprà habuimus, quū diceret: Si in hac vita tm̄ in
Chr̄o sperātes sumus, miserabiliores sumus oībus hoībus. Sic
& hoc loci vult dicere: Si resurrectio mortuoꝝ non est, si iu-
stos nulla merces manet, vt q̄d & nos Apostoli om̄i hora peri
clitamur? Nōne stulti sumus, ꝙ p̄sentis mūdi lætitijs & volu-
ptatib⁹ neq; fruimur, neq; vtimur? Quæ merces in hoc mun
do nobis speranda est? Num diuitiæ? num gloria? num digni
tas

tas aut magistratus aliquis? Num vllæ deliciæ? Huiusmodi nihil, sed oĩno diuersum. Nostris p̄dicationibus eñ nos in om̄e piculum ponimus, oĩm hoĩm iram & odium in nos puocamus, vita nostra nullo tẽporis momento secura est. Quis igit̃ hæc forti, ne dicã libẽti, aĩo pateret, nisi habẽs spem melioris vitæ? Hæc de oĩb9 Apl̃is. De seipso porro inqt: Quotidie morior ppter vestrã gloriã fratres, quã habeo in Chr̃o Iesu dño nostro. Hoc est, Ego nõ solũ om̃i hora piclitor, q̃d mihi cum reliqs Apl̃is cõmune est, sed q̃tidie morior: longe eñ maiora picula me vrgẽt q̃ reliq̃s Apl̃os. & hæc oĩa patior & suffero propter vestrã gloriã, hoc est, ego lubenti aĩo dedecora subeo, tm̃ vt vos ad gloriã prouehere possim: ego vitã meã libẽter in discrimẽ pono, tm̃ vt vos æternæ vitæ participes faciã. Ego meo incõmodo, vestrũ cõmodũ promoueo. Nec de aliq̃ huius mũdi gloria loq̃r, sed de illa quã nos habemus in Chr̃o Iesu dño nr̃o. Hãc opinor nõ tã verã, q̃ simplicẽ, esse textus, q̃ in nr̃is biblijs est, interpretationẽ. Cæterũ alia exẽplaria testãtur hic Paulũ iurasse, q̃ q̃tidie moreret̃: & iurasse p gloriã suam, quã à Corinthiorũ fide sibi promittere nõ dubitat. Vt sit sensus, Me q̃tidie mori, id verũ esse, asseuerare ausim per eam gloriationẽ, quam in Chr̃o Iesu habeo. Breuiter, resurrectio mortuorũ, vnica perpetuo martyrũ Dei spes & patientiæ ancora fuit. Vnde legimus B. Iob post multas & varias tentationum procellas, huc tandẽ se vt in tutiss. portum recepisse ac dixisse: Scio q̃ redemptor meus viuit, & in nouiss. die de terra surrecturus sum, & rursum circũdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum saluatorem meum: quem visurus sum ego ipse, & oculi mei conspecturi sunt, & non alius: reposita est hæc spes mea in sinu meo &c. Sic Paulus ad Hebræos de sanctis viris dicit, q̃ multa subierint pericula, vt meliorẽ inuenirent resurrectionem.

Iob 19.

Heb 11.

Si secũdum hominẽ ad bestias pugnaui Ephesi, quid mihi prodest, si mortui non resurgunt?

Eiusdẽ pene gñis argumentũ est cũ superiori. Hoc eñ dixit: Si tm̃modo me sciebam esse hoĩem mortalem, hoc est,

cui-

cuius corpus sine resurrectionis spe à beluis potuit lacerari: ego profecto stultus eram, q religionis gratia me apud Ephesum in capitis discrimen conieci. Olim aűt solebant damnati bestijs obijci, vt liquet ex historia Danielis. Sunt qui bestiarum noie hoc loci vel satanam, vel huius ministros & satellites tyrannos intelligant. Cæterũ de hoc negocio videt Apl'us etiam loqui 2. Cor. 1. cap. cum dicit, Nolim aűt ignorare vos fratres de afflictione nostra, quæ nobis accidit in Asia, qm̃ supra modũ grauati sumus, supra vires, adeo vt desperauerim⁹ etiam de vita, quin ipsi nobis sententiam mortis tuleramus.

Manducemus & bibamus, cras enim moriemur. Nolite seduci. Corrumpunt bonos mores colloquia mala.

Nemo hic existimet Apostoli doctrinam & admonitionem esse, vt manducemus & bibamus, & vẽtri indulgeamus: sed assumit impiorũ voces, qui de resurrectione mortuorũ & de futura vita nihil credunt. Quod em̃ Paulus hic dicit, Man-
Esa. 22. ducem⁹ & bibamus, cras enim moriemur: indurati peccatores, contumaces puta Iudæi, apud Esaiam dixerunt olim. sed quid illis dñs per ꝓphetam cõminatus fuerit, obscurũ nõ est. Sensus igit̃ verborũ Pauli ita se habet: Si tota spes hoĩs morte finitur, vt vestri pseudoprophetæ blaterãt: quid supest, nisi vt q̃d apud Esaiam dicũt, diffisi de promissis, futuræ vitæ ac fœlicitatis summã huius vitæ cõmodis metientes, Edamus & bibamus, cras enim moriemur? Hæc impij q̃dem dicũt, talis ꝓphetarũ malorũ vox & cãtilena est: sed ego dico, Nolite seduci. Qui vobis illa ꝑsuadere conant̃, non ductores sunt, sed seductores. cõtemnite igitur, & surda aure trãsite illorũ verba. Qua ratione? Corrumpũt bonos mores colloquia mala. Cauete itaq;, ne vos suis fabulis & inani loquacitate, immo ꝑniciosiss. colloquijs in errorẽ illiciant. Certe mala hæc sunt colloquia, dum negãt, post hanc, aliam esse vitam: hoc enim concesso, & bonorũ gloria & malorũ pœna neganda veniunt. Cũ aũt supplicia malorũ, & bonorũ gaudia negant̃, iam homo facile rapitur ad pessima quæq; vitia, q̃bus hic mũdus solet delecta-

ctari. Admonet itaq; pius magister suos Corinthios, vt sibi ab his Sirenũ cantibus caueant. proximos enim esse gradus, à prauis colloquijs ad pessimos mores. Sicut enim malus aer assiduo flatu tractus, inficit corpus: sic peruersa loquutio assidue audita, infirmorum inficit animos. Itaq; ab infirmis vitari societas malorum debet, ne dum corrigi non valent, ad imitationem trahant. Cæterum quid mala colloquia pariãt, iam apud multos, nemo est qui ignoret. vnde super hac re multa dicere nõ libet. Certe tales euadimus, qualia audimus. Non potest fieri, vt qui quotidie impuris verbis & cantilenis assidet, non coinquinetur: vel qui detractori continue aures suas locat, non sinistre iudicet, aut ad minus male suspicetur. Postremo, ne & hoc imprudens prætercam, apud Sapientẽ locus est haud dissimilis huic, quẽ Paulus ex Esa. adduxit. Dixerunt enim impij apud se, non recte cogitantes: Exiguum & cum tædio est tempus vitæ nostræ, & non est refrigerium in fine hominis, & nõ est qui agnitus sit, reuersus ab inferis: Quia ex nihilo nati sumus, & post hoc erimus tanquam nõ fuerimus: Extinctum corpus nostrũ, cinis erit, & spiritus diffundetur tanquam mollis aer &c. Venite ergo, fruamur bonis &c. Vino precioso & vnguẽtis nos impleamus &c.

CAP. XV. Obserua, [...]oi praua [c]olloqa bonos mores corrũpũt: Ergo bona colloqa, bonos mo[r]es [p]mouẽt.

Sap. 2

Euigilate iuste, & nolite peccare. Ignorantiam enim Dei quidam habent. Ad reuerentiam vobis loquor.

Ostenderat Apostolus morbum, dicendo: Corrumpunt bonos mores colloquia praua. iam adhibet emplastrũ, dicẽs: Euigilate iuste, & nolite peccare. In rebus friuolis qbus anima occiditur, non vsq; adeo somnolenti & pigri estis: sed in his quæ pietatis sunt, prorsus manci estis & sternutatis, nec vlla memoria pietatis in vobis est. Euigilate itaq; iuste, ita vt posthac in hoc negocio non peccetis. Sic & alibi Romanis scribit, dicens: Fratres, scientes quia hora est, iam nos de somno surgere &c. Et Thessalonicensibus: Non dormiamus, sicut & cæteri, sed vigilemus & sobrij simus. Loquitur autẽ Apostolus hic non de vigilia vel somno naturali, sed de pie- 1. Thess. 5

tate & impietate, de negligentia (vt ita dicam) & studio pietatis & virtutis. Non enim infrequēs est in scripturis hoc verbum, vigilare, pro dare operam pietati. Hinc dominus in Euangelio: Vigilate, nescitis enim qua hora dominus venturus sit &c. Sed hæc aperta sunt. Hoc tantū hic obseruandum venit, quod Apostolus hic Corinthios arguit oblique, quasi in omnibus alijs rebus satis strenui viri sint, in stadio vero virtutum omnino pigri & segnes. Sed quid est quod ait, Ignorantiam Dei quidam habent? Hoc est, Qui vos in errorem hunc duxerunt, non alia causa tam impie sentiunt, quàm ꝙ nec misericordiam Dei per filium nobis exhibitam, ꝙ scilicet omnes per eum viuemus, nec omnipotentiam Dei qua omnia reuocat, considerant. Qui enim Dei misericordiam penitius perpenderit, is facile credet ipsum Deum nos nō in hoc tantum creasse, vt in præsenti seculo tam misere viuamus, sed ad longe potiorem vitam. Qui item considerauerit, ꝙ apud Deum non est impossibile omne verbum: is facile crediderit, Deo impossibile minime fore, corpus etiam in cineres redactum, rursus exuscitare &c. Sed illi Corinthiorum peruersores, de Deo non sanum habebant iudiciū. Addit Apostolus: Ad reuerentiam vobis loquor. Hæc dico, inquit, non infensus vobis, sed vt pudore correcti, posthac non auscultetis istis, qui tam stulta, tamq́ impia vobis persuadere conantur. Cur enim non pudeat vos, tam cito à vero veritatis tramite aberrare, tā facile omni vento falsæ doctrinæ circūferri, non vlla ratione motos, sed solum impijs impiorum rabularum colloquijs seductos?

Erratis, nescientes scripturas, neq; virtutē Dei, Matt. 22.

Sed dicet aliquis: Quomodo *resurgunt mortui? Quali autem corpore venient?

*resurgent

In huius capitis initio diximus, quàm variæ fuerint multorum de resurrectione hominis, opiniones: vt non sit necesse, multis eadē repetere. Iā igitur ostēderat Apl'us multis, quare resurrectio futura sit, & vnde resurrectionis vis, qd itē post resurrectionis diem futurum, nempe omniū huius seculi rerū finis

finis & cõsummatio. Porro quia ipsius narratio p̃habita, fortassis apud infideles & etiam simplices non inuenisset fidem, (infideles enim scripturis nihil mouent̃, simplices aũt & Neophyti alta mysteria non facile capiunt) aggreditur Aplus & naturalibus exemplis demonstrare, non esse incredibile, hoc ipsum quod moritur, rursum reuiuiscere. Verum vt conuenientiori modo rem tractare possit, ipsorũ aduersariorũ obiectiones assumit, vt confutet tandẽ. Obiectiones aũt aduersariorum, huiusmodi sunt: Quõ resurgunt mortui? Aut quali corpore resurgent? Qui fieri potest, vt qui mortuus est, & in cineres redactus, igne consumptus, vel à bestijs deuoratus, rursum reuiuiscat? Qui fieri potest, vt membra tam in varijs locis abscissa, post multos annorũ cẽtenarios rursum in suum corpus coalescant? Aut, si concedimus resurrectionem, q̃lis erit confusio? Vbi tot patres, tot mariti, immo tot Cæsares, tot Reges &c? Quis regum moderabitur regni habenas? quis imperabit populo? primus ne regum, an medius, an vltimus? vbi poterit inueniri locus, in quo tot hoĩes conuenire possint? Et si conueniant, vnde ꝓuenient ipsis cibi, vestes, domus? Vide mi Paule, inq̃ebant, quæ absurda sequent̃, si semel cõsenserimus gñalem totius humani gñis resurrectionẽ fore. Ecce sic est hoĩs aĩalis de rebus diuinis iudicium, nimirũ cæcum & futile. Non enim potest talis homo aliam diuinare vitam, q̃ p̃senti similem: sicut & Saducæi qui Chr̃m de vxore q̃ septem maritos habuerat, rogabant. Sed præstat audire responsionem Pauli Apostoli, quàm friuolas illorum obiectiones. Matth. 22.

Insipiens, tu q̃d seminas, non viuificat̃, nisi prius moriatur. Et quod seminas, non corpus quod futurum est, seminas, sed nudum granum, vtputa tritici, aut alicuius cæterorum. Deus autem dat illi corpus sicut vult, & vnicuiq; seminum proprium corpus.

Pulchra hæc Apostoli responsio est, & à rerũ natura sumpta. Duo aũt, vt iam diximus, in dubitationem venerant. Primum, q̃ pacto corpus in cineres semel collapsum & resolu-

tum, restauret. Secundũ, q̄ corpore, hoc ne, an alio q̄piam resurrecturi simus. Respondet Ap̄lus: Stulte, tu q̄d seminas, non viuificatur, nisi prius mortuum fuerit. Insipiēs es haud dubie, si non credis posse fieri, q̄d singulis annis fit tam certo, vt nemo negare possit. Nunq̄d ideo tibi videt̄ impossibilis resurrectio, quia vides hoīem & mori & putrefieri? Et tñ nullum granum frumenti viuificatur & crescit, nisi prius moriat̄ atq;
Ioan.12. putrefiat. Sic Chr̄s in euangelio: Amen amē dico vobis, inq̄r, nisi granum frumenti cadēs in terram, mortuũ fuerit, ipsum solum manet: si aũt mortuum fuerit, multum fructum affert. Tu q̄dem granum tritici in terram seminas: sed vt reuiuiscat cum fœnore, non tuæ, sed Dei virtutis est. Tu seminas, ille viuificat. Desine ergo iam multis mirari, quō id q̄d mortuum iam est, rursus possit restitui, q̄nquidem q̄tannis eius rei exempla vides. Sic cum vides cadauer hoīs terræ mādari, noli considerare eius qui mortuus est, hoc est, hoīs virtutem, sed eius virtutem, qui hoīem ex nihilo creauit. Nam qui mortuũ granum viuificat, & mortuum hoīem viuificare poterit. Eadem certe facilitate ex hoc aliud facere poterit, qua ex nihilo creare aliq̄d. Sic ergo ostensum est, non impossibile fore, vt mortuus & putrefactus homo rursus reuiuiscat. Cæterũ q̄d aduersarius rogat, q̄nam aut quali corpore resurrecturi sint hoīes: ad hoc respondet Ap̄lus alio exēplo, eodem'q; naturali, idem corpus q̄dem resurrecturũ, sed longe nobiliore cōditione, sicut & granum q̄d seminatum est, longe nobiliore modo succrescit. Granum eñi nudum seminatur, & Deus illi dat corpus sicut ipsi visum est, & vnicuiq; seminum ꝓprium corpus. Ex grano siq̄dem tritici, non succrescũt hordea vel siligines, sed triticum. Nec triticum nudum & vnicum granum, sicut seminatum fuerat, exurgit: sed exurgit copia fœneratum, compagine ædificatũ, ordine structum, cultu munitũ, & vsquequaq; vestitum. Sic corpus siue cadauer hoīs terræ conditũ, suo tempore exurget q̄dē, sed longe nobiliore cōditione. exurget eñ viuum, incorruptibile, q̄d nunq̄ esuriet, nunq̄ sitiet, nunq̄ egebit veste, & longe aliis nobilioribus donis ꝓditum: & nihilominus idem corpus, idem homo exurget. Homo ille qui mas-

su-

fuerat, non efficietur mulier: & qui in p̄senti mulier, in futuro nō efficietur mas. Nec pes tuus vel manus tua, alieno inseretur corpori, sed tuo &c. Et ita fit, vt vnicuiq; animæ nō confusum aut extraneum corpus, sed suum q̊d habuerat, reparetur, vt cōsequenter possit pro agonibus p̄sentis vitæ, cum anima sua caro vel pudica coronari, vel impudica puniri. Hinc Iob dixerat: Circundabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum saluatorem meum &c.

Non om̄is caro, eadem caro: sed alia hominum, alia pecorum, alia autem volucrum, alia piscium.

Audiuimus qualia sint in resurrectiōe futura corpora nostra, eadem q̄dem & diuersa. Eadem, q̄a non noua nobis dabuntur corpora, sed illa ipsa quæ sepeliebant̄, de terra resuscitabuntur. Diuersa vero, quia defæcata iam ac speciosiora, put cuiq; dn̄s dederit. Neq; enim ideo minus corpus meum erit, cum, quod prius fuerat corruptibile & tenebricosum, iam fit incorruptibile & p̄lucidum. Exemplū cape in metallis, quę p̄ ignem ab omni scoria & sorde repurgant̄, manēte tn̄ eadem substantia. Aurum aurum est, siue igne purgatum fuerit, siue adhuc in corde terræ latuerit. Iam Apl̄us noster alia instituit demonstrare, nimirũ q̄ etiam magna differentia sit futura inter resurgentes, siue impios, siue pios dixeris. Impius em̄ à magis impio differt, & pius à minus pio &c. Nec absurdum alicui hæc videant̄ quæ dicimus, cum & multifariam inter se differant oēs Dei creaturæ. Non oīs caro, eadem caro est, inquit Apl̄s, & verum est. sed alia hoīm, alia pecorũ, alia aũt volucrum, alia piscium. Alia certe caro est hoīs, q̃ pecoris, non tm̄ in forma, sed etiã in natura. Sic magna differentia est inter aues & pisces. Caro hoīs etiam putrefacta resurget, sed reliquæ carnes, siue fuerint pecorũ, siue volucrũ, siue etiam piscium, in nihilum redigentur. Sed addamus quæ eiusdem argumenti sunt, vt simul ac vno tractatu explicentur.

Et corpora cœlestia, & corpora terrestria: sed alia quidem cœlestium gloria, alia autem terrestrium.

Alia claritas ſolis, alia claritas lunæ, & alia claritas ſtellarum. Stella enim à ſtella differt in claritate, ſic & reſurrectio mortuorum.

His ſimilitudinibus probat idem quod p̄cedenti ſimilitudine, nimiꝝ oēs q̄dē reſurrecturos, ſed nō oēs pari dedecore, nec pari honore, ſed multifariam, prout quiſq; meritus eſt. Porro ſimilitudines & cōmunes & apertæ ſunt. Quis em̄ non nouit diſcrimē inter corpora cœleſtia, & corpora terreſtria? Certe corpora terreſtria non merent̄ p̄ferri corporibus cœleſtibus: hæc enim nobiliora ſunt. Corpora terreſtria inter ſe differūt: alteꝝ altero vel precioſius, vel vilius eſt. Gemma em̄ gemmæ p̄ſtat, & auꝝ argento habetur nobilius, æs plumbo. Sic & inter corpora cœleſtia non vulgare cernit̄ diſcrimen. Om̄es q̄dem ſtellæ claritate ſunt illuſtres, ſed tñ alia alia clarior. Sol enim luna clarior eſt, & luna cæteras ſtellas ſplendore ſuperat, rurſum ſtella ſtellā claritate præit. Sic & reſurrectio mortuoꝝ ſe habebit. Reuiuiſcent enim oēs cum ſuo corpore in reſurrectione, ſed diſpari dignitate. Nam alia ſpecie reuiuiſcēt impij, alia pij. Rurſum inter pios, prout quiſq; ſe geſſit in vita, ita nouati corporis honore p̄minebit. Aliter ibi lucebit virginitas, ait D. Auguſtinus, aliter ibi lucebit caſtitas coniugalis, aliter ibi lucebit ſancta viduitas. Diuerſe lucebūt, ſed oēs ibi erunt. Splendor diſpar, cœlum cōmune. Huc pertinet quod Chr̄s in euāgelio dixit: In domo patris mei manſiones multæ ſunt. Cæteꝝ quō Chr̄s partiturus ſit māſiones illas, noſtrum non erit multum vel anxie curare. Iuſtus eſt dn̄s, ait ille Pſaltes, & rectum iudicium illius.

Seminatur in corruptione, ſurget in incorruptione. Seminatur in ignobilitate, ſurget in gloria. Seminatur in infirmitate, ſurget in virtute.

His ſententijs orditur Ap̄lus, clarius oſtendere, qualia futura ſint noſtra corpora in reſurrectione. Seminatur corpus in corruptione, inquit, ſurget aūt in incorruptione. Hoc eſt, corpus illud mortuum quum ſeminatur, hoc eſt, quum ſepelitur,

litur, corruptioni obnoxium est, nec potest sua virtute consistere in sua substantia. Immo nisi terræ mandaret, sic periret fœtore & vermibus, vt nemo illud æquis oculis & citra nauseam adspicere posset. Corruptibile enim corpus est, nec potest resuscitari, nisi oĩno in terram & puluerem dissolutũ fuerit. Loquimur hic in genere: nec gñali resurrectione, q̊run⁊dam diuorꝝ priuilegĳs p̃iudicatur. Cæterꝝ non surget corruptibile, sed incorruptibile corpus, sic vt posthac nec corrumpi, nec deficere possit, sed erit perpetuo in suo esse. Secundo, inquit Apl̃us: Seminatur in ignobilitate, siue in ignominia, surget aũt in gloria. Et hoc constat oĩbus, q̃ mortuorꝝ cadauera cito oĩbus nauseam moueant, ita vt proxima ad sepulchra cum illis curratur. Quod si etiam pater filium, aut mater filiam apud se retinere vellet, extinctum cadauer non patitur lõgas moras. Nusq̃ bene iacet, nisi in terræ puluere. Brutorum animalium carnes vtcunq;, immo commode, seruari possunt, vt homini etiam sint vsui. sed hominis cadauer neq; vsui, neq; honori est, vt ita dicã. Sed olim surget in tanta gloria, vt miris modis placiturus sit rediuiuus homo, nõ tã Deo & angelis, quàm hominibus. Erunt enim tunc corpora sanctorum clara & fulgentia, sicut Christus in euangelio promiserat, dicens: Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorum &c. Tertio addit Apostolus: Seminatur in infirmitate, surget in virtute. Quàm infirmus sit homo, immo quàm nihil possit hominis cadauer, omnibus conspicuum est. Non habet vires, vt vel pulices vel muscas abigere possit, sed oportet vt nihil agat, & oĩa patiatur, siue à vermibus, siue à viperis & serpentibus. Resurrectio aũt cum magna virtute restituet corpus illud, quod tam infirmum & imbecille terra consumpserat. Ea enim erit homo pius virtute, vt quicquid voluerit, etiam possit. Proinde qui videt mortuum, non debet terreri eo quod videt, sed debet eo consolari, quod certo credit futurum. Agricola certe videns granum tritici putrefieri, non tristatur. nouit enim experimento quid vere increscente futurum sit, nimirum pro vno grano innumera se accepturum. Addit Apostolus:

Matth. 13.
Sap. 3.

Seminatur corpus aĩale, ſurget corpus ſpũale.

Corpus quod ſepelitur, aĩale fuit: quod aũt ſurget, inquit, ſpũale erit: quod nemo ſic intelligat, quaſi corpus glorificatum, non ſit verꝫ & eſſentiale corpus, citra carnem & ſanguinem, hoc eſt, phantaſma potius q̃ homo. Si enim nõ haberet carnem & ſanguinem, non eſſet idem corpus, nec eſſet verus homo. Quid igitur ſupeſt, niſi vt aĩaduertas, quid Paulo hic ſit aĩalis vel ſpũalis homo? Breuiter, Apl'us vocat eum hoiem aĩalem, qui adhuc vtitur corrruptilibus rebus, citra quas ſubſiſtere aliàs non poſſit, hoc eſt, qui cogitur ad ſuam ſubſiſtentiam edere, bibere, digerere, & cætera naturæ negocia expedire. Spũalis aũt homo is dicitur, qui hui⁹ mũdi negocijs oino non eget, qui nec eſurit, nec ſitit, quẽ nec frigus nec æſtus mouet, cui non eſt neceſſe vel vxor, vel familia, vel domus &c. Breuiter, ſurget corpus impaſſibile, nullis corporalibus moleſtijs obnoxiũ: nihilominus tñ erit verꝫ corpus, & idem corpus, carnes & oſſa eadem, ſed defæcata & longe precioſiora. Hæc oĩa in corpore Chr̃i glorificato cernere licet. Oſtendit manus & pedes, loquit̃, manducat & bibit: ſed ſua virtute lapides tranſit & ligna, nulloq́ꝫ loco excludi poterit. Quod aũt manducat & bibit, non neceſſitatis, ſed poſſibilitatis eſt.

Vide Auguſt. de Gene. ad literã li. 12. ca. 7.

Si corpus animale, eſt & corpus ſpirituale, ſicut ſcriptum eſt: Factus eſt primus homo Adam in animam viuentem, nouiſſimus Adam in ſpiritum viuificantem.

Duorꝫ hoĩm corpora diuerſæ q̃litatis in ſcripturis diuinis inuenim⁹, vnũ corpus aĩale, alterꝫ corpus ſpũale. Duo hoies, ſunt Adam & Chr̃s. Adam corpus habuit aĩale, & tale corp⁹ ſortiunt̃ oẽs, q̃tq̃t ex ipſo procreabunt̃. Chr̃s à mortuis reſurgens, ſpũale corpus habuit: & tale corpus donabit oĩbus qui in ipſo renati fuerint. Animale aũt corpus, quẽadmodũ iam ante diximus, corpus eſt q̃d corruptioni obnoxiũ eſt. Spũale porro corpus, inſolubile eſt, incorruptibile eſt, perpetuoq́ꝫ in eodem ſtatu permanebit. De homine naturali, ſiue vt Paulus ait,

ait, aĩali, in Genesi legim⁹: Formauit dñs De⁹ hoĩem de limo terræ, & inspirauit in faciem eius spiraculũ vitæ, & factus est homo in animam viuentē. Primũ enim factus est homo quasi truncus, immo lutea & puluerea massa, q̃ nec mouere, nec moueri poterat, quemadmodũ & eius rei exemplũ habemus in omĩ mortuo ac exanimi cadauere. Postq̃ aũt Deus inspirauerat in luteam hanc massam spiraculum vitæ, tunc tandē potuit agere quæ viui hoĩs sunt. De animæ virtutibus iam nihil. Igitur quemadmodũ Adam primus factus est anima viuẽs, p suis quinq; sensibus dotatus, ita & oẽs quotq̄t ex Adam pgnati fuerint, similes Adamo futuri sunt. Ille quinq; sensib⁹ vsus est, habuit opus naturalibus rebus ad sui subsistentiã: & corpus illud quod erat corruptibile, iuxta sapientē, aggrauabat animam. idipsum & nos oẽs filij Adam indies experimur & sentimus. Porro qui Chri sunt, & ex ipso qui spũs est, renascunt, spũales erunt, multis p̃clarioribus dotibus p̃diti, q̃ antea fuerint. Ipse enim Chrs non solum habet vt viuere possit, sed etiam vt possit mortuos resuscitare atq; viuificare. Hinc alibi apud Ioannem loquit: Ego sum resurrectio & vita. Qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, viuet &c. Et alibi: Sicut pater habet vitam in semetipso, sic dedit & filio vitam habere in semetipso. Recte itaq; Aplus de Chro, quē nouissimum Adam vocat, dicit, ꝙ factus sit in spm̃ viuificantē. Nam etsi crucifixus est, vt alibi dicit Aplus, ex infirmitate, (quam volẽs assumpsit) tñ iam viuit ex virtute Dei. Et nos infirmi sumus in illo, sed viuemus cũ eo ex virtute Dei. Et ad Romanos dicit: Quod si spũs eius q suscitauit Iesum à mortuis, habitat in vobis: is qui suscitauit Iesum à mortuis, viuificabit & mortalia vestra corpora, propter spm̃ eius inhabitantem in vobis &c. Breuiter, primus Adam, typum gerit præsentis vitæ: secũdus Adam, Christus nimirum, typum gerit futuræ vitæ. Adam ostendit, q̃les iam sumus: Christus ostēdit, q̃les futuri sumus.

Gene. 2. Ioann. 11. 2 Cor. 13. Rom. 8.

Sed non prius quod spirituale est, sed quod animale, deinde quod spirituale. Primus homo de terra, terrenus: secundus homo de cœlo, cœlestis. Qualis

Vide August. Ciuitatē li. 13. cap. 23. & 24.

lis terrenus, tales & terreni: & qualis cœlestis, tales & cœlestes.

Ne quis hic roget, quare non potius iam glorificato corpore sumus, q̄ post multa secula tandē? Quid est quod peiora p̄cedunt? Dicit Ap'lus hunc Dei ordinem esse, vt ab imperfecto progressus sit ad p̄fectionem. Et p̄stat certe, breuissimo hoc tempore quod hic viuimus, sic angi & molestari: in futuro aūt seculo, quod æternum erit, oīa ex animi sententia habere, quàm diuersum. Quis enim tam stultus est, qui non malit vno tristari die, vt deinde in multos annos lætari possit, q̄ ob gaudia vnius diei, perpetuo deinde torqueri? Adde q̄ ille qui meliora sperat, æquore animo molestias ferre potest. Qui aūt deteriora timet, nunq̄ perfecte lætari poterit. Hic ergo ordo Deo visus est cōuenientiss. vt prius sit aīale, deinde corp⁹ sp̄uale. Oportet vt Adæ actus p̄cedat, deinde actus Ch̄ri subsequatur. Primus Adam ex terra creatus, terrenus est, & huius mundi cupiditatibus obnoxius. Secundus aūt homo Ch̄s, de cœlo iuxta diuinitatē, cœlestis est, nullis cupiditatib⁹, nullæ corruptioni obnoxi⁹. Qualis igit̄ terrenus Adam fuit, tales erūt & hi qui ex Adamo prognascūt. Et qualis Ch̄s iuxta hoīem à resurrectione fuit, tales erunt etiam, q in Ch̄o renascunt̄, nimi℞ etiam cœlestes. Ideoq́; nemo expectet incorruptionem ante corruptionē, preciosum ante vile. Sed à minori p̄cessus sit ad maius. Hoc ipsum & in Adami creatiōe cernere licet. Principio enim Adam puluis, ex puluere massa lutea vtcūq; effigiata, deinde tandē viuificata. Sic Eua primū costa erat, os erat, deinde tam speciosa facta est mulier. Et hæc oīa à Deo facta sunt, cuius manus nunq̄ abbreuiatur, cuius nomē oīpotens, cuius potestas potestas æterna &c. Igitur qui principio nascentis mundi ex puluere potuit creare hoīem, illi non erit difficile, & hoīem in puluerem redactum, rursus resuscitare. Quid dicemus de ḡnali hoīm procreatione, q̄ certe ipsa non potest ab vllo homine effari ad viuum? Sed sufficiant hæc.

Igitur sicut portauimus imaginem terreni, portemus

mus & imaginem cœlestis.

Qui sequunt Adam in corporali vita, sequent & Chrm in spūali vita, inquit. Hoc est, si vere sumus hoīes, si affectibus, infirmitate & corruptibilitate, primęuū illū parentē nostrū omi modo referimus in corpore hoc aīali, pculdubio omi modo referem⁹ & secundū Adamū dnm Iesum in corpore spūali: hoc est, cum constet illum reuera vero corpore resuscitatum à mortuis, & glorificatum, assumptum q̊q; in cœlos, vbi ęternum viuet: cōsequens est, & corpora nostra pari ratione excitari, & in cœlos ppetuum victura trāsferri. Hoc aūt vt fiat, conandū summis viribus. Sicut etiam in p̄senti vita portauim⁹ imaginem primi Adæ, nimirū ipsum (peccando) imitādo, sic & deinceps Chrm imitemur iuste viuendo, quemadmodū & alibi nos admonet Apls, dicēs: Expoliātes vos veterē hoīem cum actibus suis, & induentes nouum qui secundū Deum creatus est. Sed quō induamus eum nouum hoīem? Induite vos ergo, inquit cōtinēter, sicut electi Dei, sancti & dilecti * Dei, viscera misericordiæ, benignitatem, humilitatem, modestiā, patientiā, supportantes inuicem, & donantes vobismetipsis, si quis aduersus aliquem habet querelā, sicut & dominus donauit vobis, ita & vos.

Vide Cyrillū de recta Fide ad Theodosiū pag. 58.

Col. 3.

Hoc autem dico fratres, quia caro & sanguis regnum Dei possidere non possunt, neque corruptio incorruptelam possidebit.

Quid hic sibi velit Apls, diligenter considerandū est. Hęretici enim p̄cedentia & cōsequentia huius capitis nō expendentes, in hæc Pauli verba grauiter impegerunt, abnegantes carnem siue corpus illud nostrum, in cœlos transferendū, & ideo neq; resuscitandū. Quorsum em̄ attinebit resurgere carnem, quæ locum non habeat in beatis? Cæterū Paulus, dicendo carnem & sanguinē non possessura regnū Dei, non intellexit ipsam humani corporis substantiā, quemadmodū in resurrectione futura est, sed quemadmodū nunc est, corruptibilis s. & varijs cupiditatib⁹ & nociuis affectibus obnoxia. Nec

Hæresis.

Vide August. con. Aduer. Legis & Prophe. li. 2. ca 6. Vide D. Hieron. in Ephitaphio Paulæ pag 86.

infrequens est in scripturis, vt carnis noīe, carnis cupiditates significentur. Sic apud Ioannē legimus: Quod natum est ex
Ioan. 3. carne, caro est. Et apud Matthæū Chr̄s Petro dicit: Caro &
Mat. 16. sanguis non reuelauit tibi. Item alibi Paulus: Qui aūt in car
Ro. 8. ne sunt, Deo placere non possunt. Vos aūt non estis in carne &c. Si in his locis carnē ḡnaliter intelligere volueris, nemo vnq̄ Chr̄o placuit: & Romani si ex carne & sanguine nō fuerunt nati, sequitur eos non fuisse vere hoīes. Sed quid Paulus noīe carnis intelligi voluerit, apparet ex his quæ annectit, dicens: Proinde fratres, debitores sumus non carni, vt secundū carnem viuamus. Nam si secundū carnem vixeritis, moriemini. Si vero spū facta carnis mortificaueritis, viuetis &c. Sic & hoc loco de carne & sanguine sentiendū est, non quasi caro nostra non sit resuscitanda, sed ꝙ in melius sit reformanda: id quod nos sæpius admonuimus, & Paulus ipse interpretat̄, dicendo: Neq; corruptio incorruptelam possidebit. Sed statim apertius, quid velit, explanat Apostolus ipse:

Ecce mysterium vobis dico: omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur.

Stupendū q̄ddam & arcanum, quod'q; non oēs nossent, dicturus erat: q̄ q̄dem, ꝙ s. arcana ꝑmat, haud leui in precio illos apud se fuisse declarauit. Mysterium item noīauit, vt attētos faceret auditores, de resurrectione plenius dissertурus. Sed q̄dnam est illud mysterium, non oībus manifestum? Oēs q̄dem dormiemus & resurgemus, sed nō oēs immutabimur.
Rom. 14. Nemo, inquit, hoīm excludetur à ḡnali resurrectione. Omes
2. Cor. 5. enim nos manifestari oportet ante tribunal Chr̄i, vt referat vnusquisq; propria corporis, prout gessit, siue bonū siue malū, sicut in altera ad Corinthios Apl̄s admonuit. Sed non oēs immutabimur, intellige, quod glorificationem corpoꝝ attinet, hāc enim Paulus hic cōmutationem vocauit. Mutabunt̄ q̄dem & impij, vt qui prius fuerāt corruptibiles, deinceps futuri sint incorruptibiles: sed non est vt ob id lætent̄, cū in eo miserabiliores erūt, vtpote ad pœnas perpetui, qui nulla pœna, nullo item igne poterunt dissolui. hinc frustra pœnaꝝ finem

nem expectabũt, quod in pœnis p̃sentis vitæ aliter se habet. Hinc in Apocalypsi legimus de impijs: Quærent mortem, & non inuenient. Addit continenter Apostolus.

In momento, in ictu oculi, in nouissima tuba (canet enim tuba) & mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur.

Vide August. in Enchiridio ad Lauren. ca. 83. de qualitate resurgentium, usq; ad ca. 95. &c.

Sensus est: Nemo existimet illam immutationem corporum, de qua dicimus, per longos annos fieri, sed oĩa quasi in ictu oculi, momentanee, & subito, dictoq; citius pacta erũt, quæ q̃dem resurrectionem attinent. Ad vocem tubæ angelicæ, oĩa excitabunt mortuorũ cadauera. De hac tuba in Apocalypsi legimus: In diebus vocis septimi angeli, cum cœperit tuba canere, consummabit mysterium Dei, sicut euangelizauit per seruos suos prophetas. Sed qualis erit ille cãtus tubæ? Nihil aliud, q̃ designatio & annunciatio voluntatis dñi Iesu Chrĩ. Hinc in Euãgelio dicit: Amen amen dico vobis, q̃a veniet hora & nunc est, q̃n mortui audient vocem filij Dei, & q audierint, viuẽt. Et rursum: Venit hora in qua oẽs qui in monumẽtis sunt, audiẽt vocem filij Dei: & qui audierint, viuẽt. Cæterũ D. Ap̃lus Paulus in epistola ad Thessalo. priore, rem his verbis copiosi⁹ describit: Nolumus vos ignorare, fratres, de dormientibus, vt non contristemini, sicut & cęteri q spem non habent. Si enim credimus q̃ Iesus mortuus est & resurrexit, ita & Deus eos qui dormierunt p̃ Iesum, adducet cum eo. Hoc enim vobis dicimus in verbo dñi, quia nos qui viuimus, q residui sumus in aduentum dñi, non p̃ueniemus eos q dormierunt. Quoniam ipse dñs in iussu & in voce archangeli, & in tuba Dei, descendet de cœlo, & mortui qui in Chr̃o sunt, resurgent primi. Deinde nos q viuimus, qui relinquimur, simul rapiemur cum illis obuiam Chr̃o in aera, & sic semp̃ cum dño erimus. Hactenus Ap̃ls, quẽ audis oĩa huius negocij pulchre describere, & ostendere, quõ oẽs hoĩes, tam hi quos aduentus dñi viuos reperiet, q̃ illos qui ante multa secula fato concesserãt, in momento ad tribunal Chr̃i rapient. Nos, inquit, quos aduentus dñi residuos hic & viuos depræhendet,

Apoc. 10.

Ioan. 5.

Surgite mortui ad iudicium. Hierony.

1. Thes. 4.

non antea ꝑdibimus obuiã Chr̃o seruatori, q̃ illi q̊q; q à mun di exordio obdormierũt, resuscitenť: hoc est, tam viui q̃ mortui, q̃ breuissimo tẽporis spatio corã iudice reꝶ Chr̃o adstabimus integri. Sic Chr̃s in euangelio ait: Sicut fulgur exit ab oriente, & paret in occidẽte, ita erit aduẽtus filij hoĩs. Et non ita multo post: Et cœloꝶ virtutes cõmouebunť, & tunc parebit signum filij hoĩs in cœlo, & tunc plangent oẽs tribus terræ, & videbunt filium hoĩs venientẽ in nubibus cœli, cum virtute multa & maiestate. Et mittet angelos suos cum tuba & voce magna, & congregabunt electos à quatuor ventis &c.

Matth. 24.

Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem.

Hoc & paulo antea non semel audiuimus, s. ex mortali & corruptibili homine, immortalem & incorruptibilem futuꝶ esse. Caro enim & sanguis, nisi aliam faciem induerint, nõ poterunt possidere regnum Dei. Potest & hic locus Pauli de illis etiam intelligi, quos dñi repentinus aduentus viuos adhuc in terris inuenturus est. Hi enim, etsi funeratorib⁹ nullas molestias sint inlaturi, neq; vermium esca futuri, tñ nihilominus mutabunť, vt immortales postea sint: &, vt qbusdã visum est, in ipso raptu & morienť & reuiuiscẽt. illud enim oẽs manet hoĩes, vt semel morianť. Sed nolo hic nos remoretur vlla curiositas. Obserua item ꝙ Ap̃lus non solum dixit, Corruptibile vel mortale, sed significanter addidit, hoc corruptibile, & hoc mortale, q. d. hoc in q̊ nascimur, hoc in q̊ morimur &c.

Cum autem mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet sermo qui scriptus est: Absorpta est mors in victoria. Vbi est mors victoria tua? vbi est mors stimulus tuus?

Similis est hic locus fere illi quẽ suprà audiuimus his verbis: Nouiss. aũt oĩm, inimica destruetur mors. Mors eñi proculdubio tunc deuicta, profligata erit atq; destructa, vt nemini quicq̃ nocere possit, qñ mortale iam induerit immortalitatem. Quis enim tunc morietur, qñ nemo mortalis inueniri pote

poterit? Interim quidem datum est morti, vt regnare, furari, & latrocinari possit, quandiu mortales inuenientur in hac terra. Sed cum omnes hac vita functi fuerint, non habebit vbi noceat. Sensus igitur Apostoli est: Vbi omniū hominū corpora fuerint & resuscitata, & iusto Dei iudicio iudicata, alijs quidem ad cœlos translatis, alijs vero in tartara præcipitatis, tum demum id reuera complebitur, quod dominus per Oseam, se aliquando completurum pollicebatur, nimirū eam olim mortem vim & destructionē passuram, vt ipsi merito à pijs illud insultando occinatur: Vbi est, mors, victoria tua? vbi est, mors, aculeus tuus? Quasi dicat, Vide quid tyrannide tua nobis nocueris. Ex misera vita, nos in perpetuum gaudiū compulisti. Furata quidem es nobis vitam, sed hanc cum fœnore nobis restituit Christus. Vbi est, mors, stimulus tuus? Quo telo nos confodies vel iugulabis, cum peccati nullus sit locus? Sed adijciemus sequentia: Osee.13

Stimulus enim mortis, peccatum est: Virtus vero peccati, lex.

His verbis probat Apostolus, post generalem resurrectionem, omnes mortis machinas, arma, conatus & aculeos frustratum iri. Hoc enim quo nos mors hactenus vicerat, nihil aliud erat, quàm peccatum, sicut alibi Apostolus dicit: Stipēdium peccati, mors. Sed post finale iudicium non erit locus peccandi, sed mercedem accipiendi. Impij item pro impietate secundam mortem patientur, hoc est, æternum cum diabolo & angelis eius cruciabuntur. Pij & electi porro sic stabilientur & confirmabūtur gratia, vt amplius nec velint, nec possint peccare. Adde ꝙ nulla lex erit, quæ in præsenti solita fuerat peccatum aggrauare. Iam sic conclude: Lege ergo sublata, languet peccati vis: sublato peccato, cessat mortis potentia: exarmata autem morte, confractus est infernus. Non est itaque, vt vel timeamus nos à morte vim passuros, vel ipsius stimulos olim sensuros. Sed vnde pijs hæc victoria contra suum hostem? Vnde acceperunt, vt sic de morte triumphum agere possint?

Prohibitio enim peccati q̄d est lex, auget desideriū peccādi. Aug. contra aduer. leg & Pro. li. 2. ca. 7

Deo

Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriã, per dominum nostrum Iesum Christum.

Hic cernere licet, cui victoria nostra acceptum ferẽda sit, Deo s. non nobis, nec nostris viribus: est em̃ hostis ille, mors, potẽtior q̃ vt ab vllo homine peccatore vinci possit. sed Deus dedit nobis victoriam per Iesum Christum dominũ nostrum. Hic enim mediator Dei & hominũ est, hic semp interpellat pro nobis, hic liberum accessum nobis ad patrẽ fecit, hic nobis auxilio est aduersus carnem, mundũ & satanã. Ipso nos protegente, frustra satanas aduersum nos explicabit vires suas. Et qui suscitauit Iesum Christum à mortuis, Rom. 8 viuificabit & mortalia nostra corpora. Igitur omnis sufficiẽtia nostra ex Deo est, & ipsi à nobis iuges reddendæ sunt gratiæ. Sed festinemus ad finem huius capitis.

Itaq; fratres mei dilecti, stabiles estote & immobiles, abundantes in opere domini semper, sciẽtes quod labor vester non est inanis in domino.

Absoluta disputatione de negocio resurrectionis, breuẽ, sed elegantẽ adhortationẽ annectit. cuius sensus hic est: Proinde fratres mei charissimi, qñ certum est futuram esse resurrectionem, quando certum est tantã felicitatem per eã præstari, quæ tamen non continget, nisi qui hic per innocentiã & peccati fugam, cœlestem meditati fuerint vitam, ne vacilletis in eo quod semel credidistis, neq; sinatis vos malorum colloquijs à recta sententia dimoueri: quin potius detis operam, vt in his quæ vos Deo conciliant, indies proficiẽtes, semper vobis ipsis meliores euadere possitis, præparãtes vosmetipsos ad futuram resurrectionem. Nec pigeat vllius laboris, cum certum habeatis, quod opitulante Christo, pro temporarijs molestijs, ęterna gaudia sitis consequuturi. Iam si placet, singula huius admonitionis verba trutinabimus. Principio fratres vocat, suos Corinthios: & quoniam fratres etiã non semper consentiunt mutuo, dilectos fratres vocat, quo declararet suũ erga illos affectum. Iam quis dubitaret, Paulũ fratri-

bus suis dilectis falsa, nociua, vel hæretica tradere nollet? Secũdo admonet, vt stabiles sint & immobiles, quõ non sufficit bene incipere, nisi ad finẽ vsq; bene cœpta traduxeris. Nouerat certe Aplus, & suo maximo dolore experiebatur indies, quõ qdam pseudoprophetæ, male feriati hoĩes, circuncursitabãt, & simplicibus imponebãt. vnde merito suos Corinthios adhortatur ad pseuerantiã & constantiã. Sic in epistola ad Romanos, non ita lõge à fine, inquit: Rogo vos fratres, vt obseruetis eos qui dissensiones & offendicula, pter doctrinã quam vos didicistis, faciunt, & declinate ab illis. Huiusmodi enim Chro dño nostro non seruiũt, sed suo ventri, & per dulces sermones & bñdictiones, seducunt corda innocentũ. In Galatis aũt sic dicit: Miror q sic tam cito trãferimini ab eo, q vos vocauit in gratiam Chri, in aliud euangeliũ, quod non est aliud, nisi sunt aliqui qui vos conturbãt, & volunt conuertere euangeliũ Chri. Ephesios item hortatur, ne patiant se circũferri omi vento doctrinæ in nequitia hoĩm, sed multo magis veritatem faciẽtes in charitate, crescãt in Chro &c. Sic vbiq; fere solet Aplus noster adhortari ad constantiã in fide, & pmonere à pseudoprophetarum falsa & erronea doctrina. Rom.16. Gal.1. Ephe.4.

Quod vtinam seriosius qdam nouitatis studiosi expenderẽt &c. Tertio, qm Corinthij in temporalib⁹ bonis nullum patiebantur defectum, admonet vt studeant & in ijs abundare, quæ Deo sunt placita. Et qm spes pmij, solatium laboris esse solet, addit Aplus, pium Corinthiorum laborem non fore inanem. Cum enim quæ in hoc capite dixit Aplus, ad finem pperabunt, hoc est, in resurrectiõe, in finali iudicio reddet dñs vnicuiq; secundũ suum laborem. Lutherani qdem docẽt, secundũ fidem vnũquenq; recepturum: sed Aplus noster docet, laborem piorum non fore inanem. Et in Thessalonicensib⁹, minatur vindictam his qui non obediunt euãgelio. Sed de hoc negocio plus satis. Finit caput 15. Sequitur 2.Thes.1.

Caput XVI.

DE collectis aũt q̃ fiũt in sanctos, sicut ordinaui ecclesijs Galatiæ, ita & vos facite.

Deuenimus iam diuina fauente gratia ad caput, huius epi
stolę vltimũ, q̊d ipsum & eiusdẽ Dei fauore absoluere conabi
mur. Argumẽtũ porro cap. breuiter cõplecti possumus. Prin
cipio eñ ad eleemosynas elargiẽdas adhortatur, deinde rur
sum Corinthĳs suum aduentũ pollicet: quod reliquum est ca
pitis, in rebus oĩno familiarib⁹ cõsumit. Sed audiamus ipsum
Apl̃m. De collectis, inqt, quę fiunt in sanctos, sicut ordinaui
ecclesiis Galatiæ, ita & vos facite: Hoc est, Nostis qua ratione
hactenus soliti sumus fratrum sanctoꝝ, hoc est, Chr̃ianoꝝ,
subleuare inopiam: proinde sicut ecclesiæ Galatiæ, iuxta me-
am ordinationem, in negocio eleemosynaꝝ sese habent, ita
volo & vos faciatis. Hoc negocium, qm̃ fortassis non oĩbus
notum est, copiosius tractandũ videtur: Ex historĳs nõ tã Iu
dæoꝝ, q̃ Græcoꝝ docemur, qualis fuerit fames in vniuersa
Iudæa sub Claudio Cęsare: docemur item, qualis fuerit Chri
stianoꝝ vbiq; ꝑsecutio, ita vt hinc fame, illinc bello angustia-
rent boni Chr̃iani, maxime aũt qui ex Iudæis Chr̃o nomen
dederant. De persecutione in Actis multa legimus, & scimus
Paulum primũ non infimum fuisse ex his, qui Chr̃ianos vin
ctos ꝑducerent in Hierusalẽ, nimirꝫ vt pœnas ibi darent. His
ergo pĳs, & miseris iuxta mundũ, fœlicibus aũt iuxta Chr̃m,
Chr̃ianis, alĳ Chr̃iani fratres aliunde mittebãt eleemosynas,
vt haberent vnde viuerent. Sed p̃stat audire Lucam in Actis
sup hoc negocio. In his diebus, inquit, superuenerũt ab Hie-
rosolymis prophetæ Antiochiã: & surgens vnus ex eis noĩe
Agabus, significabat per spm̃, famem magnam futurã in vni
uerso orbe terraꝝ, q̃ facta est sub Claudio. Discipuli aũt ꝓut
Acto. 11. quisq; habebat, proposuerunt in ministeriũ mittere habitan
tibus in Iudæa fratribus. quod & fecerunt, mittentes ad seni
ores ꝑ manus Barnabæ & Sauli, nimirꝫ iam Apostoli. Huius
rursum meminit Apl̃us in ea, quæ ad Romanos est, epistola.
Rom. 15. Nunc, inquit, proficiscor in Hierusalem ministrare sanctis.
Acto. 24. Probauerũt enim Macedonia & Achaia collationẽ aliquam
facere in pauperes sanctos qui sunt in Hierusalem. Et in Ga-
latis: Iacobus & Cephas & Ioãnes, q videbant columnæ esse,
dexteras dederunt mihi & Barnabæ, societatis, vt nos in gen
tes,

tes,ipsi aũt in circũcisionẽ iremus: tm̃ vt pauperꝝ memores essemus,quod ipsum etiã solicitˀ fui facere. Ex his igitur iam liquet,quis fuerit vsus eleemosynæ,cuius Apl's hoc loci mentionem facit. Põderabimus igitur iam verba Apostoli. Non dicit de collatiõe quæ fit in pauperes vel mendicos,sed de collectis quæ fiunt in sanctos,ne quis hic habeat s.occasionem p̄texendi malitiam aut impietatem mẽdicoꝝ q̊rundam. Quis aũt non libenter cõmunicaret sua bona sanctis,à tanto Apl'o laudatis? Huc pertinet quod Ecclesiasticus dicit: Benefac iusto,& inuenies retributionem magnam,etsi non ab ipso,certe à dño &c. Hic fortassis locus esset,demonstrare quõ peccatori danda vel non danda eleemosyna. Sed alio loco fortasse magis opportunum erit. Tu interim cura, in q̊uis homine odire,non hoĩem,sed impietatẽ: & si dederis impio homini aliquid,ne des ei propter impietatem, sed propter miseriam & inopiam suam. Noli igitur curiosius inuestigare conditionem mendicantiũ,nec illis obijce,quod in te rectius q̃draret. Multi mendicis ocium obijciũt. Sed quid hoc est? Magistratus officium hic nõ depingimus,hoꝝ est terrori esse om̃i malo operi. De priuatis loquimur. Si Deus ita ordinasset,vt percontaremur vitas, & exposceremus pœnas, & curiose alioꝝ mores discuteremus,an non multi grauatim ferrẽt, & ad semetipsos dicerent, Quidnam hoc est? Difficilem rem nobis Deus p̄scripsit. Non em̃ possumus alioꝝ vitam & mores inuenire. Nũc vero quum om̃i hac curiositate nos liberauit,& datuꝝ se mensurã p̱fectam pollicitus est, siue boni siue mali à nobis accipiant,nobis ipsis negocium facimus. Sed sufficiant hæc. Secundo Apl'us exemplũ affert alioꝝ,nimirꝫ Galataꝝ,q simile fecerant,vt promptiores Corinthios redderet,essetq́ꝫ his materia & occasio æmulandi alioꝝ laudes. Si enim Galatis laudi tribuit,ꝙ eleemosynas dederunt, cur Corinthij seipsos tam opima gloria spoliarent? Tertio,ne Corinthij obijcerent,Quid ad nos Galatæ? Faciant quicquid velint: addit Apl'us,seipsum huiusmodi negocium apud Galataꝝ ecclesias ordinasse,quam ordinationem nemo sanus calumniabit. Cæteꝝ qñ huiusmodi apud Galatas ordinarit Apl'us,nullibi

Ecci.12.

An impio dãda Eleemosyna.

scriptum est, quemadmodũ & aliæ multæ eiusdem ordinatio
Obser. nes. Sed qualis illa fuerit ordinatio, accipite:

Per vnam sabbati, vnusquisq; vestrum apud se seponat, recondens q̊d ei bene placuerit, vt non cum venero, tunc collectæ fiant.

Hæc igitur fuit ordinatio & constitutio Pauli in ecclesiis Galataꝝ, vt vnusqſq; vna sabbatoꝝ, hoc est, dñica die, apud sese reponeret, quod suo tempore pauperib⁹ Chrianis ministraretur. Et Paulus existimauit hunc diem maxime accõmodum esse huic pietatis operi. In hoc enim die solebant veteres eucharistiam sumere, id quod ex Ioan. Chrysostomo liquet. & audiebant verbum Dei, quo admonebant beneficiorum Chri, & ad ipsius exemplũ imitãdũ ꝓuocabant. Si enim Chrs non dubitauit nobis corpus & sanguinem suum in cibum & potum dare, quæ nobis reliqua erit excusatio, si non vel substantia nostra temporali sustentemus confratres? Adde ꝙ non aliter Chri in nos beneficia cõpensare poterimus, q̃ beneficentia & humanitate in proximos. Obserua igitur, oĩbus qdem diebus pietati studendũ, p̃cipue aũt dieb⁹ festis. Sed nos hæc oĩno inuertimus, non Deo seruiendo, sed Baccho & Veneri sacrificãdo. Sed videamus sequẽtia. Per vnam sabbati, inquit, vnusquisq; vestrum apud se reponat. Non diuitibus, ait, solum dico, sed & pauperibus: nõ viris solum, sed & mulieribus. Nullum ab hoc pietatis officio excipio. Neq; huic collationi obstat inopia: q̃ntumcunq; enim pauper sis, non es pauperior vidua illa, quæ oẽm substantiam expendit, cũ duo minuta æra expendit: q̃ntumcunq; mendicus sis, non eris pauperior Sidonia muliere, quæ pugillum farinæ tm̃ habens, solicita erat, quõ ꝓphetam digne exciperet, tametsi videret circunstantẽ pueꝝ, & famem vrgentẽ, neq; aliud qcq̃ haberet repositum. Huc ꝑtinet quod Tobias senior, filio suo dicebat: Ex substantia tua fac eleemosynam, & noli auertere faciem tuam ab vllo paupere. Ita enim fiet, vt nec à te auertatur facies dñi. Quantumcunq; potueris, esto misericors. Si multum tibi fuerit, abundanter tribue: si exiguum tibi fuerit, etiam

Festis diebus præcipue pietati studendũ.

Luc 21.

3. Reg. 17.

Tob. 4

etiam exiguũ libenter impartiri stude. Tertio iubet, vt vnusquisq; apud se seponat, nimirum vt de die in diem accumulet, auctum'q; & cumulatum deinceps sine pudore conferre possit. Non enim iubet, vt vno die integrum offeras, sed paulatim semper aliquid exponi iubet, vt non pigeat colligere, nec pudeat expendere. Ad hæc Aplus non præscribit nec decernit mẽsuram, sed offerentium arbitrio permittit. ait eñi: Recondẽs q̃d ei bene placuerit. Et q̃re hoc ita fieri velit, subiungit: Vt non cum venero, tunc collectæ fiant. Quare hoc? Quia Paulo tum futura erant alia negocia, nec commodum sic ostiatim colligere, alijs habentibus, alijs non item. Sequit:

Apud se seponat.

Quod ei bene placuerit.

Cum autem presens fuero, quos probaueritis, per epistolas hos mittam perferre gratiam vestram in Hierusalem. Quod si dignum fuerit vt ego eam, mecum ibunt.

Nihil hic difficultatis, sed oĩa clara sunt. Primũ enim ipsis liberum relinquit, per quos velint, eleemosynas suas Hierusalem transmittant. Dispensatio enim alienarum facultatum, vt plurimũ, plena est periculi & suspicionis. Et ne quid pauperum gratia Apostolus detrectare videatur, addit: Quod si videbitur operæprecium, vt ipse proficiscar illuc, illi mecum veluti testes proficiscantur, ne quis suspicari queat, vlla ex parte me meum agere negocium. Et ne dicerent, Tu non nauigabis: non simpliciter dixit, quoscunq; probaueritis mittam, sed quid? Per epistolas. Tametsi non corpore adero, sed literis meis affuturus, adiuuabo illorum ministerium. Sic'q; paratus vel in profectione esse, vel non esse. Vtinã illi, qui iam multis in locis eleemosynarum patronos semetipsos obijciunt, in dispensando Pauli fidelitatem haberent. Vereor enim, ne magis Iudam furem multi imitentur, q̃ fidelem Paulum. Audimus qdem, q̃ egregie traducantur sacerdotes quidam pontificij, qui, quod ex ecclesiastica stipe acceperunt, in luxum & impuras delicias conuertunt. Sed non clam est, q̃ parum ex sacrilegio q̃rundã ad mendicos veniat. Vtinam vtrique, tam

Obser.

Matth.25. pontificij q̃ euangelici, cogitarent, quod de frugi seruo & de infideli seruo Christus apud Matthæum dixit. Seruus fidelis in gaudium domini sui ibit, inutilis autem seruus eijcietur in tenebras exteriores. Sequitur continenter in Apostolo:

Veniam autem ad vos, cum Macedoniam pertransiero: nam Macedoniam pertrãsibo. Apud vos autẽ forsitan hyemabo, vt vos me deducatis quocunque iero.

Clara sunt & hęc, nec multa expositiõe op⁹ habẽt. In Epheso erat Apl's qñ hãc epistolã dictabat, & anim⁹ erat ipsi Macedoniã ꝓficisci ob certe q̃dã negocia, ꝓmittit igiť se ꝑ Macedoniã Corĩthũ ꝓfectuꝝ, nõ vt vnũ atq; alteꝝ tm̃ diẽ apud illos maneat, sed, Apud vos, inq̃t, forsan hyemabo, vt sub ꝓximũ ver, vobis deducẽtib⁹ ꝓficiscar, q̊cunq; negociũ euangelij vocabit. Obserua hic, ꝙ Apl's nõ certo ꝓmittit se apud Co-
Obser. rinthios totã hyemẽ factuꝝ, sed ĩ dubiũ ponit, nesciẽs q̃ Deo videbunť in posterũ, cuius voluntatẽ vbiq; seq statuit. Et hoc q̊d Iacob⁹ dicit: Ecce nunc q dicitis, Hodie aut crastino ibimus in illã ciuitatẽ, & faciemus ibi q̃dem annũ, & mercabimur, & lucrũ faciemus, (q ignoratis quid futuꝝ sit crastino.
Iac.4. Quæ est eñ vita vestra? Vapor est ad modicũ parẽs, & deinceps exterminabiť) ꝓ eo vt dicatis, Si dñs voluerit, & si vixeri
Obser. mus, faciemus hoc aut illud. Obseruandũ item, ꝙ nõ sine causa illos certiores facit de aduẽtu suo, sed vt interim vitã suam emendẽt, & ab Aplo q̃les vult, inueniantur. Suprà certe dixe-
1.Cor.4. rat, Tanq̃ non vẽturus sim ad vos, sic inflati sunt quidam. Et non ita multo post: Quid vultis? In virga veniam ad vos, an in charitate, & spiritu mansuetudinis?

Nolo enim vos in transitu tantum videre. spero enim me aliquãtulum temporis manere apud vos, si dominus permiserit. Permanebo autem Ephesi, vsq; ad pẽtecosten. Ostium enim mihi apertum est magnum & euidens, & aduersarij multi.

An-

Antea auditum est, Apostolum proposuisse apud Corinthios hyemare: iam idem repetit, se nō velle tantum ipsos in transcursu videre, sed aliquantulū temporis apud ipsos manere, si modo id permiserit dn̄s. Proposuit quidē Apostolus, sed nescit quid interim dispositurus sit dn̄s. Addit itē Apostolus tempus profectionis suæ. Permanebo, inquit, Ephesi, vsq; ad Pentecosten. Hoc festum Corinthijs proculdubio notum erat, cū ob veterem, hoc est, Iudaicā obseruationem, q̊d tametsi pene iam exoletum esset apud Christianos, tamē celebre erat ob memoriā missionis sancti spiritus. Causam aūt addit, cur Ephesi diutius sibi manendū sit. Ostium, inqt, mihi apertum est magnū & euidens, & aduersarij multi. Hoc est, interprete Chrysostomo, multi ad accipiendā fidem parati & accommodati sunt. Addit aūt, Et aduersarij multi: vt intelligas spem quidē fructus vberem, sed nō sine negocio, ob eos qui conarentur obedire. Et non mirū. Nusquam em̄ nocentissimus ille aduersarius iritatur grauius, q̄ cum suorū instrumentorū multa eripi sibi videt. Huius rei exemplum videre licet in Chr̄o, & in eius discipulis & Ap̄l̄is. Suffecerit de Christo vnicū recensuisse exemplū. Cum tam multi Christo credidissent ob resuscitatū Lazarū, pontifices & pharisæi collegerūt conciliū, dicētes: Quid facimus? Hic homo multa signa facit. Si dimittimus eū sic, oēs credēt in eū. Videtis qa nihil proficimus. Ecce totus mundus abit post eū. Sic itaque & Paulo apud Ephesios accidit. Vbi inuenit qui amplecterentur fidē, statim inuenit & aduersarios, qui ipsius conatū impedire conabant, sed frustra. Nouerat enim Ap̄l̄s nō tantum prædicare Christum, sed & pati persecutiones pro Christo. In'q; hoc veris veritatis præconibus exemplum sequendi exhibuit. Sequitur continenter: Ioan. 11

Si autē venerit Timotheus, videte vt sit sine timore apud vos. Opus enim domini operatur, sicut & ego. Ne quis ergo illum spernat. deducite autē illum cum pace, vt veniat ad me. Expecto enim illum

lum cum fratribus.

Timothei huius laus maxima est in Apostolicis literis,&
Actc. 16. Lucas in actis Apostolicis, ipsum dicit natũ matre Iudæa, pa
tre vero gentili, & addit, quod habuerit bonũ testimoniũ apud
fratres Lystrios & Iconios. Hunc vero Timotheum fidelissi-
mum Christi seruum, nunc apud se retinebat, nũc pro ratiõe
temporis alio ad ecclesias relegabat, nusquam autem nõ sine
Philipp 2 eximia cõmendatione, Sic ad Philippen. scribit: Spero autẽ
in domino, Timotheũ me cito mittere ad vos, vt & ego bo-
no animo sim, cognitis quæ circa vos sunt. Neminem enim ha
beo tam vnanimem, qui syncera affectione pro vobis solici-
tus sit. Omnes enim quærunt quæ sua sunt, non quæ Iesu Chri-
sti. Experimentũ autem eius cognoscitis, quia sicut patri fi-
1. Thess. 3 lius, mecum seruiuit in Euangelio. Et ad Thessalonicẽses: Mi
simus, inquit, Timotheum fratrem nostrum & ministrũ Dei
in Euangelio Christi, ad confirmandos vos & exhortãdos
&c. Hunc ergo Timotheum & Corinthum ablegarat, quod
in quarto capite huius Epistolæ accepimus ijs verbis: Ideo
1. Cor. 4. misi ad vos Timotheum, qui est filius meus chariss. in domi-
no & fidelis, qui vos commonefaciet vias meas, quæ sunt in
Christo Iesu, sicut vbique in omni ecclesia doceo. Quoniã er-
go ipsum Corinthum ablegarat, vt iam diximus, vt ibi cen-
sorem nomine Pauli ageret: periculum erat, ne male à ma-
lis Christianis tractaretur, cuius repræhensionibus offensos
iri certũ erat. Patrocinatur itaque Apostolus filio suo, dicens:
Si Timotheus venerit ad vos, videte vt sit sine timore apud
vos: videte ne quid illi obtingat ab elatis ac diuitibus quibus-
dam periculi. Opus enim dñi operatur, sicut & ego. Non est cur
respiciatis, diuesne, eruditusne, senexne sit. Officium respici-
te, cui nõ minus gnauiter incũbit, quam ego ipse. Quod si ipsum
contempseritis, dñm offendetis, cuius legatione fungitur. Ne
quis ergo illũ spernat, quin potius vt Apostolũ & collegam
meũ, indemnem & illæsum dimittite, & officij gratia prose-
quamini abeuntẽ, vt ad me redeat. Nam illũ expecto vnà cũ
Obse. cæteris fratribus eius comitibus. Vtinã & tales nobis mitte-
rentur

rētur Apl̄i, q̄ opus dn̄i vere operarent̄, sicut Paulus. Sed qualium mūdus plenus sit erronū, & prædicantiū magis q̄ prædicantium, totus mūdus non immerito conqueritur.

De Apollo aūt fratre vobis notum facio, quoniam rogaui eum, vt veniret ad vos cum fratribus: & vtiq; non fuit volūtas eius vt nūc veniret, veniet autem cum ei vacuum fuerit.

De Apollo hoc, semel atq; iterum mētio facta est in hac Ep̄la. Corinthij em̄ dicebāt: alius quidē, Ego sum Pauli: alius vero, Ego sum Apollo. Et rursum dicit Ap̄s noster: Ego plātaui, Apollos rigauit, Deus autē incremētū dedit. Et Lucas in Actis suis docet, Apollo fuisse Corinthi. Apparet igitur, Apollo hūc Timotheo fuisse ætate prouectiorē, facundiorē, & Corinthijs magis notū & acceptū. Ne igit̄ Corinthij dicerēt, & quererent̄, Cur non potius ad nos misisti Apollo, cuius cōditionē, mores, sapientiā & fidelitatē nouimus? dicit Ap̄s, Quod Apollos ad vos nō venit, p̄ me quidē non stetit. Nā vehemēter hortatus sum vt adiret vos cū aliq̄t fratribus, sed frustra. Nā ob certas causas nō erat vllo pacto animus nūc adire vos. Sed nunq̄d perpetuo vos deseret? Nō. Sed quādocunq; vacabit, veniet. Sic itaq; Ap̄lus & se & Apollo excusauit, simul'q; Corinthios, nō desperandū de Apollo, docuit. Acto. 1[illegible]

Vigilate, state in fide, viriliter agite, & confortamini. Omnia vestra in charitate fiant.

Pulchra adhortatio hęc, quā sic interpretari possumus, vt vigilia opus sit aduersus astutias satanæ: q̄a iuxta Petrū, Diabolus aduersarius noster circuit tanq̄ leo rugiēs, quærēs quē deuoret. Vigilandū itaq;, vt ignita illius iacula effugere possimus. Nec em̄ dubiū est, quin diabolus nō segniter laborarit, vt rursus Corinthios ad pristinā idololatriæ immunditiā & fœditatē p̄duceret. Eo p̄tinet q̄d Ap̄s in altera ad Corinthios Ep̄la dicit: Timeo ne sicut serpēs Euā seduxit astutia sua, ita corrūpant̄ sensus vestri, & excidāt à simplicitate quæ est 1. Pet. 5. 2. Cor. 11.

Stare in fide.

in Chr̄o Iesu. Secūdo admonet illos stare in fide, q̊d pseudoprophetarꝫ grā adiūgit. Recte à Paulo & Apollo in fide instituti fuerāt, sed nō cessabāt pseudoprophetę diaboli instrumēta, Corinthios labefactare, & vacillātes reddere. Iubet igitur Apl̄s vt stent in fide, nec patiant̄ se abduci ab Euāgelio, q̊d semel à se & suis susceperant. Tertio adhortatur viriliter agere, q̊d opinor ad bonorꝫ operꝫ actionē ptinere. Non em̄ auditores legis iusti sunt apud Deū, sed factores. Hinc Iacobus dicit: Estote factores verbi, & nō auditores tm̄, fallentes vosmetipsos &c. Neq; em̄ suffecerit fidē habere Euangelio, nisi quod Euangeliū docet, gnauiter exequare. Et nō placet Apostolo nostro popul⁹ ille, qui sola fide cœlos sibi temere promittere nō dubitat. Quoniā vero rectā fidem & rectam operationē, tētatio & psecutio raro destituūt, quarto adhortatur illos, vt fortes sint, & infracto animo ferant quæcunq; Deus immiserit, Hinc ad Philippenses ait: Vobis donatū est pro Christo, nō solū vt in eū credatis, sed vt etiā pro illo patiamini. Postremo, quoniā nō vacat Apostolo per oēs virtutes enumerādo transcurrere, certā illis vitæ rationē compendio quodā præscribit: Om̄ia, inquit, vestra in charitate fiant, quæ certissima est Christianæ vitæ regula. Sic in superiorib⁹ dicebat: Siue ergo manducatis, siue bibitis, siue aliquid aliud facitis, oīa in gloriam Dei facite. Et rursum: Omnia honeste & secundum ordinē fiant in vobis. Hæc igitur sunt verissimæ & certissimæ regulæ, iuxta q̄s vita nostra instituēda est.

Viriliter agere.

Fortes esse.

Philip. 2

1. Cor 10.

1. Cor. 14

Obsecro aūt vos fratres: nostis domum Stephanæ & Fortunati & Achaici, quoniam sunt primitiæ Achaiæ, & in ministerium sanctorum ordinauerunt seipsos, vt & vos subditi sitis eiusmodi, & omni cooperanti & laboranti.

1. Cor. 1.

In supioribus meminit Apl̄s huius Stephanæ, eius itē familiæ, cū inqt, baptizaui aūt & Stephanę domū &c. Hanc ergo honestā matronā cū pari familia cōmēdat Corinthijs, vt illi sint auxilio, immo vt illā in pietatis & misericordiæ opibus imitē-

imitent. Sed videam⁹ Pauli verba: Noſtis, inqt, domum Stephanę & Fortunati & Achaici. Notiores vobis ſunt, vult dicere, quàm vt mea commendatione apud vos opus habeant. Noſtis qm̄ ſunt primitiæ Achaię, hoc eſt, primi fuerūt in veſtris regionib⁹ qui Chr̄o crediderint, & proculdubio ſuo exemplo multos ad Chr̄ianiſmū ꝑduxerūt. Noſtis item, quō & ſeipſos in miniſterium ſanctoꝝ ordinauerunt, hoc eſt, nihil antiquius habent miniſterio ſanctoꝝ: oīa ſua ſic inſtituunt, vt multis prodeſſe poſſint. Obſecro itaqꝫ vos fratres, qñquidem illi vobis hac in parte ſatis non ſunt, vt ſubditi ſitis eiuſmodi, nec ſolum his, ſed om̄i cooperanti & laboranti. Opinor illos hic ab Apl̄o enumeratos, collectores (vt vocant) fuiſſe, q noīe Pauli, immo oīm pauperum Chr̄ianorum, oſtiatim colligerēt eleemoſynas, ſanctis qui fuerunt Hieroſolymis, mittendas. Sed obſerua hic, qbus noībus Stephanā cōmendet: primū, ꝙ honeſtā habuerit familiā, ꝙ maturrime fidē Chr̄i amplexa fuerit, ꝙ ſeſe totā miniſterio ſanctoꝝ dederit. Seqt̄ in Apl̄o: Obſer.

Gaudeo aūt in præſentia Stephanæ & Fortunati & Achaici, quoniam id quod vobis deerat, ipſi ſuppleuerunt. Refecerunt enim & meum ſpiritū & veſtrum. Cognoſcite ergo qui eiuſmodi ſunt.

Opinor bonos & honeſtos illos hoīes, à Corinthijs ipſis ablegatos ad Apl̄m, vt ipſum certiorem redderēt de his, quæ apud ſe, hoc eſt, Corinthi, fiebāt. Ex ſeptimo certe capite certum eſt, ipſos Corinthios Paulo de certis qbuſdam negociis ſcripſiſſe. Gratias igitur iam agit Corinthijs, ꝙ bonos illos hoīes ad ſe miſerint, & ſcribit ſe plurimū ob id gaudere, adiungens id officij non minus ſibi q̄ illis fuiſſe gratum. Refecerunt enim, inquit, & meum ſpm̄, & veſtrum ſpm̄. Iam enim mihi veſtra, & vobis mea nota ſunt. Porro qm̄ probi illi fratres ſic ſtudent & mihi & vobis inſeruire, dignū eſt, vt & gratum aīm erga hos oſtēdamus. Cognoſcite ergo q eiuſmodi ſunt, peculiari quodam honore illos proſequentes.

Salutant vos omnes eccleſiæ Aſiæ. Salutāt vos

in domino multum Aquila & Priscilla, cum dome stica sua ecclesia, apud q̄s & hospitor. Salutant vos om̄es fratres. Salutate inuicem in osculo sancto.

Quod Apl'us hic meminit Asiaticarum ecclesiarum, argumento est, hanc epistolā non Philippis, sed Ephesi scriptā. Quod vero Apl's mutuas sic missitat salutationes, ob id facit, vt conglutinet sic inter se ecclesias Chri: quod veri Apostoli est. Videm⁹ enim nostro infœlicissimo seculo, q̄ inauspicata facies sit, videre Chr̄ianas sic inter sese discordare ecclesias. Cæterum
Obser.
Priscæ & Aquilæ & alibi fit mentio, vt Actorum 18. vbi scribit
Acto.18. q̄ nuper venerint ex Italia, eo q̄ Claudius discedere oēs Iudæos p̄cepisset à Roma. Sed multis noībus in epistola quæ ad
Rom.16. Romanos est, cōmendātur: vbi sic legimus, Salutate Priscam & Aquilam adiutores meos, (qui p̄ anima mea suas ceruices supposuerunt, q̄bus non solus ego gratias ago, sed & cunctæ ecclesiæ gentiū) & domesticam ecclesiam eorum. Hoc aūt loci rursus eos salutare dicit Corinthios, addens q̄ ipse apud illos iam hospitetur: ex quo apparet, eos hoc tempore nondū redijsse Romam. Cætera nulla expositione indigent.

Salutatio mea manu Pauli.

Satis constat, Apl'm plerasq;, notarijs excipientibus, dictasse epistolas, ad finem vero suapte manu & notis certis, ne q̄d videretur circunferri subpositiciū, consignasse scripturas. Nemo certe negare poterit, Tertium scripsisse epistolam ad Romanos, dictante Paulo. Et in posteriore ad Thessalonicēses,
2.Thes.3 inquit: Salutatio mea manu Pauli, quod est signum in omni epistola, ita scribo. Ex his ergo discimus, q̄ diligenter vbiq; cauerit, ne cui ecclesię imponeretur à Pseudoprophetis: disci
Obser. mus item, q̄ nihil puduerit Apostolum suorum scriptorum. Nostri porro euangelici, interdum aut alio nomine venditāt sua venena, aut sua nomina inuertunt, ne possint artifices dignosci, aut anonymos edunt libellos. Et hoc, si dijs videtur, satis euangelice.

Si quis non amat dominū nostrum Iesum Chri-

ſtum,ſit anathema Maranatha. Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti vobiſcũ. Charitas mea ſit cũ oĩbus vobis in Chriſto Ieſu. Amen.

Terribilis eſt hæc Pauli imprecatio, q̃ Anathemate pcutit eos, q non amant dñm noſtrũ Ieſum Chr̄m, maxime ſi dilectionem Chriſti iuxta Euangelium interpretabimur, vbi dicit: Qui diligit me, ſermonem meum ſeruat. Et in Ioannis canonica legimus: Si quis dicit, quoniam diligo Deum, & fratrem ſuum odit, mendax eſt. Igitur qui hanc Pauli maledictionem effugere voluerit, diligat dominum Ieſum Chriſtum, & mandatis illius obtemperet, ſicq́; in charitate Chriſti creſcet de die in diem. Cæterum nõ eſt dubium, quin Apoſtolus hac interpretatiõe Pſeudoprophetas terrere voluerit, q Corinthios per dulces ſermones ab Chriſto ſeducebant. Hinc etiam ſtatim addidit, Maranatha: quod (ſi doctis credimus) interpretatur, dominus iam venit. Acſi velit dicere: Non eſt vt multum diſputemus aut altercemur. Dominus Ieſus venit, & pro nobis in carne paſſus eſt, ſepult⁹ eſt, & reſurrexit, Adſcendit item cœlos, vnde rurſus ſuo tẽpore venturus eſt iudicare viuos & mortuos: & tunc parebit, vter vere Chriſtum prædicauerit. Deinde precatur Apoſtolus ſuis Corinthijs gratiam domini noſtri Ieſu Chriſti, qua muniti, ab anathemate tuti futuri ſunt. Poſtremo addit, Charitas mea cum omnibus vobis in Chriſto Ieſu. Amen. Hoc eſt, Omnibus me vobis per charitatem ſubijcio, ſeruiturus per dilectionem cuilibet indigenti opera mea &c. Tu Ieſu Chriſte, ſalus & vita mea, cuius fauore benigniſſimo ad optatũ finẽ appuli, da vt gratia tua mecum ſit, & charitas Pauli me non deſtituat in æuum. Amen.

Maranatha.

Finis concionum in priorem ad Corinthios,
dominica poſt Omnium Sanctorum,
anno 1537.

IN POSTERIOREM EPISTOLAM D. PAVLI AD Corinth. homiliæ perpetuæ, authore F. Ioan. Hoffmeiſter.

PAulus Apoſtolus Ieſu Chriſti, per voluntatem Dei, & Timotheus frater, eccleſiæ Dei quæ eſt Corinthi, cum omnibus ſanctis q ſunt in vniuerſa Achaia.

Haud quidem operæprecium existimauerim, multis huius ſecũdæ ad Corinthios epiſtolæ argumentum præmittere, vel multis argumentis demonſtrare, huius interpretationẽ nobis fore & vtilem & neceſſariam: illud enim in progreſſu interpretationis, maiore cum fructu docebimus: poſtremũ, opinor, nemo ſanæ mentis negabit. Quis enim non perſuaſum habet, oẽm
2. Tim. 3. doctrinam diuinitus inſpiratam, vtilem eſſe, iuxta Apl'm noſtrum, ad docendũ, ad arguendũ, ad corripiendũ, ad erudiendum in iuſtitia, vt pfectus ſit homo Dei, ad om̃e opus bonum inſtructus? Et idem Paulus dicit in ea, quæ ad Romanos eſt,
Rom. 15. epiſtola: Quæcunq; ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt, vt per patientiã & cõſolationẽ ſcripturarum, ſpém habeamus. Nec hæc quenq̃ moueant, q̃ſi à vero aliena ſint, cum & Petrus teſtetur, Ap'los & prophetas non à ſemetipſis lo-
2. Pet. 1. quutos, ſed ſpũſancto, inq̃t, inſpirati, loquuti ſunt ſancti Dei hoĩes. Non eſt igitur, cur multis hoc loci p̃fari velim aut debeam. ſuffecerit itaq; paucis oſtendere cauſam & occaſionem huius ſecundæ epiſtolæ, hoc eſt, qua ratiõe Ap'lus ductus, poſt primam, etiam alteram epiſtolam Corinthijs ſcripſerit. Cæterum cauſa non vſq; adeo obſcura eſt. Quum enim in priore epi-

epiſtola dixiſſet, Veniam ad vos, & cognoſcam non ſermo- 1.Cor.4.
nem eorum q ſunt inflati, ſed virtutẽ: Rurſum, Veniam ad vos 1.Cor.16.
cum Macedoniam pertrãſiero: cum, inquã, his ſuum aduentum pollicitus fuiſſet, necnon & tempus p̃ſcripſiſſet, & iam multum interea temporis interceſſiſſet, ſpũ nimirum ipſum detinente in aliis negociis, ob id neceſſe erat, vt ſe excuſaret, ne videretur & accuſaretur quaſi mendaciis ſuis ſoleret ſimplicibus imponere. Sunt & aliæ cauſæ, quas, cum in ipſa textus ſerie cõpræhendunt, breuitatis cauſa non adducemus. Audiamus igitur Apl'm ipſum: Paulus Apoſtolus Ieſu Chr̃i, per voluntatem Dei, & Timotheus frater &c. De noĩe Pauli in priori epiſtola q̃dam diximus, nimirum ipſum fuiſſe binomium, quemadmodũ author eſt Lucas, dicens: Saulus qui & Paulus. Apl'm aũt ſe vocat, nõ Moyſis, Caiaphę, Neronis, vel alicuius alterius hoĩs: ſed Apl'm Ieſum Chr̃i, vt libere & tuto illi poſſis fidere, ſciasque tibi non licere cõtemnere impune Legatum Ieſu Chr̃i filii Dei, qui ipſe eſt via, veritas & vita, quique habet poteſtatem corpus & animam ſimul mittere in gehennã. Proinde videant illi, qui vel Paulum prorſus cõtemnũt, vel illius p̃textu ſimplices ſeducunt, quam rationem redditurі ſint dño Chr̃o, cuius Paulus legatus eſt. Ad hunc enim p̃cipue etiam ptinet, quod Chr̃s diſcipulis ſuis dicebat: Qui vos audit, me audit: & qui vos ſpernit, me ſpernit. Tutum igitur eſt doctrinæ Pauli credere, non aliter atque manifeſtę de cœlo voci Dei. Adde quod quemadmodũ voluit Deus, vt Moſi crederent Iſraelitę, ita & Paulo vult nos credere. Porro qui illius ſancti Apo- 2.Pet.3.
ſtoli doctrinam puertunt & deprauant, ad ſuam ipſorum perditionem deprauant, ſicut alibi Petrus admonuit. Habes igitur cõpendio q̃dam, quare ſe Apl'm Ieſu Chr̃i Paulus noĩare ſoleat. Porro ſi interrogas, quare ſibi Apl's in epigrapha Timotheum iungat: reſpondeo ideo fieri, vt partim illi hoc pacto apud Corinthios dignitatem & authoritatem conciliet, partim vt ſuam oſtenderet modeſtiam Paulus in hoc, quod diſcipulum ſibi q̃ſi parem facit. Doctiſſimus vir ille Origenes & aliam cauſam annotauit, in Romanis dicens: Quod Apl'us in quibuſdam epiſtolis aliorum vocabula ſecum iungit, non inaniter 15. li. pag. 519.
fa-

factum est. Sed per hoc ostendit Paulus, quia duobus vel tribus in vno positis, spũsanct⁹ vnum de eis sensum atq; vnum elicuerit sermonem: vt qui ecclesiam docere cupiebãt vnum dicere atq; vnum sapere, ipsi se prius vnum dicere atq; vnum sapere demonstrarẽt. Sed cui aut qbus hi duo magni Aposto li & Dei legati scribunt? Ecclesiæ Dei quæ est Corinthi, cum oĩbus sanctis q sunt in vniuersa Achaia. Non vni, inquit, atq; alteri homini scribo, sed ecclesiæ, hoc est, oĩbus fidelib⁹ q Corinthiorũ ciuitatem inhabitant. Neq; his solum, verum etiam oĩbus, qui Chr̃m confitent̃ per totam Achaiam, cuius metropolis est Corinthus. Quæris cur oĩbus scribat Achaiam incolentibus Chr̃ianis? Audi causam verissimam. Qm̃ morbus fuit publicus & cõmunis, voluit etiam epistolã esse cõmunem, ꝙ cõmuni opus habebant correctione. Porro ecclesiam nominat, vt admoneat vnitatis Chr̃ianæ. Sanctos vocat, vt q tales non sunt, tales sese in posterum exhibeãt. Vocabant̃ item tum temporis, oẽs Christiani hoc nomine, sancti s. Sequitur:

Gratia vobis & pax à Deo patre, & domino Iesu Christo.

Magna hæc sunt & satis preciosa, quæ Apl̃us suis Corinthĳs imprecat̃. Gratia & pax, nõ qualia hoĩes dare possunt, sed qualia solus Deus. Inuenies qui nihil antiquius habẽt gratia, hoc est, fauore magnatum vel diuitum vel potentũ. Inuenies etiam, qui sibi non vulgariter placent, ꝙ in quieto & belli nescio statu sint, ꝙ neminem sibi inimicum esse arbitrant̃. Et bona qdem sunt hæc, si absq; peccato haberi possunt. Sed longe meliora sunt Pax & Gatia, q̃ nobis à Deo patre & dño Iesu Christo obueniunt. Gratiam aũt hic intelligimus remissionem peccatorũ, ex qua sequit̃ pax inter nos & Deum: qui in hoc solum filium suum vnigenitũ misit in mũdum, vt nos sibi reconciliaret, faciens pacem inter hoĩes & Deum. Hanc salutem Apl̃s in oĩbus fere epistolis suis habet: & merito, cum nihil vtilius hoĩbus cõtingere possit. Quisquis enim gratiam apud Deum inuenit, & quisqs Dei inimicus non existit, huic non video quid ad ꝑpetuam fœlicitatem desit. Nostrum igitur

Gratia.

tur erit, vt & nos ambiamus hæc ineffabilia dona Dei, quibus solis beamur, sine quibus homo minus quàm miser est. Recte autem ambiũt, qui acceptis donis, in gloriam Dei & in commodum proximi vtuntur.

Benedictus Deus & pater domini nostri Iesu Christi, pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omĩ tribulatione nostra, vt possimus & ipsi consolari eos, q in omni pressura sunt, p exhortationẽ, qua exhortamur & ipsi à Deo.

Dignum certe exordiũ, q̃d vel etiam ad verbum ediscatur. Sed priusq̃ hoc declaramus, videndũ est, qua ratione Apostolus sic exordiatur. Attendite igit diligẽter. Promiserat in pri 1.
ori epl'a, q̃d & paulo ante admonuimus, ad Corinthios se profecturũ: qua profectione dilata, suspicabat id illos ægreferre, tanq̃ alios sibi ptulerit, vt ad quos mallet potius, q̃ ad se commigrare. Adde q pseudapostoli Paulo impingebant seditio 2.
nis cruentũ crimen: opprobrabant crucẽ, q subinde eiectus vrbibus, incertis cogeret vagari sedibus: ꝑterea inconstantiã 3.
& mẽdacium obijciebãt, q se venturũ, & venturũ cum virga ꝑmiserat, iam vero nõ modo nõ venerit, sed ne venire quidẽ ausus sit. Hęc igit non ignorãs Paulus, statim ab initio aggredit abstergere, demonstrãdo quare iuxta pollicita sua nõ venerit, nõ q non ausit in conspectũ Corinthiorũ cõparere, sed tribulationes afflictionesq; in causa esse. Et potuisset quidem dicere paucissimis: Scio quidem q pollicitus sum me venturum ad vos: cęterũ quoniã per afflictiones hactenus non licuit, date veniam, neq; hoc superbiæ, mendacio vel negligentię meæ tribuatis. Sed alia ratione ingredit sese excusare, nimirũ tantum recitans primũ suas afflictiones, qbus consideratis, facile poterãt Corinthij videre causam moræ. Sed iam ad verba Ap'li: Benedict⁹ Deus & pater dñi nostri Iesu Christi, pater misericordiarũ, & Deus totius consolationis. Vides qbus noĩbus Deum nobilitet. Deũ vocat, q̃d & æternitatis & bonitatis inexhaustæ nomen est. Pater est dñi nostri Iesu Christi, D[illegible] P[illegible]

Misericordiarum. quē pro nostris peccatis in turpissimā mortē tradidit. Pater misericordiarū dicit, quia misericordia eius super om̄ia opa eius,& iuxta Psalmistam eūdem, Misericordia dn̄i plena est terra. Vocat Deū totius consolationis,hoc est, pfectæ consolationis,quoniā extra hunc non est vlla vera consolatio. Additi Apostolus: Qui cōsolatur nos in om̄i tribulatiōe nostra. Non in vna cōsolatur,& in alia deserit, sed in omni tribulatione cōsolat̄. Et quare hoc? Vt possimus,inqt, & ipsi consolari eos,q in om̄i pressura sunt,per cōsolationem qua consolamur & ipsi à Deo. Hoc est, nō modo propter meipsum cōsolatione sua nobis adest Deus,sed vt oībus aliīs veritatis nomine afflictionem sustinētibus,spem certā faciat, nō defore illis & consolationē,& opem diuinam. Vidētes em̄ nobis Deum propemodū excisis,dextrum affulsisse, dubitare de eius auxilio nō possumus. Sic & ad Timotheū dicit:Christus venit in hunc mundū peccatores saluos facere,quorum primus ego sum:sed ideo misericordiā cōsecutus sum,vt in me primo ostenderet Christus Iesus oēm patientiā,ad informationē eorum qui credituri sunt illi in vitam æternā. Exēplum igitur hic habemus, vt quæcunq; tradunt̄ in sacris literis de afflictionibus Abrahę, Loth, Israelis, Mosi, prophetarū & apostolorum,in consolationē nostri scripta esse intelligamus, ne scilicet in difficilimis etiā rebus,despondeamus animū,q videm⁹ Deū nunq̄ suis defuisse.

Colsolationis. [margin note beside line "terra. Vocat Deū..."]

1.Tim.1.

1. Obserua item ꝙ Apostolus non laudat Deū,ꝙ se non passus fuerit affligi,sed ꝙ sibi in afflictionibus præsto fuerit. Plus em̄ est,afflictum consolari, q̄ semper huius mūdi deliciīs frui. Quē diligit dominus,castigat,ait alibi Paulus. Quis enim filius,quem nō corripit pater? Quod si extra disciplinā estis,cuius participes facti sunt omnes, ergo adulteri,& non filiī estis.

Heb.12.

2. Obserua secūdo, laudem & gratias Deo semp esse offerēdas pro auxilio diuino & consolatione, nobis in afflictione præstitis. Cuius generis complures inuenias in Psalmis Dauidicis formulas.

3. Obserua itē, vt à tribulationibus ereptus,discas & studeas etiā aliīs cōdolere atq; inseruire. Postremo,ꝙ ex afflictionib⁹ fueris liberat⁹, id nō tuis meritis,sed exēplo Pauli,misericordiæ Dei asscribito.

Quo-

Quoniam sicut abũdant passiones Christi in nobis, ita & per Christũ abundat & consolatio nostra. Psal. 93.

Aurea sentẽtia hæc est: Quo, inqt, sancti Dei grauius hui⁹ nomine affligunt, hoc euidentius ille nostris opitulatur infirmitatibus. Proinde q̊ties ingruũt aduersa viribus maiora, toties nimirũ Deus statuit virtutẽ suam exerere potẽtius. Sic patitur Deus illos tres pueros in Babylone in caminũ ignis proĳci: neq; cum essent iniecti, flammã extinxit: sed ardente camino, illos illæsos seruauit. Sic apostolos non prohibet capi, sed captos & vinculis mancipatos, mirabiliter liberat. Solet em̃ aliquando suæ potẽtiæ aliq̃d exhibere specimen. Ait ita q; Apostolus: Sicut abũdant passiones Christi in nobis, ita & per Christũ abundat consolatio nostra. Multifariã, vult dicere, tribulor, affligor, ac crucior: sed non vno modo me cõsolatur Christus, pro cuius nomine, & ad cuius imitationẽ, tam diuersa subire cogor pericula. Cæterũ quib⁹ modis Christus Apostolũ suum consolatus fuerit, qs enumerare poterit? Nõ obscurũ est, Apostolo plurimũ cõsolationis cõtulisse, si quando vidit ex suis tribulationibus negocium euangelĳ vires accipere. Nec dubitamus quin non semel cœlesti visione cõfortatus fuerit, siue p angelos, siue alio aliq̃ modo. Obserua igit hoc loci, q Christ⁹ nunq̃ destituit suos in tribulationib⁹, sed multo magis ipsis adest multĳuga cõsolatione. Eo ptinet q̃d in psalmis legimus: Secundũ multitudinem dolorũ meorũ in corde meo, cõsolationes tuæ lætificauerunt animam meam.

Dan. 3. 1. 2. 3. Psal. 93.

Siue autẽ tribulamur, pro vestra exhortatione & salute: siue consolamur, pro vestra cõsolatione: siue exhortamur, pro vestra exhortatione & salute, quę operatur tolerantiã earundẽ passionũ, quas & nos patimur, vt spes nostra firma sit pro vobis: scientes q̃m sicut socĳ passionũ estis, sic eritis & consolationis.

Parũ differunt verba hæc à præmissis. Nihil enim aliud so

nant,q̃ Pauli tribulationes & cõsolationes & exhortatiões,in commodũ & vtilitatem proximorũ cedere. Sed ordine,pau cis tamẽ,explicemus. Siue tribulamur,pro vestra* consolatione & salute: siue consolamur,pro vestra cõsolatione & salute: hoc est,tam ex malis q̃ ex bonis,quæ circa me sunt,ad vos peruenit vtilitas. Omnia eñ propter vos facio, oĩa in gra
1. tiam vestri perpetior. Qui nos tribulant,qui nos affligũt & persequuntur,non alia causa mouẽtur, nisi quia vident quan to studio & quàm improbis laboribus coner vos lucrifacere Christo. Quod si à prædicando cessarem,cessarẽt etiam afflictiones meæ. Ego porro libenter feram,quicqd mali homines cõtra me machinati fuerint,tantum vt vobis bene sit. Ex his ergo videtis,q̊modo tribulationes meæ ad cõsolationẽ & salutẽ vestrã faciant. Adde ꝙ in meis tribulationibus,vos habetis patientiæ exẽplum. Si eñ ego sic affligor ꝙ vobis euan geliũ annuncio,nõ graue videri vobis debet,si & vos, q iuxta euãgelium ambulatis,afflictiones molestant. Subiungit Apo
2. stolus: Siue cõsolamur, & hoc fit pro vestra cõsolatione & salute. Nisi eñ nos cõsolaretur subinde Christus,impares essemus tot ac tantis ferendis adflictionibus. Cõsolatur itaq; nos Deus,ne oneri succumbamus: quo fit,vt maiori fructu vestris
3. cõmodis inseruire possim. Tertio addit Apostolus: Siue exhortamur, ꝑ vestra exhortatione & salute. hoc est,si nos tam magnis afflictionibus quasi defatigatos & lassos exhortatur Deus,& hoc nõ tam mihi,q̃ vobis proderit. Hæc autẽ exhortatio siue cõsolatio operat̃ tolerantiã earundem passionum, quas & nos patimur: hoc est,Cõmunes tribulationes,cõmunes pariunt cõsolationes: quod & mihi nõ pœnitendã spem de vobis facit,scilicet ꝙ neq; nostræ neq; vestræ adflictiones,
4. vos sint remoraturę à virtutis stadio. Postremo annectit: Scientes quoniã sicut socij afflictionũ estis,sic eritis & consolationis. Hæc sentẽtia bifariam exponi potest: Primũ,vt sit consolatio,acsi diceret Apl's: Scimus ꝙ sicut in ꝑsenti mecum tribulationes patimini, ita & in futuro mecum gaudio fruemini. Quod si quis ad cõmendationem Corinthiorũ dictũ existimabit,erit sensus; Nõ inanem de vobis cõcepi spem, sciens quo-

Siue nostrę tribulationes vobis exẽplo sũt ad patientiã.

quoniã meas tam tribulationes q̃ consolationes, pro vestris ducitis. Quemadmodũ enim, dum nos persecutionem patimur, perinde doletis acsi ipsi pateremini: ita nouim⁹ q̄ dum solatio reficimur, existimetis vos eodem frui. Hæc, quantum nobis datũ est, sic volumus interpretata. Obseruandum iam, 1.
qualis debeat esse amor inter Ecclesiasten & discipulũ, nimirum vt & in prosperis & in aduersis pariter vel gaudeant, vel tristentur. Sed hęc surdo canimus. Disce item hoc loci, ne ali 2.
enæ fœlicitati inuideas potius q̃ gratuleris. Cõfundantur & erubescãt, ait Psaltes, q volũt mihi mala. Postremo in afflicti 3.
onib⁹ positi, cogitem⁹ lõge preciosiores nobis hoĩes, grauiora passos fuisse, & min⁹ graue erit põdus nostrę afflictiõis etc.

Non eñ volumus ignorare vos fratres de tribulatione nostra, quæ facta est in Asia, quoniam supra modum grauati sumus supra virtutem, ita vt tæderet nos etiam viuere.

Iam orditur enarrare suam militiã. Nolo autem vos ignorare fratres de tribulatione nostra, quæ facta est in Asia &c. De hac tribulatiõe in priore Ep̄la dixerat: Ostiũ mihi aptum est magnũ, sed aduersarij multi. Et Lucas in Actis apostolorũ declarat, qualem apud Ephesum Demetri⁹ quidã tumultum excitarit, ita vt Paulus prohibitus fuerit à fratribus, ne se daret in theatrum vel templum. Ex Pauli item verbis conijcimus non vulgares fuisse tumultus, quandoqdem ipsos tam diligẽter describit, adiũgens tãtas fuisse tribulationes, vt plane superarentur hoĩs vires: immo sic se adflictũ dicit, vt se iam nõ solũ tæderet vitæ, sed etiam de vita desparet. Et addit Ap̄ls: Act 19.

Sed & ipsi in nobisipsis responsum mortis habuimus, vt nõ sim⁹ fidẽtes in nobis, sed in Deo q suscitat mortuos, q de tãtis p̄iculis nos eripuit, & eruit.

Pulcherrima sunt hæc, & cõsolatione plenissima. Tanta, inquit, erat persecutionũ violentia, vt nõ solũ alij diffiderent nos posse subsistere, verũ etiã ipse noster animus diffidens su-

is viribus,nihil nisi mortem prę oculis haberet,neq; quicquā præsagiret,nisi supremum exitium.Sed si rogas,inqt, qua ratione nos passus fuerit sic supra vires nostras periclitari,scias ideo factū,vt disceremus,in periculis cōstituti,non in nobis fidere,sed in Deo,q etiam à mortuis possit reuocare, & ille certe nos eripuit de tantis periculis,quę effugere homini p se omino impossibile fuerat.
Obser. Obserua hic nullum esse morbū tam incurabilem, nullum periculum tam graue, ex quo non
Ioan.5. possit nos dominus eripere. Apud piscinā q triginta & octo annis decubuerat, vnico Christi verbo sanatur. Mulier quæ
Marc.5. omnem substantiam suam cum medicis consumpserat, solo contactu vestiū Christi sanatur. Quid q̄ Lazarus quatridu-
Ioan.11. anus mortuus,Christi voce excitatur? Et nostro seculo videmus multos conualescere,de quorum salute omnino desperaueramus. In periculis igitur constituti, omem fidutiam in Deo collocemus,apud quem non est impossibile ome verbū. Et certe periculorum magnitudine aliq ad cor reuocantur, q̊s alio modo frustra horteris. Hinc in Psalmis legimus: Multiplicatæ sunt infirmitates eorum,postea accelerauerūt. Obserua item Apostoli nostri admirabilem humilitatem,quum se his videtur annumerare,qui alta de se sentiunt,qui suam fidutiam in seipsos collocare solent, sic vt necesse sit ipsos flagellis ad resipiscentiā adigere. Eiusdē hūilitatis est q̊d sequit:

In quem speramus,quoniam & adhuc eripiet, adiuuantibus & vobis in oratione p̱ nobis,vt ex multarum personis facierum,eius quæ in nobis est, donationis per multos gratiæ agantur pro nobis.

Vides quoniam nihil suis meritis,nihil suis laboribus,sed illorum precibus fere omnia tribuit.Sed pręstat singula ponderare. Speramus,inquit,quoniā & adhuc Deus eripiet. Præcesserūt pericula, & ex his liberauit nos misericors Domin⁹. Nec dubito, quoniā vita nostra militia est super terrā, quin & alia subsequutura sint pericula,sed de Dei auxilio nihil diffidimus,immo speramus adhuc nos liberari. Sed quomodo

hoc fiet? Adiuuantibus vobis in oratione pro nobis. Nam et-si ego indignus sim q liberer, tamen vos digni estis, quorum preces apud Deum exaudiantur. Porro causa meę liberationis ea est, vt quemadmodum in commodum multorum ereptus sum, ita & Deo ꝑ mea liberatione à multis gratiæ agantur. Non enim mea tantum gratia seruatus sum, sed vestra, q meo ministerio adhuc opus habetis. Discam⁹ hoc loci ex anteactis colligere, Deum nobis ne nunc quidem defuturum, q nos seruarit hactenus. Obserua item, quanto studio Ecclesia semper orarit pro verbi ministris, quatenus maiori vtilitate functionē suam agere possent. Sic in Actis legimus discipulos, hoc est, Christianos omnes, vnanimiter dicentes inter cætera: Da seruis tuis cum omni fiducia loq verbum tuum &c. Et Actorum duodecimo: Oratio fiebat sine intermissione ab Ecclesia ad Deum pro Petro. Profecto talis est functio prædicandi euangelium, vt nisi multorū precibus adiuuetur, vix commode exequi possit. Hoc facile tibi persuadebitur, si modo attēderis, quanto serio Apostolus in omībus epistolis auditorum precationes efflagitet. Obserua deniq; non contemnendum Ecclesię morem, quo generales fiunt pro afflictis intercessiones. Si enim vnius iusti, vt Iacobus admon[illegible], assidua oratio multum valet, quid non efficient multorum iustorum orationes assiduæ? Profecto maxime amat Dn̄s eos, qui proximorum salutem fideliter agunt.

Act. 4.

Act. 12.

Nam gloria nostra hæc est, testimonium conscientię nostræ, ꝙ in simplicitate cordis, & synceritate Dei, & non in sapiētia carnali, sed in gratia Dei, cōuersati sumus in hoc mūdo, abūdātius autē ad vos.

Aliam causam iam adfert, propter quā à malis ereptus fuerit, nimirū vitæ suæ innocentiā, ne quis putet ipsum suis periculis, scelerū dedisse pœnas. Hinc Petrus alibi: Si qd patimini, inquit, propter iustitiam, beati estis. Et Christus beatos ꝓnunciat eos q persecutionem patiuntur propter iustitiā. Sic hoc loci, liberatiōis suæ primas Dei misericordię, alteras Co

Quid sit testimoniū bonæ cōscientiæ, vide Bernardum Se[illegible] r. de An[illegible] p[illegible] 26.

rinthiorꝫ precibus adſcribit: poſtremũ autem, innocentiæ vi
tæ. Gloria, inqt, noſtra hæc eſt, gaudiũ & fiduciã mihi addit,
teſtimonium cõſcientiæ noſtræ. Iudicent, vult dicere, de me
pſeudapoſtoli quicqd libuerit: ego me propius noui, nullius
ſceleris mihi cõſcius ſum, ſed multo magis conſcientia mea,
cor meum mihi teſtimoniũ reddit, ꝙ in ſimplicitate cordis
cõuerſati ſumus, ꝙ in ſynceritate Dei conuerſati ſumus: hoc
eſt, ꝙ nihil doloſum, nihil per hypocriſim, nihil per adulati-
onem geſſimus, neqꝫ per aliud quicquã eiuſmodi: ſed in oĩ
libertate, in ſimplicitate, in veritate, in cõſcientia pura cõuer-
ſati ſumus. Nõ ſumus item conuerſati in ſapiẽtia carnali, hoc
eſt, nõ in aſtutia, nec verſutia, neqꝫ in admirabili ſermonis ar-
tificio, neqꝫ in perplexis ſophiſmatib⁹. ſed in gratia Dei, hoc
eſt, oĩa noſtra inſtrumenta qbus Chr̃m vobis prędicauimus,
qbus eccleſiã ædificauimus, diuinitus nobis contigerũt. Hoc
negociũ pluribus tractauit cap. ſecũdo prioris Ep̃læ. Cæterꝫ
arguit hic Apoſtolus fucatam p̃dicationem, iuxta humanum
ſenſum aptatam, cuius p̃dicatores duplici genere in ſapien-
tia carnali accuſat, & qa iuxta mũdi ſenſum p̃dicabant, ne fa
cile offenderent hoĩes, & quæſtus cauſa hoc agebãt, proprijs
lucris carnalibus ſtudentes. Addit: Abundãtius autem apud
vos. Quaſi diceret: Non eſt vt qs exiſtimet me mihi blãdiri,
& callide appellare ad cõſcientiam meã, quam nemo homi-
num cognouit, quandoqdem voſipſi teſtes eſtis conuerſatio
nis meæ, & noſtis q̃ fugerim omnem vituperij occaſionem.
Poſtremo hoc loci obſeruandũ, ꝙ Paulus gloriatur ſe à con
ſcientia ſua bonum habere teſtimoniũ: q̃d ſi cui cõtigerit, cer
te habet vnde merito gloriari poſſit. Facile eñ feret ſiniſtra
hoĩm iudicia, cui cum Deo cõuenit. Pulchre autẽ conuenit il
li cum Deo, quem ꝓpria cõſcientia non accuſat. Et poſſibile
eſt vt hoĩem fallas, teipſum fallere haud facile poteris. Pri-
mum igitur eſt, vt ſic tuã vitam inſtituas, vt non ſentias con-
ſcientiæ tuæ morſum: Proximũ, vt ſtudeas puritate vitæ ali-
os ad Chr̃ianam conuerſationem allicere. Bona conſcientia
vt Auguſtin⁹ alibi dicit, nobis ſufficit: ſed bona noſtra fama,
ꝓpter ꝓximũ neceſſaria eſt. Sed de hoc negocio forte aliàs.

CAP. I.

Non enim alia scribimus vobis, quàm quæ legistis & cognouistis. Spero autem ꝙ vsque in finem cognoscetis, sicut & cognouistis nos ex parte, quòd gloria vestra sumus, sicut & vos nostra in die domini nostri Iesu Christi.

Quoniam Apl'us visus est de se magnifice prędicasse, atq; ipse sibi testis esse, quod inuidiosum esse solet, rursus illos citat testes eorum quæ dicunt. Ne qs existimet, inquit, quæ narrauimus, esse verboꝝ fucos: q̃nquidem ea scribimus vobis, q̃ nostis ipsi, & de qbus nos nequaq̃ mentiri non alij magis testes esse possunt q̃ vos. Cum enim legitis quæ scribo, ipsi iudicare potestis ꝙ vera scribo. Addit: Spero aũt ꝙ vsq; in finem cognoscetis, sicut & cognouistis nos ex parte. Hoc est, Sicut hactenus me veꝝ & syncerum Chr̃i Apl'm habuistis, ita spero vos me semper habituros, vt nihil doli vel malitiæ in me dep̃hensuri sitis. itaq; fiet, vt vos gloria nostra, & nos gloria vestra futuri simus in die dñi nostri Iesu Chr̃i. Tum enim & vos in nobis decorabimini, cum liquebit vos tales habere magistros, q nihil humanum docent, neq; vitam habent vlli vitio obnoxiam, nec vllam mali ansam dederunt: & nos qui tales habemus discipulos, puros ab humanis cupiditatib⁹, neq; vacillantes, sed q alacriter oĩa sustinent, nec vlla ex parte verbis circũueniunt. Quod si qui sunt, apud quos sermo hic meus fidem non habet, olim in die dñi nostri Iesu Christi aperta erunt oĩa. Vide igitur, quõ Apl'us oẽm calũniandi occasionem anteuertere conatur. Ne enim Corinthij dicerent, Vidimus qdem conuersationẽ tuam, legimus iam literas tuas: sed num oĩa simplici animo feceris, nobis, qbus nõ est datũ scrutari corda hoĩm, non constat. Appellat itaq; Apl's ad iudicij diẽ, vbi, sicut in priori epistola dixerat, illuminabit dominus abscondita tenebraꝝ, & manifestabit consilia cordiũ. Obsernandum & hoc, ꝙ Apl's non dicit, Scio ꝙ semp & perpetuo meam conuersationẽ non poteritis repræhẽdere: sed ait, Spero ꝙ vsq; in finem me talem cognoscetis. Neq; enim obscu- 1. Cor. 4.

rum erat Aplo, q̄ facilis sit à virtutibus ad vitia lapsus, & q̄ ex se nihil possit homo, si gratia Dei destituat. Hinc alibi dicit:

1.Cor.10. Qui se existimat stare, videat ne cadat. Et in Galatis: Conside

Gal.6. rans temetipsum, ne & tu tenteris.

Et hac confidentia volui prius venire ad vos, vt secundam gratiam haberetis, & per vos transire in Macedoniã, & iterum à Macedonia venire ad vos, & à vobis deduci in Iudæam.

Planius iam loquit, & mendacij suspicionem à se depellit. Sensus est: Qm̄ mihi bene conscius eram, & sciebam q̄ sancte essem inter vos conuersatus, & cum non nescirem me prorsum vobis notũ, volui ad vos venire, non vt deprędarer vos, aut tyrannide premerem, sed vt duplam gratiam haberetis, nempe vt primũ reficerem vos epistola, secũdo exhilararem p̄sentia duplici. Statueram enim per vos transire in Macedoniam, & iterum à Macedonia venire ad vos, & à vobis deduci in Iudæam: & ita factum esset, vt bis venissem ad vos.

Cum ergo hoc voluissem, nũquid leuitate vsus sum? Aut quæ cogito, secundum carnem cogito, vt sit apud me, Est & Nõ? Fidelis autem Deus, qa sermo noster qui fuit apud vos, non est in illo, Est & Non, sed est in illo, Est.

Non possum, inquit Aplus, diffiteri quin statuerim venire ad vos, & hoc in prioribus literis significarim, neq; tñ veni. Quid igitur? An me quis ideo mendacij arguet? Nunquid leuitate vsus sum apud vos? An ne me inconstantiæ accusatis? Aut, num quæ cogito, secũdum carnem cogito? Hoc est, An me sic temerarium & imprudentẽ existimatis, vt præter rationem quiduis pollicear? Vt quod factur⁹ sim, negem? quod non facturus sim, promittã? Nõ sic carnalis homo sum, vult dicere, vt mihi liceat quiduis facere: sed spiritalis sum, & spũi sancto obedire cogor, vt non facere possim quæ ego propono, sed quæ ille dictat. Ille melius me nouit, quid facto opus sit.

fit. Cæterū q̄re Apl̄us ad Corinthios non venerit, paulo post audiemus. Sed quid est q̊d Apl̄us subiungit, Fidelis Deus, q̄a sermo noster qui fuit apud vos, nō est in illo, Est & Non: sed est in illo, Est. Antipophora est, si Chrysostomo credimus. Possent enim Corinthij Paulo obijcere: Si nō certus es, quid vel polliceri debeas, vel præstare possis: p̄iculum est, ne etiam incerta pro certis nos docueris. Ad hoc Apl̄us: Non est, inquit, vt tale q̄d suspicemini. Euāgelij negocium nihil mutabile est, sed oīa certa & indubitata sunt. Et fidelis Deus, hoc est, in veritate dico vobis, **als war got ist**, sermo noster q̄ fuit apud vos, nō est in illo. Est & Nō: sed est in illo, Est. **Es ist nit ia vnd nein, was ia ist, bleipt ia, vnd was nein ist, bleipt nein.** Nihil leuitatis, nihil incerti p̄dicauimus vobis: sed oīa firma, certa & vera. Nolite ergo sic ratiocinari: Apl̄s pollicetur aduentum suum, sed non venit, ergo Apostoli doctrina incerta est. In p̄dicatione non fallor, sed in itineribus & peregrinationibus. Non enim peculiare Apl̄is, vt oīa futura p̄sciant. Cæterum euangelij p̄dicatio, non mea est, sed Dei. quod aūt Dei est, indubitatum est. Sic Psalmista: Iustus es dn̄e, & rectū iudicium tuum. Et Paulus subdit:

Dei enim filius Iesus Christus, qui in vobis per nos p̄dicatus est, per me & Syluanum & Timotheum, non fuit in illo, Est & Non: sed Est, in illo fuit.

Sensus est: Dei filius Iesus Chr̄us, quem nos p̄dicauimus, verax est, immo ipsissima veritas est, vt de illius doctrina nemo aliquid dubitare possit. Et quicq̄d illius ductu fit, ad veritatem vtiq; pertinet, siue assequamur, siue non. Nos igitur q̄ in p̄dicationib⁹ & alijs negocijs Chr̄i seq̄mur Sp̄m, nō possumus q̄si falsarij vel deceptores calūniari.

Quotquot enim promissiones Dei, sunt in illo, Est: Ideo & per ipsum, Amē Deo, ad gloriā nostrā.

Hoc est: Q̄m oēs ꝓmissiones à Deo patre hoībus factæ, p̄ Chr̄m impletæ sunt: argumentū euidens est, Chr̄m esse veracē. Et certe oēs ꝓmissiones ita impletæ sunt, vt neq; eas quisq̄

Græca veritas sic habet: Quotquot eñ sunt ꝓmissiones Dei, per ipsum sunt eti[am] ... [illegible] ... Deo ad [glo]riā per nos

negare, neq; Deum mendacij arguere possit. Quicqd em̃ Deus ꝓmisit, Christus exhibuit: & quod Christus iuxta ꝓpositum patris exhibuit, hoc ipsum nos ꝑdicationibus nostris testamur. Quod si quis ꝑdicationes nostras falsitatis arguit, certe Christum arguit, & in Deum patrem iniurius esse probat. Nos enim non aliud testamur, q̃ quod Deus promisit, & per Christum exhibuit, ita vt iam oĩs homo, Amẽ dicat, hoc est, verum esse cõfiteať Deum in promissis, quod & in ipsius Dei gloriam cedit. Verba obscura sunt, sensus aũt verborum facilis. In hoc enim oĩs argumenti vis consistit: Qm̃ Christus ꝓmissum patris impleuit, & Paulus impletionem illius ꝑdicat: consequẽs, vt aut Paulũ veracẽ, aut Chr̃m mẽdacẽ fateamur.

Qui aũt confirmat nos vobiscum in Christum, & qui vnxit nos, Deus: qui & signauit nos, & dedit pignus spiritus in cordibus nostris.

Hactenus probauit multis, se nulla leuitate vsum apud Corinthios: ne igitur quis id vanæ gloriæ tribuere possit, ostendit cui cõstantia sua acceptum ferenda sit. Deus est, inquit, q confirmat nos vobiscum in Christũ. Hoc est dicere: Non humanarum virium est, ꝙ nos Christum constanter ꝑdicauimus, ꝙq; vos in suscepta Christi religione perstatis: sed Dei muneris est, q & nobis longe preciosiora contulit, q̃ vulgus infidelium opinetur. Ipse enim Deus vnxit nos, hoc est, peculiariter nos sibi selegit, sicut antea in veteri lege solebat reges & sacerdotes vngere, quos peculiariter etiam sibi elegerat. Sic fecit nos oẽs, q̊tquot Christi fidem vere amplectimur, Reges, qñ nos adoptauit in filios suos, vt hæreditario quasi iure possideremus regnum cœlorum. Fecit nos pari modo sacerdotes,
Rom. 12. vt illi nosmetipsos offeramus rationabilem (vt Paulus ait) victimam, hostiam sanctã, Deoq; placẽtem. Signauit item nos Deus, hoc est, discreuit nos ab infidelibus, quo certi simus, nos ipsi curæ esse: nec opus nobis sit, alium quærere saluatorem. Postremo dedit spm̃sanctum in pignus & arram cordibus nostris, quo certiores nos redderet de suis promissis. Multa qdem bona nobis largit⁹ est, sed potiora bona adhuc restãt.
Hinc

CAP.I.

Hinc Ioannes dicit: Videte q̄lem charitatē dedit nobis Deus pater, vt filij Dei noīemur & simus. Et iteꝝ: Charissimi, nunc filij Dei sumus, & nondū apparuit quid erimus. Et Ap̄lus de arra spūs in Romanis dicit: Accepistis spm̄ adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba pater. Ipse enim spūs testimonium reddit spūi nostro, ꝙ sumus filij Dei. Si aūt filij, & hæredes: hæredes q̄dem Dei, cohæredes aūt Chr̄i. In Galatis item dicit: Q̄m estis filij Dei, misit De⁹ spm̄ filij sui in corda vestra, clamantē, Abba pater. Sed p̄ oībus alijs locis huc facit, quod rursum in Romanis ait: Nos qui primitias spūs accepimus, ipsi intra nos gemimus adoptionē filioꝝ Dei, expectantes redemptionē corporis nostri. Quicq̄d enim hic in præsenti q̄n tumuis magnum accipimus, primitiæ tm̄ sunt & inchoatio salutis nostræ: post huius seculi præsentem statum, tum tandem veniet perfectio & cōsummatio salutis nostræ. Filij quidem Dei sumus, sed hactenus hæreditatem paternā non possidemus. Quū igitur spūs nos certos reddit, ꝙ filij Dei sumus, ꝙ à Christo obsignati sumus, de hæreditate nō possumus valde dubitare. Q̄m vero aliquando filij ob improbitatem suam, paternæ hæreditatis non fiunt participes: & nobis cauendum, ne propter ingratitudinem nostram excidamus.

1.Ioan.3.

Rom.8.

Gal.4.

Rom.8.

Ego autem testem Deum inuoco in animā meam, ꝙ parcens vobis, non veni vltrà Corinthum. Non quia dominamur fidei vestræ, sed adiutores sumus gaudij vestri. Nam fide statis.

Iam tandē p̄pius accedit ad sui defensionē, & ostēdit causam, cur ipse hactenus non venerit. Non est, inquit, vt q̄s me existimet vobis infensum, ꝙ non venerim, iuxta quod pollicit⁹ fueram. Testor enim Deum illum omniscium, quem ne abstrusa q̄dem cordis latēt, ꝙ aduētum illum ad vos meum, in vestri gratiam distuli. Sed quid est, parcens vobis? hoc est, ne videlicet in quosdā impœnitentes desæuire cogerer. Audio enim, vult dicere, quosdam apud vos stupro inquinatos, & omnino insolenter agere: eo'q; venire nolui, ne cogerer in

Parcēs uobis.

[illegible] allegaui [illegible] æ apud pro [illegible] tas de pati

entia Dei suo- luit enim Paulus imitari magistrum dissimulando peccata ꝓpter pœnitētiam: &c.

illos pro iure meo aīaduertere. Itaq; sati⁹ duxi abesse, dareq; pœnitentiæ locum, q̃ impœnitentes corrigere. Iam quod sequitur, Non ꝙ dominamur fidei vestræ, sed adiutores sumus gaudij vestri: hunc sensum habet, Non nescio quid de me q- dam apud vis prædicent, nimirum me affectare imperium, vt scilicet religionis prætextu tyrannide vos premam. Sed non est quod illi fingunt. Non delectat nos interitus vester, nec is mihi est animus, vt velim vobis nocere, sed multo magis studeo gaudium vestrum augere. In hoc certe oēs neruos intendo, non vt immerito vos contristem. Nec ego is sum, qui velim aut possim aliquem ad fidem cogere. Non in me situm est, sed in volūtate vestra, ne quis à Deo discedat. Tristitia igitur vestra nobis dolet, & gaudio vestro cōgratulamur. Nam fide statis, Christum suscepistis, euangelio credidistis, Christi discipuli effecti estis, omnis igitur mouendus lapis, ne excidatis, neve fidem impuris operibus opprimatis. Obseruandum hic, non sufficere ad salutem adulto homini fidem solam, sed necessario requiri bona opera. Fatemur quidem nos sola fide iustificari, hoc est, in filios Dei adoptari: sed conandum nobis eo, ne hæreditate paterna excidamus. Multi enim sunt ..., qui seipsos sua improbitate indignos faciunt substantia & hæreditate patris. Solius igitur gratiæ est, adoptatio nostra: sed & nostra requiritur opera, vt saluemur. De ijs qui statim à baptismo moriuntur, alia ratio est. nos de ijs loquimur, quibus bene operandi facultas non denegatur. An ne audimus ꝙ Apostolus dicit, Corinthios stare fide? Sed requirit vitæ innocentiam. Sed suffecerint hæc.

Nō sola fides.

Caput II.

STatui autem hoc ipsum apud me, ne iterum in tristitia venirem ad vos. Si enim ego contristo vos, & quis est qui me lætificet, nisi qui contristatur ex me?

Hoc capite demonstrabit, qua ratione fornicariū illum in pri-

CAP.II.

priori Epistola satanæ tradiderit, sed principio sese rursus purgat de mendacio, ostendēs quare non venerit Corinthū. Statui, inqt, hoc ipsum apud me, ne iterū in tristitia venirem ad vos. Primus meus aduētus ad vos, in magno gaudio fuit, qñ fidē habuistis Euãgelio vobis à me prædicato. Post succrescētibus vitijs, coactus sum vos Epistola mea obiurgare. Iam igit decreui ad vos nō venire, nisi etiã cū lætitia & gaudio fieri possit. Sed possent Corinthij obijcere: Quid igitur nos obiurgas? Quid nos mœrore afficis, si mœrore nr̃o non delectaris? Per te em̃ stat & dolor & gaudiū nostrū. Respondet Apl's, se nō alia rōne illos cōtristare, nisi vt tristitia hæc lætitiam pariat. Si ego contristo vos, & qs est qui lætificet me, nisi qui cōtristatur ex me? Si ego vestri mœroris causa sum, facile demōstrabo viã ad gaudiū. Vestri pseudapl'i vobis dominant: vobisq; oppressis & mœrore cōfectis, ipsi gaudēt & saginant. Ego haudquaq̃ sic aĩatus sum. Nã etiãsi aliquãdo cogor correptiōis amarū pharmacū adhibere, propter eos q flagitiosi sunt, sicq; mœrore vos afficere: ego tñ nō min⁹ dolore tãgor, nō min⁹ mœrore afficior: neq; exhilarari possum, nisi vos q dolorē cepistis, mœrorē ponatis: hoc est, nisi gaudium capiatis ex his q emēdati sunt. Quēadmodū enim pater non sine graui animi cruciatu, peccantem filium percutit ac mœstum reddit: rursus, castigato & emendato filio, summo gaudio adficitur: ita & ego, si quãdo cōtristor, & sceleribus vestris prouocatus, durius vobiscū agere cōpellor, cōsolationem aut refrigeriū capere nō possum, donec castigatos & correctos videro eos, qui & vos & me in mœrorē cōiecerunt. Scelera igitur vestra me turbatum reddūt, ita vt & vos pudefaciam. Quod si peccatū agnoscatis, & dolore afficiamini, iam est vnde rursus tranquillo fiam animo.

Et hoc ipsum scripsi vobis, vt non cum venero, tristitiam super tristitiam habeam, de quibus oportuerat me gaudere, confidens in omnibus vobis, qa meum gaudium, omnium vestrum est.

Nihil

Nihil hoc loci difficultatis est. Nolui, inquit, venire ad vos, sed multo magis placuit has præmittere literas, vt hæ vobis admonitioni sint, & doceant qd vos facere oporteat, ne, cum venero, maiori afficiar tristitia, nimirum ex impœnitẽtia illorum, quorum pœnitẽtia & cõuersio mihi deberet occasio esse magni gaudij. Nihil profecto mihi tristius accidere poterit, q̃ si videro in vobis, quæ vestra professione sunt indigna. Nihil lætius mihi cõtigerit, q̃ si cõspexero, nihil esse in vobis quod vituperari possit. Confido itẽ, vos erga me ita affectos esse, vt siue mœream ob emẽdandos quosdã, mœror meus sit oĩbus vobis mecũ cõmunis: siue gaudeã ob castigatos aliquos, gaudiũ meũ sit vobis item omnibus commune. Ex his iam discimus, quo aĩo esse debeat in plebem sibi commissam Episcopus, quo affectu is scelera & sceleratos punire debeat, quomodo item huic mutuus discipulorum amor responderе debeat. Sed audiamus q̃ affectu Ap̃ls ille scripserit:

Amor mutuus inter magistrũ & discipulum.

Nam ex multa tribulatione & angustia cordis scripsi vobis per multas lachrymas, non vt contristemini, sed vt sciatis, quam charitatem habeam abundantius in vobis.

Quoniã dixerat, Qui cõtristatur, me gaudio afficit: ne illi forsan hunc in modũ occurrerent, Ergo eo nobis tristitiam ingeris, vt ipse lætitia explearis? Propterea iam infert, Maximum in modũ & ipse doleo vestri ob gratiã, dolendoq́ue, delinquẽtes vos ipse excedo: Quippe qui nõ solũ simplici quadam & exigua mẽtis affligor angustia, sed multa & abundanti. Scripsi em̃ ad vos ex multa tribulatiõe & angustia cordis: immo mihi scribenti etiam lachrymæ erumpebãt, quę testes fuerunt, q̃ doluerim de peccatis vestris. Nec scripsi ad vos vt contristemini, sed vt sciatis, quam charitatem habeam abundantius ad vos. Oportebat vos nõ dolere, neq; ægre ferre q̃ à me obiurgamini, cũ dilectio quam ad vos habeo, ad id cõpellat: sed multo magis lætari, qui talẽ habetis Apostolum, quem vester interitus sic affligit ac cruciat, vt vel ex angustia cor-

cordis in lachrymas etiã prorumpat,q̃ summa fide & cõstãtia sceleribus obstare nõ cessat. Si vos non amarem, si nullam pro vobis curã gererẽ, finerẽ lolium, zizaniã & scelus crescere. Ego quidẽ non in hoc scripsi, vt tristes vos redderem, sed vt e medio scelus tollerem. Quod si vos ex hac mea admonitione dolorem & mœrorem cepistis, vos in culpa estis, non ego. Breuiter, Apostolus hæc scribens, & dolebat, & gaudebat: dolebat, propter ægritudinẽ: gaudebat, propter spem salutis. Sic & Corinthij debebãt ad admonitionẽ Apostoli & gaudere, & dolere: hoc, propter admissum scelus: gaudere aũt, ex consideratione magni amoris Apostoli in ipsos. Sic & medicus quispiã, cui filius vnice charus, secandus vel vrendus est ob vomicam quam habet, dum cogitur illũ secare & vrere, vtriusq; nomine cruciatur: & q̃ ægrotat filius, & q̃ cõpellitur illũ secare: lætatur tamen interim, q̃ his medijs sanare possit filium. Sed suffecerint hæc. Et tu, quisquis es, q̃ fratrẽ corripere volueris, ex his disce, quo animo correptio fieri debeat, non vt illum perdas, non vt tibi inde iustitiæ speciẽ aucuperis, non vt sic te de illo vindices, sed vt scelus perdas, hominem autem serues.

Quo affectu corripiendus frater.

Si quis aũt contristauit me, nõ me cõtristauit, sed ex parte, ne grauem vos omnes.

1. Cor. 5

Iam incipit tractare de eo, q̃ nouercã suã duxerat in vxorem, quem & in priori Epistola satanæ tradiderat. Vult aũt dicere Apostolus: Contristatus sum quidem ob nefarium facinus illius impudentissimi hominis: sed ego non solus contristatus sum, sed ex parte tantum: pars tantum illorum sum qui dolorem senserunt, nam & vos contristati estis. Porro q̃ ego vobis tam acre scripserim, factum est ne grauarem vos omnes. Illum enim iussi excludi, ne cogerer aliquãdo vos simul omnes acerbius corripere.

Sic p̃ cõcione interpretatus sum: Nõ me cõtristauit, hoc est, mea nõ refert, siue pereat, siue minus: Sed ex parte, hoc est, Officiũ [illegible] meũ es[illegible] [illegible] li quẽres &c.

Sufficit illi qui eiusmodi est, obiurgatio hæc q̃ fit à pluribus, ita vt e contrario magis donetis &

consolemini, ne forte abundantiori tristitia absorbeatur q eiusmodi est. Propter quod obsecro vos, vt confirmetis in illum charitatem.

Quoniam Apostolus scripserat, se nonnihil gaudij accepisse ex Corinthiorum tristitia, ne ipsi putarēt Apostolum ijs verbis q̃si obscure admonere, vt in posterꝝ seueriores essent aduersus mœchum: ideo addit q̃d iam legimus, Sufficit illi, mœcho intellige, qui eiusmodi est, obiurgatio hæc quæ fit à pluribus. Nō peto vt durius cū illo agatis: neq; eñ parua pœna est, sic à publico bonorꝫ virorꝫ cōuentu excludi, ab omnibus cōtemni, ab ecclesiæ ingressu prohiberi, à sacris arceri, satanæ tradi in interitum carnis, quæ omnia hactenus ptulit ille homo mœchus. Nolo itaq; q augeatis pœnã, sed e contrario rogo, vt donetis ei illam iniuriam, vt cōsolemini eum, quo intelligat se gratiam & apud Deū & apud homines inuenisse. Hoc vt fiat, ideo scribo, ne forte abundantiori tristitia absorbeatur qui talis est. Ipse quidē indignus est, vult dicere, cui aliquid donetur, nec sufficienter pœnituit: sed maius malum præcauendum est, nimirum ne ille homo ex consideratione miseriæ suæ absorbeatur, hoc est, desperet sicut Iudas, vel Cain, vel totum se det ad fruendum mūdo, quasi qui iam apud Deum locum non habeat. Ne igitur idipsum fiat, obsecro, inquit Apostolus, vt confirmetis in illum charitatē: hoc est, interprete Theophylacto: Velim equidē, vt ea, qua in hoc eijciendo vsi estis antehac charitate, in eo restituendo vtamini, ne desperando in peiora labatur & ruat. Obserua hic, qualis olim fuerit in facinorosos Ecclesiastica pœna: & videbis, quàm stulte nunc quidam sub Papatu conscientiarꝫ carnificinam causentur. Sic Pauli tempore animaduersum est in mœchum illum, vt periculum fuerit, ne prolaberet scelestus in desperationem. Sed de hoc negocio aliàs.

Obser.

Ideo enim & scripsi vobis, vt cognoscam experimentum vestrū, an in omnibus obediētes sitis.

Hoc,

Hoc,inquit,fuit in causa,vt hasce literas vobis scriberem,
quo videlicet experirer,an meis iussis in oĩbus obtemperetis.
Obtemperastis,cõdemnãtes quem cõdemnari iusseram. Ob-
temperabitis & in gratiã recipientes, cui volo vos esse recon
ciliatos,vt vbiq; nostra voluntas cõmunis sit. Vides q̃ circun
specte oĩa scribat Apl'us: In hoc enim scripsi vobis, vt cogno
scerem probationem vestram,num ad oĩa sitis obedientes: q-
bus verbis tecte ostendit,nisi rursus in gratiã receperint mœ
chum, ipsos inobedientiæ notam non posse effugere. Maior
enim obedientia in recipiendo,q̃ in reijciendo,probat: Siqui
dẽ hoc poterat inuidiæ adscribi ac malignitati,sed illud ma- Obser.
xime declarat & humanitatem & obediẽtiam Corinthiorum,
qui non semel,sed perpetuo suo Apostolo obtemperare stu-
dent. Addit etiam Apl'us quasi stimulum, cum videtur illorum
extollere obedientiã & humanitatem in se,acsi diceret: Tan-
tam hactenus obedientiã apud vos expertus sum,vt in poste
rum de vobis nihil dubitauerim.

Cui autem aliquid donastis,& ego. Nam & ego
quod donaui,si quid donaui, propter vos in perso-
na Christi, vt non circunueniamur à satana. Non
enim ignoramus cogitationes eius.

In priori epistola satis acre arguerat Apl'us Corinthios,q̃
mœchum illum non tempestiue corripuerant, sed dissimula
rant facinus illius nefandissimũ, vnde Corinthij satis seuere
aĩaduerterunt in illum,q̃ eius culpa & ipsi male audirent ab
oĩbus. Cum igitur Apl'us iam eosdem hortatur, vt illi noxam
cõdonent, possent illi obijcere: Nos qdem satis mouet illius
miseria & dura pœnitẽtia, sed non audemus illum recipere,
ne tu accusandi nos occasionem habeas. Addit igitur Apl'us:
Cui vos donastis aliqd,& ego donaui. Quod vobis ĩ hoc ne-
gocio placet,mihi non displicebit. Nam & ego quod dona-
ui,propter vos donaui,intellige,ne quis vestrũ me existimet
proniorẽ ad lædendũ, q̃ ad sanandũ,& ne qs plus æquo con
temneret miserum hoĩem,& vt & vos discatis alienæ condo

lere miseriæ & infortunio. Cæterum ne quis Apl'm leuitatis arguat, vt qui condēnatū recipiat, addit se hęc oīa facere in pso na Chr̄i, bona nimirum cōscientia, vt q à Chr̄o potestatē acceperat ligandi & soluendi peccata sup terram. Quod si Apl'us hæc ex psona Chr̄i opatur, impij sint necesse est Corinthij, si Chr̄m in Apl'o audire noluerint. Porro addit continenter causam Apl'us, q̄re illum recipi velit: Vt non circunueniamur inquit, à satana: nō enim ignoramus cogitationes eius. Quid
Obser. hic timet Apl'us? Quod supra dixerat, Ne forte abundātiori tristitia absorbeatur q eiusmodi est. Breuiter, timet Apl'us, ne mœchus ille à satana vel adigatur ad desperationem, vel ad licentiorem vitam, vt velit mundo vti, cui abnegatum est cœlorum regnum. Profecto satanas, vt est mille artifex, nō eadem surrepit via ad fallendū hoīes. Quem crapula non vincit, vincere adgreditur abstinentia. Quem fornicatione non potest vincere, inuidia vel superbia vel alio aliq̄ scelere solicitare solet. Sed quis suffecerit illius astutiam in oībus depræhēdere?
Ephe. 6. Nemo hoīm, nisi De⁹ nobis clype⁹ fuerit. Apl's nos in Ephesiis docet q̄les habeam⁹ hostes, qbus item armis illis debeam⁹ resistere. Induite, inqt, vos armaturā Dei, vt possitis stare aduersus insidias diaboli, & huius nequissimi ignea tela extinguere &c. Vocat aūt armaturam Dei, veritatem, iustitiam, pacem, fidem, orationes, gladium spūs, quod est verbum Dei.

Cum venissem autem Troadem propter euangelium Christi, & ostium mihi apertum esset in domino, nō habui requiem † in spiritu meo, eo q non
† spiritui inuenerim Titum fratrem meum: sed valefaciēs eis, profectus sum in Macedoniam.

Absoluto negocio de mœcho, rursus narrationem de sua pfectione instituit, vt Corinthij intelligant, qua ratione ad se non venerit Apl'us. Dicit itaq; Apl'us, se venisse Troadē, non solatij siue animi gratia, sed propter euāgeliū, hoc est, vt ipsis Christum p̄dicaret: ostium em̄ sibi illuc apertū fuisse in dn̄o, hoc est, multos fuisse qbus placeret euāgeliū Christi, vt Chri-

sto

ſto bonam ſementẽ facere potuerit. Cæterum ne & hoc loci Paulo oĩa ex animi ſententia cederẽt, habuit cauſam cur doleret. Non habui, inquit, requiẽ in ſpũ meo, eo ꝙ non inuenerim Titum fratrem meum. Quare in tm̃ deſideratur ab Ap̃lo Titus? Vt in aduẽtu Titi reſciret, quo in ſtatu forent res Corinthiorꝫ. nam Titum ablegarat ad Corinthios, quod ex ſeptimo capite huius patet, cum dicit: Sed qui cõſolatur humiles, conſolatus eſt nos Deus in aduentu Titi. Non ſolum aũt in aduentu eius, ſed etiam in cõſolatione, qua cõſolatus eſt in vobis, referens nobis veſtrum fletum, veſtram æmulationem pro me, ita vt magis gauderem &c. Alia cauſa eſt, cur tãtopere deſiderarit Apoſtolus Titum fratrem ſuum, qm̃ in Troade multi erant verbi Dei auidiſſimi: ſed Paulus ſolus non ſuffecerat, vt pijs inſeruiret, & infideliũ inſolentiã retũderet. Poſtremo, ex hac Pauli narratione Corinthij poſſunt intelligere, ꝙ non mirum ſit, etiam ſi Apoſtolus ad p̃ſcriptum terminum ad ipſos non venerit: qñquidem & Apoſtolo tanto non oĩa ex voto cedere intelligũt. Et Titus proculdubio p̃ſcripſerat Apoſtolo diem, in quo Troade cõuenirẽt: ſed ſua ſpe fruſtratus eſt Paulus: ideoq́ꝫ, qñquidem ſic negocium euangelij poſtulabat, valefaciens Apoſtolus Troadẽſibus, profectus eſt in Macedoniam. De hac p̃fectione, ni fallor, Lucas ſcribit in hæc verba: In Troade viſio per noctem Paulo oſtẽſa eſt: Vir Macedo q̃dam erat ſtans, & deprecans eum, & dicens: Trãſiens in Macedoniam, adiuua nos. Vt aũt viſum vidit, ſtatim quæſiuimus proficiſci in Macedoniam, certi facti ꝙ vocaſſet nos Deus euangelizare eis &c.

Quare tãtopere deſiderarit Titum.

2. Cor. 7.

Obſer.

Acto. 16.

Deo autem gratias, qui ſemper triumphat nos in Chriſto Ieſu, & odorem notitiæ ſuæ manifeſtat per nos in omni loco.

Senſus eſt: Veni in Aſiam, grauatus ſum vltra vires. Veni Troadem, non inueni chariſſimũ meum fratrẽ Titum, & hoc non exiguum dolorem attulit animo meo. Quid igitur? an propterea infœlix ſum? An ne piget pudetve miniſterij? Nihil minus. Non ſolum non dolemus in his afflictionibus, verum

rum etiam gaudemus, non tñ spe futurorum præmiorum, verum etiam horum gratia quæ nunc contingunt, propterea quod hic quoque per has afflictiões clari reddimur & illustres. Itaque tñ abest vt lugeamus ac lamentemur, vt quod agitur, appellemus triumphum. Nam quod aliis videtur ignominiæ, nimirum vndique eiici, hoc nobis videt summi honoris. Dicit itaque Aplus: Deo aũt gratias, qui semper triumphat nos in Chro Iesu. Triumphat porro Christus in Apostolis, cum in oĩbus vincit veritas, cum fides pfidiam vincit, cumque mendacio & superstitiõe subuersis, veritas vbique elucet. Neque enim parum pfuerunt euangelii successui Apostoli afflictiones. Quid eñ est Paulum eiicere, q̃ dare occasionẽ, vt ad multos alios euangelii pdicatio perueniat? Hinc Aplus addit: Deus odorem notitiæ suæ manifestat per nos in oñi loco. Sic qm Iudæi se indignos fecerant euangelio, & hoc à se ppulsauerant, Apostoli conuersi sunt ad gentes. Vide hic euãgelii pdicationem bono odori comparari. Alibi, in euangeliis nimirum, comparatur thesauro, & conuiuio opiparo, item margaritæ, vino quoque pstantissimo assimilatur. Cæterum non absurdum arbitror, hoc loci ex Ambrosio adducere, quare euangelii pdicatio odori bono [illegible]paretur. Sicut q̃dam res, inquit, quæ cum non videantur, per odorem tñ cognoscunt, & intelligis in loco aliquo esse quod non vides: ita & Deus, quia inuisibilis est, per Christum se voluit intelligi, vt pdicatio Chri (q̃ vtique inuisibiliter, sicut ad nares odor, ita ad aures puenit) Deũ patrem insinuaret creaturæ, & filiũ eius vnigenitũ. Hæc ambrosius. Breuiter, Deũ patrẽ i Chro, Chrm in Aplis agnoscim⁹ & intelligim⁹. Nõ possum⁹ negare qn ita sit, queadmodũ Apli docẽt, etiã si illorum certã rationẽ expiscari nobis datũ non sit. Odorẽ sentimus, vnguentũ siue rosam nõ videmus. Disce tu hic, cũ Aplo gratulari de fœlici successu euãgelii Chri: & dolere, si videris somnia pro euangelio Christi promitti.

Acto.13. *Euangeliũ variis rebus comparatur.* *Ambrosius.* *Obser.* *Obser.*

Quia Christi bonus odor sumus Deo, in iis qui salui fiunt, & in iis qui pereũt: aliis qdem odor mortis in mortem, aliis autem odor vitæ in vitam.

Quo-

CAP. II.

Quoniam dixerat, Deum odorem suæ notitiæ manifestare in omni loco per Ap̃los, in eadem perstat similitudine siue metaphora, & dicit, Ap̃los Deo bonum odorem esse, siue ij q̃bus p̃dicatum Euangeliũ fuerit, crediderint, siue non crediderint. Euangelij enim doctrina bona est, sancta est, à quibuscunq; tandẽ vel acceptetur, vel rejciatur. Quod ergo dicit, Christi bonus odor sumus Deo, idem est acsi diceret: Ministerium quo Christi noĩe fungimur, Deo placet, siue nobis credant, siue non credant hoĩes. Euangelium nostrum semp idem est, utcunq; se hoĩes erga illud habeant. Alijs quidem odor mortis in mortẽ, alijs aũt odor vitæ in vitam: Hoc est, alijs est euangeliũ causa vitæ ęternæ, alijs vero causa exitij ęterni: quod non vitio euangelij contingit, sed bonitate vel malitia hominum. Sicut Sol, qui idem atq; vnus est, mollit tamen atq; indurat, idq; subiecti magis causa, q̃ sua natura. Lutum indurat, cerã emollit. Flos vnus atq; idem est, sed mel ex ipso colligit apis, venenum aranea. Ignis quoq; aurum reddit fulgentius, sentes atq; vepres exurit. Et lux cum sit vna atq; eadem, molesta tamen est ægris oculis, puris autem amabilis. Ita & euangelij prędicatio, quantum in se est, neminem occidit, sed omnibus offert salutem. Quod autem in ip[illegible] impingunt multi, vitio fit impingentiũ. Nam & Simeon quoq; Christum dicit esse petram, alijs in ruinam, alijs vero in resurrectionem positam. Breuiter sic rem aperiemus: Paulum Apostolum bene agentem, bene viuentem, iustitiam verbo prædicantem, opere demonstrantem, doctorem mirabilem, fidelem dispensatorem, fama vsquequaq; disseminabat: quidam diligebant, quidam inuidebant. Illi qui amabant, bono odore viuebant: Illi qui inuidebant, bono odore peribant. Credentibus item euangelium cessit ad coronam, incredulis ad suppliciũ. Interim tñ nihilo secius euangeliũ bonus Christi odor est, & prædicatores ob malitiam discipulorum non destituentur sua mercede.

Vide August. Tracta. 50. in Ioan.

Luc 2.

Et ad hæc quis tam idoneus?

Intellige, vt per ipsum Deus odorẽ notitiæ suæ manifestet. Acsi

Acsi diceret: Christi quidem odor vnus idemq́ semper erit, Euangelij prædicatio nunq̃ non bona est: sed non parum refert, quali vasculo ille odor committatur, qualis ille sit, qui Euangelij prædicatione fungitur. Non igitur est, vt quis de profectu euangelij sibi multum placeat, acsi ipse efficiens causa sit q multi saluentur. Dei virtus hæc omnia per nos operatur, si quæ bene fiunt. Sed hac de re statim ab initio tertij capitis sequentis.

Apostolus noster uas electionis fuit ad circunferendum odorem illũ.

Non enim sumus, sicut plurimi, adulterãtes verbũ Dei, sed ex synceritate, sicut ex Deo, corã Deo, in Christo loquimur.

His verbis suam tutatur innocentiam, & pseudoapl'orum traducit malitiam. Non sumus, inquit, sicut plurimi, adulterantes verbum Dei. Quid est adulterare verbum Dei? Ex oppositis hic perscrutari licet: Qui ex synceritate, qui ex Deo, q coram Deo, qui in Christo loquitur, ille non adulterat verbum Dei. Audiamus igitur quo modo Apl's p̃dicauerit, & statim intelligemus malitiam pseudapostolorũ. Nos, inquit, loquimur, ex synceritate, hoc est, nulla in nobis est hypocrisis, nulla simulatio, nullus fucus, sed mera simplicitas: ideoq́ qcquid loquimur, ex animo loquimur: q̊d ore profitemur, pri' corde cõsentimus. Secũdo loquimur ex Deo, Nõ loqmur humana somnia, non p̃dicamus q̃ ratio nostra dictat, sed q̃ Dei sunt. Non inferimus sensum nostrũ in scripturas, sed ex scripturis sensum elicim' & haurimus. Tertio, inqt, loqmur tãq̃ coram Deo, intellige, cui vni studem' placere. Si em̃ hoĩbus placerẽ, ait alibi, Chr̃i seruus nõ essem. Corã Deo itẽ loqmur, hoc est, sic agim' oĩa, acsi Deus ipse iudex incorruptissim' assisteret. Postremo in Chr̃o loqmur, gloriã Chr̃i p̃dicãdo q̃rimus, oĩa in illũ trãsferimus, illũ oĩbus cõmẽdamus. Neq́ em̃ est aliud nomẽ datũ hoĩb' sub cœlo, in q̊ oporteat nos saluos fieri, p̃ter nomẽ Chr̃i &c. Ex his iã discimus, quõ veri p̃cones euãgelij, suas instituãt cõciões: nimirũ, neminẽ docẽdo fallũt: Dei verbũ p̃dicãt: sic agũt oĩa, acsi in cõspectu Dei versarẽt: Chr̃i itã gloriã in oĩbus q̃rũt. Porro plurimi sunt, inqt Apl's, ad-

Adulterare uerbũ Dei.

Caupones uinum p̃pinãt, sed aq̃ mixtũ.

1\. Adulterina moneta argentũ qdẽ habet, sed nihilominus uitiata est.

2\. Hæretici uerbũ dñi p̃dicãt, sed non purum &c.

3\.
4\.
5\.

Acto.4.

adulterantes verbũ Dei, q nimirũ sub prętextu Verbi Dei, qui sub pallio Euãgelij, suas hæreses Ecclesiæ obtrudũt: q nõ simplici animo ꝓdicant, sed aliud corde cogitant, & aliud ore loquunt: q sic agunt oĩa, acsi nullum futurũ esset iudicium, acsi Deus non cõsideraret nec curaret humana. Postremo pseudapostoli illi nõ quærunt gloriam Chr̃i, sed suam ipsius gloriã: nõ instituũt suas cõciões vt Chr̃o credat, sed vt ipsi à multis magni & celebres habeant. De his satis supq;. nolo eñ demonstrationibus iam vti. Ad caput sequens procedamus.

Caput III.

INcipimus iterum nosmetipsos cõmendare? Aut nunqd egemus (sicut quidã) commẽdaticijs epistolis ad vos, aut ex vobis?

Quæ hic Paulus ab initio dicit, intelligenda sunt cum discretione. His eñ verbis declarat, se non nescire qbus modis, quibus item noĩbus à pseudapl̃is apud Corinthios traducatur. Persuadebant enim pseudapl̃i Corinthijs, Apl̃m nõ alio noĩe scribere, q̃ vt se ostẽtaret tam mire supbiendo, vt sese insinuaret, etiã indignũ &c. Vult igitur Apostolus dic[illegible] An ne incipimus nosmetipsos cõmendare, & commẽdando insinuare? Scio qdem ꝙ hoc mihi apud vos qdam impingunt, sed temere. Non eñ recensemus nostra benefacta, vt ad nos plurimũ gloriæ ab hoĩbus veniat: sed longe alio noĩe, nimirũ ad vtilitatẽ vestram, vt scilicet vos audiẽtes synceritatem nostram, fugiatis à malis illis erronibus, q non vestram salutem, sed lucrũ suum venãtur. Non igitur incipimus nosmetipsos, sed potius Deũ in nobis & vobis cõmendare. Is enim cõmendatur, cuius gloria quęritur. Aut nunqd egemus, sicut quidã, cõmendaticijs epl̃is ad vos, aut ex vobis? His verbis rursum notat Apostolus bestias illas falsoapl̃os, q (vt Theophylactꝰ admonet) fingebant epl̃as commendaticias ipsi, quasi ab alijs cõmendarent, vel postulabant cõmendaticias literas ab alijs, quas alibi, vt suæ integritatis testes proferebant, dicẽtes: Videtis ex his literis, quanti qualesve alijs reputemur: Non erit

vobis tutũ contẽnere eos, de q̃bus alij tam magnifice sentiũt. Ad hoc igitur respicit Paulus, dicẽs: Aut nunq̃d egem⁹ (sicut q̃dam) commẽdaticijs ep̃lis &c.? Q.d. A pseudap̃lis traducor q̃si sup̃biã, aut supra modũ glorier. Sed res ipsa indicat, vtra pars ab ambitiõe alienior sit. Illi, q̃cũq; p̃fecturi sunt, ambiũt p̃dicari cũ laude, extorquẽt ep̃las cõmendaticias. ego porro nihil tale cõmitto. Nõ eñ est mihi necessariũ, vt vobis ab alienis cõmender, neq; necessariũ mihi est, vt à vobis alijs cõmender, vt q nõ vsq; adeo obscure hacten⁹ egerim, tam apud vos, q̃ apud alios. Sed rogas q̃re Ap̃ls non ambit ab alijs p̃dicari?

Epistola nostra vos estis, scripta in cordibus nostris, quæ scitur & legitur ab omnibus hominibus.

Hoc est, Mea cõuersatio & ministerium meum sic om̃ibus apertum est, vt neq; vos, neq; alij cogantur plures rogare testes de ingenio vel moribus meis. Immo vos soli Corinthij, mihi satis estis testimonio, quocunq; locorũ peruenero. Epistolis igitur cõmendaticijs nihil opus est nobis. Opus ipsum q̃d operati sumus, cõmendat nos. Corinthum vrbem tot vitijs & sceleribus obrutã, tot delicijs & voluptatibus absorptã, per Euangelij prædicationem e faucibus diaboli eripui, ad'q; Christum cõuerti: à vitæ impuritate, ad puritatẽ & innocentiam traduxi. qui prius idolis & dæmonibus seruiebãt, ad verum vnius & veri Dei cultũ pertraxi, ita vt q prius à cognitione Dei alieni erant, iam in omni sermone & cognitione ditati sint, vt etiam eorum fides cæteros ad agnitionẽ Dei pelliciat. Hæ sunt literæ, quas pro mei cõmendatione, sicubi opus est, depromo & demõstro. Fides & pietas v̄ra, quæ passim ab omnibus cernitur, satis declarat, Apostolus sim an minus. Sic in priori ep̃la dicebat: Etsi alijs non sum Ap̃ls, sed tamen vobis sum. nam signaculum Apostolatus mei vos estis in dño. Sic & hoc loci testatur, Corinthios satis testari de ipso apud omnes, qualis sit, & qualem hactenus se in Apostolatu gesserit. Dicit itaq;: Epistola nostra vos estis, scripta in cordibus nostris, quæ legitur & intelligitur ab omnibus hominibus:

manifestati q̃ estis epistola Christi, ministrata à no

bis,

CAP. III.

bis, & scripta non atramẽto, sed spiritu Dei viui, nõ in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus.

Possent Corinthij obijcere, Quõ nos sumus epistola tua, o Paule? Quõ nos sumus literæ tuæ cõmendaticiæ? Exponit itaq; Apl's, dicens: Quoniã manifestum est oĩbus, vos esse epistolam Chr̃i, à nobis ministratã, & scriptã non atramẽto, sed spũ Dei viui: hoc est, quoniã oĩs populus persuasus est, vos ꝑ ministeriũ meum, ad Chr̃i fidem, Chr̃ianam'q; conuersationem peruenisse. Et hac metaphora ostẽdit Apl's cursum verbi Dei, hoc est, qua ratione Corinthij ad fidem Christianam peruenerint. Corinthij sunt ep'la Christi, & Pauli, & spiritus sancti. A Chr̃o Paulus, quod p̃dicaret, accepit. Sed frustra p̃dicat Apl's, nisi spũs corda auditoꝝ moueat. Et frustra mouet spũs corda lapidea, quæ bene monẽtem audire recusant. Porro vbi corda fuerint carnea, & accesserit Spũssanctus ad Apl'i, q doctus est à Chr̃o, doctrinam, tunc non paꝝ fructus fit. Apud Corinthios igitur oĩa erãt accõmodatissima: Christus, Paulus, Spũs Dei viui, Tabulæ cordis carneæ. Vocat aũt Apl's hoc loci cor carneum, nõ quod carnali innititꝝ prudẽtiæ, vel q̃d carnaliter viuere delectat: sed cor tractabile, flexibile, cui opponitur cor lapideum, cor durum & impœnitẽs, hoc est, durissima voluntas, & aduersus Deũ oĩno inflexibilis. Allusit autẽ Apl's ad locum Ezechielis vbi legimus: Effundã super vos aquam mundã, & mũdabimini ab oĩbus inquinamentis vestris, & ab oĩbus idolis vestris, & dabo vobis cor nouum, & spũm nouũ ponam in medio vestri: & auferam cor lapideum de carne vestra, & dabo vobis cor carneum, & spiritũ meũ ponã in medio vestrũ, & faciam vt in præceptis meis ambuletis &c. Facit & ad hunc Pauli locum, q̃d dñs apud Hieremiam loqtur: Dabo legem meã in visceribus eoꝝ, & in corde eoꝝ scribam eam, & ero eis in Deum, & ipsi erunt mihi in populum. Audimus ergo, q̃ probe Apl'o cum prophetis conueniat, & q̃ nullum verbum in Apl'o superfluum sit. Iam si quis velit hic antitheses ponderare, & hoc non citra fructũ fecerit. Quod atramẽto scribitur, quasi momentaneũ est: q̃d

Nota.

Cor carneum.

Ezec. 36.

Hier. 31.

Obser. spũ Dei scribitur, æternum est. Tu item hic cura, ne pro Spũ Dei viui, spũs nequã tuum cor occupet, neve indelebiles scelerum characteres inscribat. Sed stude cor tuum exhibere satanæ lapideũ & durũ, spũi porro sancto carneũ & flexibile.

Fidutiam autem talem habemus, per Christum ad Deũ, non ꝙ sufficiẽtes simus cogitare aliqd à nobis, quasi ex nobis, sed sufficiẽtia nostra ex Deo est.

Quoniã Apls dixerat, Corinthios per ministerium suum ad fidem Chri conuersos, ne qs ipsum insimularet arrogantiæ, statim mitigat q̊d dixerat, & ait: Nemo me existimet eiusmodi imprudentẽ hominem, q nesciat se suo metiri pede. Mea gloriatio non eo tendit, quasi ex meis proprijs viribus qd eximij præstiterim, quasi verbis meis, & non potius Christi virtute vos ad fidẽ Chri perduxerim: sed fidutiã talem habemus per Chrm, hoc est, Chro nobis suggerente, ꝙ non sufficientes simus cogitare aliqd à nobis, quasi ex nobis, sed sufficiẽtia nostra ex Deo est. Sic & in Philippensiũ epla dicit: Deus est q in nobis opatur & velle & pficere, pro bona voluntate. Porro nemo ex loci huius ꝑpostera interpretatione in illam hæresim cadat, vt existimet oĩa ex mera necessitate fieri, vel hoĩem in bonis operibus nihil agere, sed tãtum pati: quo impudẽtiæ qdam huius seculi hoĩes prolapsi sunt. Operatur qdem Deus potenter in nobis, sed nõ sine nobis. Quod si mihi nolueris credere, vel ipsi Paulo crede, q paulo suprà ostendit, Corinthios qdem esse eplam Chri, hoc est, ad fidẽ Christi cõuersos, sed ministerio suo, hoc est, per Pauli prædicationem. Sed vnde Paulo sua ꝓdicatio? Ego plantaui, Apollos rigauit, Deus autẽ incremẽtum dedit. Et rursum: Plus om̃ibus laboraui, nõ qdem ego, sed gra Dei mecum. Verũ de hoc negocio, suo loco abunde disputabimus. Inquit ergo Apostolus, Sufficientia nostra ex Deo est: & addit,

Phil. 2.

Qui & idoneos nos fecit ministros noui testamenti, non literæ, sed spiritus. Litera enim occidit, spiritus autem viuificat.

Si

CAP. III.

Si quæras à Paulo, quō oīs sufficientia nr̄a ex Deo sit: iam ostendit, dicēs: Quoniā ipse Deus nos fecit ministros noui testamenti, q quātum in nobis est, nihil eramus. Sic alibi Chr̄s, ex piscatoribus pisciū, pollicetur se facturū piscatores hoīm. Sed singula Apl̄i nr̄i verba pōderanda sunt. Multi q̄dem ministri sunt noui testamēti, sed nō omnes idonei. Apl̄s autem se in numerū idoneorū ponit, illi eñ vere idonei sunt, q̊s Deus idoneos facere dignat. Porro Apl̄s iam instituit facere collationē noui & veteris testamenti, & vtriusq; ministrorū. & vocat se ministrum nō veteris, sed noui testamenti, in quo nimirum Deus pollicetur remissionē peccatorū, per Chr̄m redemptorē nostrum. Sed q̄d est q̊d dicit se ministrū non literæ, sed spūs? Ministri veteris testamēti, solam literā exhibuerūt, hoc est, tantū ostēderunt, q̄d nos facere oporteat: sed ministri noui testamenti ostēdunt, vnde nobis vires suppeditentur ad legis impletionē efficaces. Præstat ergo minister noui testamēti, ministro veteris testamēti. Ad hunc locū Pauli opinor ptinere, q̊d apud Ioannē legim⁹: Lex per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christū facta est. Porro quantum distet gr̄a à lege, q̄s nō videt? Lex iubet, gr̄a opatur. Ergo q gratiæ p̄cones sunt, præstant illis q tantum p̄cipiunt. Moyses q̄dem multa præcipit, & trāsgressoribus mortem minatur: sed nō ostendit, q̄ medio lex impleatur. Moyses item minister est literæ, accepit eñ Legem, maxime Decalogum literis exaratum. Paulus nullas literas accepit, sed Spūmsanctum, q in corde ipsius Euāgelium exarauit. Adde q̄ per impositionē manuum apl̄icarū, spūssanctus dabatur interdū etiam specie visibili, (hoc testatur historia de Simōe mago) q̊d de Mose vel reliq̄s prophetis nō legimus. Neq; eñ vnquā dn̄s dixit alicui veteris testamēti, q̊d apl̄is Chr̄s: nimirū, Quorūcunq; remiseritis peccata &c. Ex his ergo satis cōstat, q̄ p̄stet Paulus Mose. Nihil igitur agunt pseudapostoli, q sic iactant atq; extollunt Mosen, quasi citra huius adminiculū nemo saluari possit. Postremo nō prætereundū silentio, q̊d Apl̄s scribit, Litera occidit, spūs autem viuificat. Quis eñ & hic non videt magnum discrimen? Aliud certe est occidere, aliud viuificare.

Collatio noui & veteris testamenti.

Vide Augustinum contra aduersarium Legis & pro. lib. 2. cap. 7.

Ioan. 1.

Ioan. 20.

Quod Mosaici pcones ostentant, occidit: quod Apli prædicant, viuificat. Iam igit quærēdum, quō litera occidat, & quō spūs viuificet. Litera occidens, de qua Apl's hoc loci loqtur, vniuersa lex Moysi est, siue Decalogus, siue alia mādata. Hæc eñi faciunt, vt sciamus & noscamus peccatū, nō vt caueam⁹: & magis augēt peccatum, q̃ minuunt. Lex eñi tantum ostendit qd nos facere oporteat, qd à nobis fieri velit De⁹, minatur item transgressoribus pœnā. Quod si lex nō esset, aut nō peccaretur, aut certe leuius peccaret. Vbi eñi non est lex, ibi nec transgressio, sicut alibi Paulus dicit. Et rursum: Virtus peccati lex. Sic eñi nos hoïes natura ad malum pcliues sumus, q̄ si etiam accesserit lex, quæ, quod naturā delectat, prohibet, iam nitimur in vetitū semp, cupim⁹q́; (vt ille ait) negata. Quid igitur aliud facimus, q̃ q̊d cōtra stimulū calcitramus, in ipsamq́; mortem æternā nosipsos pcipitamus? Porro hoc non facit proprie lex, quę bonitatē nr̄am desiderat ac postulat, sed malitia nr̄a natiua, quæ & legem & legislatorē odire solet. Iam qs nesciat, hos tales mores ædificare q̃ maxïe ad gehennam? Recte ergo Apl's dicit, Litera occidit, cum à nobis postulat, à q̊ natura abhorremus. Spūs autem viuificat. Quō viuificat, inqs? Ostendam quantum Dñs dederit: Spūs ille sanctus, quem nobis per pdicationem Verbi sui immittit Deus, sic trāsformat hoïem, vt incipiat diligere non tam Deum legislatorē, q̃ legē ipsam: taliq́; hoïem accēdit dilectione, vt oïa quæ nouit Deo placere, facere attentet, etiamsi nulla lex tale qd præciperet. Quod si etiam trāsgreditur per infirmitatē Dei mādatum, nihil tamen desperat, sed semp meliora sperat: proponens resarcire, q̊d antea neglectū fuerat. Hæc nemo facile intelliget, nisi antea ppenderit, q̃ ægre Iudęi bene opati fuerint, & q̃ impigre Chr̄iani bene monētem audierint, & obtēperauerint. Iudæo difficile est, nō occidere, non malum p malo reddere. Chr̄ian⁹ porro nō solum nō occidit, sed nec irascitur, immo benefacit suis malefactoribus, aliena nō inuadit, sed etiam propria distribuit. Cui (obsecro) obscurū est, qualis fuerit Petr⁹ ante Spūs missionē? Sed post acceptum spūmsanctum, qd illi difficile? Ante acceptum Spūm, prorsus muti ac surdi sum⁹ ad

Litera occidēs

Spiritus viuificans.

CAP. III.

ad bona opa: sed q̃ primum spũsancto pfundimur, statim reuiuiscimus, & oia membra suum officium faciũt. Pulchre D. Augustinus literę & Spũs discretionē alibi ponit. Litera occidit, Spũs viuificat. Lex sine litera dicit, Fac q̃d iubeo: Spũs dicit, Do quod iubeo. Litera terret, Spũs delectari facit. Ex litera timemus Deum, ex fide speramus in Deũ. Litera docet ac minat, Spũs adiuuat & sanat. Litera & Spũs, alibi apud Paulum vocãtur, lex opeꝝ & lex fidei. Inuenimus & vetustatem literæ, & nouitatem Spũs, apud eundem Aplm, qua de re fortasse aliàs. Hæc prout dñs dedit, de discrimine Literæ & Spiritus disputauimus. Pauli scopus est, Corinthios adhortari, ne patiãtur se seduci ab Euãgeliȷ̃ doctrina, ad Iudaicam siue Mosaicam legem. Quid em̃ Mosaici illi p̃cones aliud prædicant, nisi ꝙ debitores simus vniuersæ legis, nec tamen ostendunt, vnde nobis suppeditentur ad legis impletionem vires? Apostoloꝝ aũt prędicatio longe plausibilior est, cum docet Christum pro peccatis nostris mortuum, eũdemq́ꝫ nobis donare Spiritum sanctum, qui nos idoneos facit ad ministeriũ Dei &c. Sed videamus sequentia:

Augustinus de Spiritu & litera.

Quod si ministratio mortis, literis deformata in lapidibus, fuit in gloria, ita vt nõ possent intendere filiȷ̃ Israel in faciem Moysis, propter gloriã vultus eius quæ euacuatur, quomodo nõ magis ministratio spiritus erit in gloria?

Rursus cõfert Legem cum Euãgelio, ostendẽs Euangeliũ primas tenere. Quod si lex Moysi, inq̃t, nõ caruit gloria, certe Euãgelium cõtemni nõ poterit. Lex em̃ quæ trãsgressores mortis reos fecit, tãtum insculpta fuit lapidibus duris. Euangelium autẽ cordibus fideliũ inscriptum est. Lex, mortis occasio: Euangeliũ, vitæ occasio existit. Iam si Moses adferens legem illam in lapidibus sculptã, sic glorificatus est, vt nõ possent intendere filiȷ̃ Israel in faciem Moysis, propter gloriam vultus eius, quæ tamen gloria, hoc est, q̃ splẽdor euacuabilis, non semper durabilis erat: q̃d de Euangeliȷ̃ ministris sentiendum,

dum, quorũ prædicatio nõ tantum vitam, ſed etiam ipſius vitæ authorem, hoc eſt, ſpũm ſanctum credẽtibus adfert? Gloria legis, externa eſt: gloria vero Euãgelij, tanta eſt, vt videri oculis carnis non poſſit, ſed tantũ credi debeat. Adde, gloria Moſis, hoc eſt, legis, caduca erat: gloria euangelij, ęterna eſt.

Nam ſi miniſtratio dãnationis in gloria eſt, multo magis miniſteriũ iuſtitiæ abundat in gloria.

Alia qdem ſunt verba quæ dicit, ſed ſenſus idem: Moyſen cum ſua lege, quantũuis (ſenſu p̃dicto) mortifera, nemo calumniatur, nemo vilipẽdit: ſed glorioſus, ſed precioſus, ſed magni noĩs eſt. Quis igit̃ non magnificiat eos p̃cones, quorũ p̃dicatio iuſtitiã, ſalutẽ, & vitã ęternã hoĩbus cõfert? Lex, vt Paulus alibi dicit, irã opatur: Euangeliũ autẽ virtus eſt ad ſalutẽ omni credenti. Dignũ itaq; eſt, vt Euãgelio lex cedat. Addit Apl's:

Nam nec glorificatum eſt, quod claruit in hac parte, propter excellentem gloriam.

Quid vero, inquit, multis opus? Hoc certum eſt, legis quidem gloriam, quantũuis præclaram, nullam videri, ſi conferatur gloriæ Euangelicæ, quæ lõge eminentiſſima eſt. Lex qdem, vt ad Romanos Apl's dicit, ſancta eſt, & mandatũ ſanctum & iuſtũ & bonum: ſed Euangelium longe pręſtantius, Euangeliũ longe melius & ſanctius. Legem qdem non cõtemnimus, ſed Euangeliũ præferimus. Qui aurũ vel gẽmas extollit pro merito, nõ ideo putandus eſt vilipendere vel porro contẽnere argentum vel ſilices. Luna habet lumen ſuum: ſed ſplendor ſolis longe clarior eſt. Errãt igitur Manichæi, q Legem cum Moyſe reijciunt. Neq; eñ malã iudicat Apoſtolus legem, etiam ſi huic Euangeliũ præferre nõ dubitat. Lex bona eſt, & bonitatem iubet. Euangeliũ melius eſt, quoniã non tantum bonũ iubet, ſed vt hoc fiat, etiam iuuat & opitulatur. Proinde Apoſtolus dicit: Quid veterẽ legem cum noua contulerim, cum ſit tanta nouæ præſtantia, vt ſi quis propius conferre velit, nihil omnino habere dignitatis videat̃ vetus lex, quantumuis etiam ſua non careat gloria? Addit Apoſtolus:

Si

Si enim quod euacuatur, per gloriam est: multo magis quod manet, in gloria est.

Non negamus, inquit Apostolus, aliquam nec minimam veteris legis fuisse gloriã, immo libenter accipimus. hoc em̃ concesso, nemo amplius gloriam Euãgelij negare poterit. Si enim lex quæ vni tantum populo data est, & sic data, vt non perpetuo subsisteret, sed foret temporaria & antiquabilis: si, inquam, talis lex aliquã habuit gloriã, qualiscunq; tandẽ ipsa gloria fuerit: quis dubitare poterit, Euangelium (quod non vni, sed multis populis datũ est: q̊d nõ peribit, nõ antiquabit, sed æternũ est) longe maiorẽ accepisse gloriam? Hãc collationem Paulus ipse in Hebræis pulcherrime prosequitur cap. 2. & 3. immo per totam ferme Epistolã nihil aliud agit.

Habẽtes igitur talẽ spem, multa fidutia vtimur: & non, sicut Moyses ponebat velamen super faciẽ suã, vt nõ intenderẽt filij Israel in faciẽ eius q̊d euacuatur. sed obtusi sunt sensus eorum.

Quoniam, inquit, talem habemus spem, nimirum ꝙ ministerium nostrum, ministerio Mosis longe præstat, & q̊d Mosis prædicatio occidit, nostra aũt prædicatio viuificat, multa fidutia vtimur, omnia liberrime eloquimur, nihil vobis occulimus. Nõ mouet nos importunitas quorundam pseudapostolorum qui Mosen iactitãt, nõ terrent nos infideliũ minæ, non fatigamur tandẽ infinitis tribulationibus & persecutionibus, sed multa libertate prædicamus Christũ, & hũc crucifixum esse. Non facimus sicut Moyses, q populo loquuturus, ponebat velamen super faciẽ suã, vt non intenderẽt filij Israel in faciẽ eius q̊d euacuatur. Magna em̃ (vt diximus) differẽtia est inter Mosen & Paulũ, inter carnales Israelitas & Corinthios. Neq; caret mysterio, ꝙ Moses tum coactus fuerit velare faciẽ suam ob hebetudinem sensus Iudęoꝝ. Nondum erãt capaces, vt possent intelligere voluntatẽ dñi sui. Porro Corinthij sic adoleuerũt in Christi fide, vt Paulo & liberum

aaa &tu-

& tutũ fuerit, palàm ipsis prædicare Euangelium Christi. Iudæi vmbrã habẽt, nos aũt ipsam imaginẽ. Illi agnũ paschalẽ venerant, nobis Christus agnus verus est. Illi sanguine brutorũ animalium adspergunt, nos aũt sanguine Christi abluimur. Si Moyses dixisset aptis verbis, q̃d futurũ esset de Chr̃o, impune non dixisset, sed quasi blasphemus, lapidatus fuisset. Sed Ap̃ls noster aperte oĩa cõfitetur apud suos Corinthios, Iudæorũ eñ sensus obtusi erãt, Corinthij aũt intellectũ suũ captiuauerãt in obseqũ Chr̃i. Sed de his statim in sequentibus.

Vsq; in hodiernum enim diem, idipsum velamẽ in lectione veteris testamenti manet non reuelatũ, q̃m in Christo euacuat̃: sed vsq; in hodiernũ diem, cũ legit̃ Moyses, velamẽ positũ est sup̃ cor eorum.

Prosequitur Apostolus q̊d de Moyse ex veteri testamento adduxerat, & interpretat̃ quid significet velata Mosis facies. Porro sensus hic est: Iudæi veteris testamẽti, nõ potuerunt intendere in faciem Mosis, hoc est, nõ syncere intellexerunt, quæ ab illo dicebãtur. Et q̊d factũ est in Iudæis iã olim vita defunctis, hoc ipsum & in Iudæis accidit qui nobis iam conuiuũt. Nã & hi velamen habẽt, quo impediunt̃ à cõtemplatione vultus Mosis, hoc est, etiam si audiant hodierna die Mosis legẽ, non intelligũt, quia nõ credũt. Huc pertinet q̊d
Ioan 5. alibi Christus Iudæis dicebat: Si crederetis Moysi, crederetis & mihi: de me eñ ille scripsit. Si aũt illius literis nõ creditis, quomodo verbis meis credetis? Cæterũ q̄ Iudæi nõ credunt legi, nec intelligũt legẽ: nõ lex in causa est, sed Iudæorũ malitia & stupiditas. Moyses enim nõ ponebat velum sup̃ faciẽ suam suaipsius causa, sed Iudæorũ. Hos mouebat & confundebat splendor faciei, nõ Moysen: q̃d vt doceret Ap̃lus, iam scribit velamen nõ sup̃ faciem Mosis, sed sup̃ corda Iudæorũ positũ. Quod velamen à solo Christo cõmode remoueri potest, sicut Ap̃lus statim docebit. Porro hæc quæ Ap̃lus iã dicit, nõ possunt clarius intelligi, nisi q̃s animaduertat, q̃ difficile sit, Iudæũ persuadere vt Christum amplectatur.

Cum autem conuersi fuerint ad dominum, aufe retur velamen. Dominus autem spiritus est. Vbi au tem spiritus domini, ibi libertas.

Modum his verbis explicat, quo in viam possent Israelitæ reduci: cum ad dñm, inquit, fuerint conuersi, hoc est, cum à le ge defecerint, & ad euangeliū se cōtulerint spūale, tunc haud dubie operimentum illud aut velamen tolletur, hoc est, intel ligent apertissime qualis sit cōditio tam legis q̃ euangelij: in telligent item, ꝙ legē implere non possint, nisi per dñi spm̃, & ꝙ Christus non tm̃ iubeat sicut Moses, sed etiā iuuet ope rantem. Breuiter, lex vetus à solis Chrianis & intelligi & im pleri potest. Sed quid est quod sequitur in Apostolo, Dñs aūt spūs est? D. Chrysostomus ipsum spm̃sanctum hic intelligit dñm ab Aplo vocatum, vt spūssanctus, q & dñs & vnus cum patre & filio Deus, opponatur Moysi, qui fuerat famul⁹ tm̃. Iam nō est dubium quin dominus præstet famulo, quin spūs sanctus qui legem suam in cordibus nostris scripsit, maioris virtutis sit, quàm famulus quantumuis magnus & preciosus. Iam sequitur: Vbi autem spūs dñi, ibi & libertas. Qui Mosen solum audire iuxta literam volunt, Mosi similes efficiūtur, ni mirum serui, importabili onere legis oppressi. Qui autem spi ritum domini in cordibus suis habent, hi non serui sunt, sed liberi: non odiunt legislatorem, sed amant: non operant for midine pœnæ, sed virtutis amore. Hæc est enim tandem ve ra libertas Christianorum, quando liberati à peccato, serui si unt iustitiæ, non quando laxatis habenis, in omne nefas præ cipites currimus. Huius rei nos Aplus alibi admonet, dicens: Vos in libertatem vocati estis fratres: tm̃ ne libertatem in oc casionem detis carnis, sed per charitatem spūs seruite inuicē. Et rursum: Dico aūt in Chro, spū ambulate, & desideria car nis non perficietis. Caro enim concupiscit aduersus spm̃, & spūs aduersus carnē &c. Et iterum: Si spiritu ducimini, non estis sub lege, hoc est, non opus habetis lege. Nam qui ex sese suo fungitur officio, huic quid opus est pædagogo? Sic & in

Videtur hic locus nō carere Antipophora: Potuissent em̃ Pseudapostoli obijcere: Quō pōt qs videre in faciem dñi? In Mosis faciē ꝓspic͡re nō videt impossibile, quū hō sit: Sed quō possumus in Christi faciē oculos nostros cōuertere? Respondet Apostolus: Dñm spm̃ eē, ideoq; carnalibus oculis minime videri &c. Quod si q̃ras, quō alijs oculis viderī possit? Rñdet, Spm̃ dñi tali libertate nos donare &c.

Vera Christianorū libertas

Gal.5.

hac nostra epistola Paulus dicit: Vbi spūs, ibi libertas. Spūs em̃ dñi sic agit hoīem quē possidet, vt plus p̃stet q̃ lege p̃scribatur. A dissimili probabimus institutū. Qui à malo spū agit, contra oēm legem operat: huic non suffecerit hoīem odire, nisi etiam extinguat: neq; homicidio illius malitia satiata est, sed malit etiam peius in exangue corpus sæuire &c. Breuiter, nullum est scelus à q̊ abhorreat. Ita e contrario q spū Dei bono ducitur, non sat habet hoīem non odire, nisi & ardentiss. amet, & magis dandis q̃ accipiēdis beneficijs sibi hoīem conciliet, longe supra legē philosophetur. Sed de vera & Christiana libertate suo loco.

Nos vero omnes, reuelata facie gloriam domini speculantes, in eandem imaginem transformamur à claritate in claritatem, tanquam à domini spiritu.

Sensus est, Qm̃ nemo veram Dei gloriā cognoscere potest, nisi conuersus fuerit ad Christum, nos aūt ad eum cōuersi sumus, & in ipsum credimus, ideoq; nullum velamen cordibus nostris impositum est, sed reuelata facie & apertis oculis intuemur gloriam & claritatē Dei, tum in nobis ipsis, tum etiam in alijs qui Christo nomen dederunt. Neq; solum intuemur claritatem Dei, sed etiam transformamur de claritate in claritatem, hoc est, quotidie clariores efficimur. Iam qdem filij Dei noīamur & sumus, sed nōdū apparuit quid erimus. cum enim apparuerit, similes ei erimus. Et iam videmus per speculum, sed tunc videbimus eum sicuti est. Cæteꝝ hæc trāsformatio, quæ est de bono in melius, non à nobis fit, sed à dñi spū, ne qs in semetipso tm̃ glorietur, sed q gloriatur, in dño glorietur. Hæc pro verboꝝ Pauli interpretatione, q̃ntum datum est. Porro apertiora erunt oīa, si referant ad tēpora primitiuæ ecclesiæ, s. qñ Apl'us hęc scripserit: tum enim magis lucebat & apparebat gloria, qua dñs Iesus dignabatur suos fideles, nimiꝝ qñ tam varijs spūsancti donis pollebāt fideles, qñ vmbra Petri sanabat ægrotos, qñ sudariolis Pauli expellebātur dæmonia, qñ item spūsanctus visibili aliq̃ & sensibili specie Chrianis dabatur. Hæc certe magna sunt & satis preciosa,

Videl huc facere q̃d in Actis de Paulo legimus, squamas decidisse ab oculis eius: Acto. 9.

sa, sed quasi vilia, si conferant illis donis quæ adhuc manent fideles in futuro seculo. talia eñ hæc sunt, q̃lia oculus non vidit, nec auris audiuit &c. Primitias eñ tñ accepim⁹, nõ totã messem. Hactenus non solutũ est ꝑmissum, sed spũssanctus q̃ pignus est ꝑmissoris, sic nos certificat, vt nihil dubitare possimus. Sed de hoc hactenus, ad caput quartum properemus.

Caput IIII.

IDeo habentes hanc ministrationem, iuxta quod misericordiã consecuti sumus, non deficimus, sed abdicamus occulta dedecoris, nõ ambulãtes in astutia, neq; adulterantes verbum Dei, sed in manifestatione veritatis, commendantes nosmetipsos ad omnem conscientiam hominum coram Deo.

Cum Apl̃us multa & magna de Apl̃orum dignitate ꝑdicasset, esset'q; iam illos longe Mosen ꝑstare profess[illegible], corripit tandẽ & moderatur quod de seipso & reliquis Apostolis iactitasset: dicit'q; se non meritis suis, sed misericordia Dei huc venisse, vt rite fungi possit suo ministerio. Sed ad verba Apostoli. Qm̃ igitur tale ministerium accepimus, quod ministerium Mosis longe post se relinquit: & accepimus non meritis nostris, sed ex gratia, iuxta quod misericordiam sumus à Deo consequuti, non deficimus, hoc est, non segnescimus, non cedimus malis, neq; pudet, neq; pœnitet nos nostri ministerij. Sed abdicamus & reijcimus occulta dedecoris, hoc est, non moranť probra quę pseudoprophetæ occulte nobis obijciunt: mentiunť enim in nos, impie calumnianť. Addit, non ambulantes in astutia, neq; adulterantes verbũ Dei. His reddit causam, quare non moueať pseudoprophetarũ latratibus: qm̃, inquit, in nobis nullus est astus. Wir gand nitt mit finantzen vnd losen zotten vmb. nulla vtimur vafricie, nullo dolo, quod q̃dem facta nostra adtinet. Dein quantum verba

refert,non adulteram⁹ verbum Dei, non falsa veris permiscemus,non sub prętextu euangelij somnia nostra p̄dicamus:sed purum putum'q; euangeliũ,sicut à Chr̄o accepimus,ita & p̄dicamus. Vnde subdit:Sed in manifestatione veritatis,cõmendantes nos ad oẽm conscientiã hoĩm in conspectu Dei.Hæc ad superiora referẽda sunt,vbi epistolis cõmendaticijs se egere negauerat.Manifestatione veritatis,inquit, me oĩm hoĩm cõscientijs cõmendo:nam sicubi sunt,qui vel veritatis sunt cupidi,vel luce veritatis perfusi,plane agnoscunt me veritatem p̄dicasse:quam sic p̄dicaui,vt non solum hoĩes nõ formidem, quod ad fidem adtinet,sed nec Deum ipsum. Obseruandum hoc loci,q̄ Ap̄lus non ad hoĩes,sed ad conscientias hoĩm appellat.Multi eñ vel inuidia vel malitia moti & excæcati,nolũt agnitæ veritati testimonium reddere, ita vt à p̄pria ipsorũ cõscientia arguant. Obseruandũ item, q̄ oĩa quæ Ap̄s in sui cõmendationẽ adducit,sic adducit,vt intelligamus his pseudapostolos argui.

Vide August. Con.Aduer, Leg.& Prophe.li.2.ca.7.

Quod si etiam opertum est Euangeliũ nostrum, in ijs qui pereũt, est opertum, in quibus deus huius seculi excæcauit mentes infideliũ,vt nõ fulgeat illis illũinatio euãgelij gloriæ Christi, q est imago Dei.

Qm̃ Ap̄lus dixerat,se tam syncere euangeliũ Chr̄i p̄dicare,vt nulli⁹ fugiat subire iudicium, modo iuxta testimonium cõscientiæ iudicare velint hoĩes,non ex malitia,neq; ex inuidia:Euãgeliũ enim Chr̄i tam p̄bum tam'q; incorruptum est, vt nullius vereatur iudicium,modo vere iudicetur.Iam itaq; ne quis obijceret Ap̄lo,euãgelij p̄dicationi vbiq; contradici, & illud innumeros habere aduersarios:addit,Quod si euangelium opertũ est,hoc est,si à q̄busdã non acceptatur,si non ab oĩbus intelligitur,in ijs est opertũ,hoc est,hi solum aduersantur, in q̄bus deus huius seculi excæcauit mentes infidelium,vt non fulgeat illis euangelij gloriæ Chr̄i illuminatio.Solis q̄dem lumẽ idem est,sed non ab oĩbus æque p̄batur.Euangelij p̄dicatio clara est, syncera est, palam'q; testatur gloriam Chri-

D. August. sic distinguit: Deus, excęcauit mẽtes infideliũ huius seculi. Con. Fau. [illegible] ca.2 Et [illegible]us lib.3. [illegible]

Christi: sed quidam infideles sic excæcati sunt à deo huius se culi, hoc est, à satana, vt nolint intelligere, cum tamẽ facilime possint: immo etiamsi intelligant, tñ nolũt profiteri: q̃d non euangeliũ facit, sed illoꝝ cæca malitia, & malitiosa cæcitas. Exemplis, quod obscuꝝ est, aperiemus. In euangelio Iudæorum proceres apertis oculis videbãt Chr̃m eijcere dęmonium, nec aliter illoꝝ conscientia testabat̃, q̃ hoc diuina virtute fieri: nihilominus tanto odio ardebant in Christum, vt mallent principi dæmonioꝝ id miraculi tribuere, q̃ Christo. Ecce vident fieri, quod infectum dicere non possunt: at sic excæcati sunt propria malitia, vt nolint fateri verum esse, q̃d ipsorum cõscientia arguebat falsum non esse. Huc pertinet quod apud Ioannẽ euangelistã legimus: Ex principibus multi crediderunt in Iesum, sed propter pharisæos non confitebant̃, vt e synagoga non eijcerent̃. dilexerunt enim gloriam hoĩm magis q̃ gloriam Dei. His verbis satis aperitur, q̃lis sit illa excęcatio, de q̃ Apl's hic loquit̃. A satana excæcant̃, nõ à Chr̃o. Propria malitia pereũt, non occasione euangelij. Cæteꝝ ꝙ Apl'us hic vocat illuminationẽ euangelij gloriæ Chr̃i, ea ratione fit, vt ostendat, euangeliũ non solum p̃dicare & palàm facere infirmitatem Chr̃i, sed etiam gloriam, hoc est, diuinitatem Christi: Infideles porro, quæ de infirmitate & humilitate Chr̃i p̃dicant̃, facile admittunt: sed q̃ illius gloriam testant̃, impudentissime reijciunt: nihil moti, ꝙ euangeliũ, sicut humilitatẽ Chr̃i non tacet, ita aperte ipsius gloriam & diuinitatem ꝓtestatur. Nec caret ratione, ꝙ Chr̃m hoc loco vocat imaginem Dei. Ne enim pseudapl'i obijcerẽt, se q̃rere in oĩbus gloriam Dei patris, ideoq; se nullo pacto errare posse, ideo addit Apl'us, Chr̃m imaginem esse Dei patris, vt q amat patrem, filium calumniari non possit. Dicitur aũt Chr̃s imago patris, qm̃ in ipso discimus qualis sit pater, nimiꝝ ęquus, misericors, benignus &c. Huc ꝑtinet quod Christus alibi ad Philippum dicit: Philippe, q videt me, videt & patrẽ meum. Ioan. 12.

Non em̃ nosmetipsos p̃dicamus, sed Iesum Christũ dñm nostrũ: nos aũt seruos vestros per Christũ.

Vi-

Videmus in his verbis Apostoli nostri humilitatem, q se nō dñm, sed seruum Corinthiorꝝ vocat. Primū aūt se liberat ab oĩ adulationis specie, asserens se nihil p̄dicare ob metum vel spem à Corinthijs, sed oĩa iuxta vocationē suam. Non eñ nosmetipsos p̄dicamus, sed Iesum Chr̄m dñm nostrum, hoc est, non p̄dicamus q̄stus gratia, vel ambitionis studio, sed in oĩbus conamur ꝓuehere gloriam Chr̄i. Alij, pseudoapl̄os puto, non p̄dicant Chr̄m, q̄nquidem in p̄dicando non Chr̄i, sed suā gloriā q̄runt, sed semetipsos p̄dicant, vt magni æstiment, vt delicate alant, vt oĩbus alijs p̄ferant. Sic suam instituunt p̄dicationem, vt neminē offendant, sed oĩbus b̄nplaceant. Breuiter, sic p̄dicant, vt sint extra oĩe piculum. Nos aūt, inquit Apl̄us, p̄dicamus Chr̄m, ad hunc vos ablegamus, huic volumus obedientes sitis. Nec magna noĩa nobis venamur apud vos, sed fatemur nos esse seruos vestros ꝑ Chr̄m: Chr̄i legatione fungimur apud vos, huius mandata vobis proponimus, huic placere ante oĩa studemus, non q̄rimus nostra. Proinde si qui nos oppugnant, & p̄dicationi nostræ cōtradicunt, non nos, sed Christum impugnant, quem impugnare non licebit impune. Sed hæc intellectu facilima sunt.

Quoniam Deus qui dixit de tenebris lumē splendescere, ipse illuxit in cordibus nostris ad illuminationem scientiæ claritatis Dei, in facie Christi Iesu.

Possent pseudoapl̄i Paulo obijcere: Nōne & tu in Mosi lege erudit⁹ es, & Iudaice vixisti? Qui ergo factū ē, vt tu sol⁹ sapere incepis? An tu sol⁹ albę gallinæ filius? R̄ndet Apl̄s: Laborauimus & ipsi q̄ndam eadē cæcitate, qua laborant adhuc ꝗdam. Nec nobis lucem hanc peperimus, sed Deus, cuius iussu primū condita est lux, discussis animi nostri tenebris, iussit illic emicare lumē veritatis: quin ipse potius illuxit cordi nostro, ad illuminationē scientiæ claritatis Dei in facie Christi: hoc est, vt vere intelligeremus & cognosceremus claritatem Dei, quæ in Christo Iesu, vt in viua imagine, repræsentatur. Non erat meaꝝ virium, tenebras ignorātiæ excutere, inquit, sed ei, qui statim à condito mūdo lucem discreuit à tenebris,

non erat vel impossibile, vel difficile expellere ignorantiã no strã, vt iam Christianus factus aliter sapiã, q̃ existẽs Iudęus sapiebam olim. Proinde qui illuminari petit, vires suas negli gat, & gratiã Dei ambiat, dicens cũ Propheta: Illumina ocu- los meos, ne vnquã obdormiã in morte. Et iterũ: Da mihi in- tellectũ, vt discam mandata tua &c. Psal. 12. Psal, 118

Habemus aũt thesaurũ istum in vasis fictilibus, vt sublimitas sit virtutis Dei, & non ex nobis.

Rursum cõmendat Apostolus Dei gratiã, & suã ipsius tra ducit infirmitatẽ. Habemus thesaurũ istum in vasis fictilibus, siue testaceis, Euangelij veritatem & cognitionem, quã pau- loante & bonũ odorem, & lucẽ vocauit, iam vocat thesaurũ, sicut & vere inæstimabilis thesaurus est. Vasa testacea vocat corpus humanũ, q̊d caducũ, corruptibile & terreũ est. Fate- tur itaq; Apostolus se imparem suis viribus ad functionem præclarã prædicãdi Euangelij, sed Deũ esse satis potentẽ, vt etiã per infirmissimos quosq; sua munia exequatur. Addit Apostolus: Vt sublimitas virtutis, hoc est, efficacia & profe- ctus Euãgelij, non sit ex nobis, sed ex Deo: hoc est, nõ nostra, sed Dei laus crescat. Igitur quantũ nos adtinet, impares su- mus, & frustra laboramus: sed quantum Deum attinet, nihil nobis erit difficile, quod & sequẽtibus statim probabit. Ob- seruandum ꝙ Apl'us hoc loci dicit, nos circunferre thesaurũ hunc euangelicæ veritatis in vasis testaceis, ne de munere no bis collato gloriemur, vel supra modũ præsumamus, sed hu- miles simus, rogantes dominum, vt ipse, quod largitus est be nigne, benignius in nobis conseruet.

In oĩbus tribulationẽ patimur, sed nõ angustia- mur: Aporiamur, sed nõ destituimur: Persecutionẽ patimur, sed non derelinquimur.

Instituit iã Apl's de tribulatiõibus suis scribere, ostensurus q̃libus difficultatibus vasa illa fictilia vexent: vexent, inquã, sed nõ vincant. Sed paucis expediem⁹. In oĩbus tribulationẽ patimur. Quid est, in oĩbus? in inimicis, in amicis, in necessa-

xijs,in alijs vsib⁹,ab hostibus,à domesticis,domi, pegre,tribulatiões nos inuadũt, sed nõ angustiamur,nõ reddimur anxij, nec pudet nec pœnitet nos miserię nr̃æ. Secũdo, Aporiamur, sed nõ destituimur, hoc est, interprete Chrysost. pplexi aĩo efficimur vbiq;,& cõsilio destituimur, sed neq; sic,vt ab his q̃ pposita sunt,excidam⁹:nã hæc à Deo nobis, vt exerceamur, non vt succumbamus,permissa sunt. Sic, inquit Apostolus, aliquando nos vrgẽt aduersa tam corporis q̃ fortunæ,vt plane consilio destituamur,& hæreamus,ignari qua elabendũ: sed nos, quãtumuis in summa miseria cõstituti,nec desperamus,neque tædio vincimur,vt ministerio nostro valediceremus. Tertium membrũ est,Persequutionẽ patimur, sed non derelinquimur. Etsi magna aduersum nos moliantur hoĩes, & si persequantur,nec quispiam sit qui nos tueatur, deserant autem omnia quibus fidunt homines,nequaq̃ tñ deserit Deus,qui in hac palęstra nos decertare iubet,permittit'q; nimirum vt exerceamur,non vt vincamur.

Humiliamur, sed non confundimur: deijcimur, sed non perimus.

Et hæc vasa testacea pati oportet. Humiliamur,inqt, hoc est,gloria nostra spoliamur,nimirũ à malis hoĩbus: sed non cõfundimur,qm̃ corona nostra nobis apud Deũ reposita est. Deijcimur & cõculcamur,quãtũ corpus adtinet:sed nõ perimus.animus enim fortis est, vtcunq; corpus affligatur.

Semper mortificationem Iesu Christi in corpore nostro circunferentes, vt & vita Iesu manifestetur in corporibus nostris.

Breuiter,inqt Apl's,ne singula enumerãdo lõgior sim,circũferimus semp in corpore nostro mortificationẽ Iesu Chr̃i, hoc est,q̃tidie mortis discrimina subimus ppter Chr̃m, q & pro nobis passus est,nobis relinquẽs exẽplũ,vt sequamur vestigia eius. Ille pro nobis semel mortuus est, iustus pro iniustis. dignũ itaq; est,nos nõ recusare mortis discrimina,immo & mortẽ ipsam,vbicũq; nobis pro Chr̃o patiẽda propinat.

Hoc

Hoc aūt ideo facimus,inquit Apostolus,vt & vita Iesu manifestetur in corporibus nostris, nimirū in corporꝫ generali resurrectione,qn̄ Chr̄us reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ.Si eñ compatimur,ait alibi Apostolus,& conregnabimus.Si cōmorimur,& conuiuemus. Apostoli itaq; & pro Christo & ad exemplum Christi, ꝑsecutiones sustinent,& Christus in ipsis patit̄,vt & mors & vita,non tam Apl̄orum, q̄ Christi dicatur. Quando enim Apostoli patiuntur,certe membra patiuntur corporis,cuius Christus caput est. CAP. IIII. Phil.3.

Semper enim nos qui viuimus, in mortem tradimur propter Christum,vt & vita Iesu manifestetur in carne nostra mortali. Ergo mors in nobis operatur,vita autem in vobis.

Semetipsum interpretatur Apl̄s,quid voluerit intelligi qn̄ dixit,se mortificationem Iesu Christi in corpore suo circunferre, nimirum nihil aliud, q̄ ꝙ propter Christū cogatur tot mortis pericula subire,seq́; hoc facere bona spe mu[illegible]q́; fiducia,vt qui sciat mortale suum corpus olim lōge gloriosius resurrecturꝫ.Dicit ergo Apl̄s:Nos Apostoli qui viuimus,semper tradimur in mortem propter Christū,vt & vita Iesu manifestetur in mortali carne nostra.Quando enim vita corporis cōtempta,vult dicere, propter Iesum mille ꝑicula & mortium subimus genera, palàm corporꝫ asserimus resurrectionem.Nisi enim spes esset,carnem illam nostram aliqn̄ fore restituendam,vesani iudicaremur merito,qui vitæ huius prodigi,futuræ simul essemus incerti. Declaratur item in mortali nostro corpore vita,hoc est,potentia & virtus Christi Iesu,q tam potēter nos ex oībus periculis eripere solet.Sed quid est quod ait, mortē in Apostolis, vitā vero in Corinthijs agere? Hoc est,nos qui vobis euangelizamus,semper in periculis & in tentationibus cōstituti sumus,semꝑ in ꝓcinctu Martis stamus:vos aūt interim securi estis,& in pace viuitis:immo nos ob id solū tot ꝑicula subimus,vt vos æternū viuere possitis.

Habentes autem eundem ſpiritum fidei, ſicut ſcriptum eſt; Credidi, propter quod locutus ſum: & nos credimus, propter quod & loquimur, ſcientes quoniam qui ſuſcitauit Ieſum, & nos cum Ieſu ſuſcitabit, & conſtituet vobiſcum.

Qualē ſpm̄ habebat Dauid, cū diceret: Credidi, propter quod locutus ſum? Aut quid credebat? Aut quid tandē loquutus, hoc eſt, confeſſus eſt? Corde creditur ad iuſtitiam, ait alibi Apl'us, ore aūt confeſſio fit ad ſalutem. Paucis dicam, q̄lem ſpm̄ fidei habuerit Dauid, quidve crediderit. Pſalmus 115. & Pſalm. 116. apud Hebræos, ſi Hieronymo credimus, vnus eſt. Iam in fine prioris Pſalmi dicit Propheta: Dn̄s eripuit aīam meā de morte, oculos meos à lachrymis, & pedes meos à lapſu, placebo dn̄o in regione viuo℞. Deinde annectendū eſt: Credidi, propter quod locutus ſum, ego aūt humiliatus ſum nimis &c. Ex his iam cognoſcis, q̄lem fidē habuerit Dauid, qua fidutiæ p̄ditus fuerit. In magnis tribulationibus conſtitutus, inexplicabilibus miſerijs vexatus, non deſpōdet animum S. Propheta: ſed nō dubitat, immo firmiſſime credit, ſe in regione viuorū placitu℞, vtcunq; iam videatur & Deo exoſus eſſe, & hoībus non placere. Sic & Apl's noſter gloriatur ſe parem habere fidutiam, eandem cum Dauide fidem, nimirum poſt p̄ſecutionum harum ſpiſſas nebulas, clarū exoritu℞ lumen Solis. Dicit itaq; Apl'us: Scimus, credimus & loquimur, hoc eſt, confitemur, qm̄ qui ſuſcitauit Ieſum, & nos cum Ieſu ſuſcitabit, & cōſtituet vobiſcum. Hoc eſt, Qui Ieſum ex mortuis reuocare potuit, illi non erit impoſſibile, etiam me ex tribulationum tempeſtate eripere. Quod ſi etiam atq; etiam p̄ Chr̄o mortē ſubire neceſſe fuerit, nō detrectabimus, ſcientes q̄ & nos ſuſcitaturus eſt, extremo nimi℞ iudicij die, vt q̄s hic copulat fides, in futuro reſurrectionis gloria non diſiungat. Suſcitabit enim nos cum Ieſu, inquit, & cōſtituet vobiſcum.

Rom. 10.

Omnia enim propter vos, vt gratia abundās, per mul-

multos in gratiarũ actione abundet in gloriã Dei. CAP. IIII.

Sic & in primo capite dixerat, se ideo à tribulationib⁹ ereptum, vt à multis Deo agant gratię. Ita & hoc loci ait: Oĩa propter vos, s. patimur & sustinemus. propter vos etiã à tribulationib⁹ nos eripit Chrs. Propter vos tandẽ in pdicando euãgelio multa fidutia vtimur, impigri ad qliacunq; subeunda discrimina, vt q̃ Chri cognitio, patrisq; bñficium pChrm mundo exhibitum, pluribus innotescit, hoc illustrior & clarior reddatur gloria Dei. Ego, inquit Apls, non q̃ro gloriam meam: sed eo cõtendo, vt gratia abundans, intellige q̃ à Deo fidelibus benignissime pstita est, etiam faciat ad abundantiorem Dei gloriam: quod ita fiet, quando multi ex intuitu beneficiorum Dei, ipsi bonorum largitori gratias agent.

Propter quod non deficimus. Sed licet is qui foris est, noster homo corrumpatur, tamẽ is qui intus est, renouatur de die in diem.

Qm̃ certo nobis constat, inquit, Iesum Chrm nostri tantã gerere curam, vt etiam à mortuis reuocare & velit & possit, non deficimus, nõ defatigamur, nullis fracti malis segnescimus, sed alacres pergimus, susq; deq; ferentes, quid aduersarij moliant in corpus nostrum mortale. Licet enim is qui foris est, noster homo corrumpat, tñ is qui intus est, renouatur de die in diem. Hoc est, Corp⁹ qdem psecutionibus, tormentis, flagellis, ieiunijs & varijs piculorũ gñibus corrũpi potest, occidi potest, lædi ab hoĩbus potest, sed animus (hunc eñ interiorẽ hoĩem vocat) ab hoĩbus lædi nullo pacto potest. Immo corporis afflictiones, in bonum animæ cedunt: illud eñ duriter tractatum, minus impugnare potest animũ. Igitur q corpus nostrũ externe flagellant, nobis magis prosunt, q̃ obsunt. In fornace ignis, aurũ immutat qdẽ, sed non peiorat, vt ita loquar, liquescit qdem, sed purius redditur. Addit Aplus:

Id enim quod in præsenti est, momentaneum & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimi

tate æternum gloriæ pōdus operatur in nobis, non contemplantibus nobis quæ videntur, sed quæ non videntur. Quæ enim videntur, temporalia sunt: quę autem non videntur, æterna sunt.

Alia hæc est causa, propter quam nemo in tribulationib⁹ defatigari debet. Corporis afflictio, inquit, quam euangelij gratia suscipimus, leuis est ac momentanea. Porro quod inde consequimur bonum, neq; leue est neq; momentaneũ. Vide antitheses Pauli, quas facit inter tristitiam & consolationem. Quicq̃d in p̄senti est, momentaneũ est, caducum est, instabile est, durabile non est. Quæ aũt in futuro sunt, perpetua sunt, ęterna sunt. 2. Tribulatio leuis est, Glorię aũt immẽsum pondus illam sequetur. Proinde qui tribulationib⁹ agitãtur pro Christo, non debent intendere animũ ad ea quæ vident, nã hæc tẽporalia sunt: sed cõtẽplari ea q̃ non vident, hæc eñ æterna sunt. Sed sit hic huius cap. finis, vt ad alia transeamus.

Caput V.

Scimus autem quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, ꝙ ædificationem ex Deo habemus, domũ nõ manufactã, sed ęternã ĩ cœlis.

Cohæret p̄sens caput cum p̄cedenti. p̄stat enim Ap̄lus noster in eodem argumento, de certa videlicet spe salutis, patientia sanctoꝝ, & consolatione p̄sentissima eoꝝ, qui veritatis noĩe aduersa p̄petiunt, disserens. Vtitur aũt Ap̄lus metaphora prorsus elegãti, vt quæ ducta est à tabernaculis, in q̃bus homines, qui aberrant, & nullas certas sedes habent, sese occulere solent. Sic & Ap̄s Petrus in canonica sua, corpus suum tabernaculi noĩe appellitat, dicens: Iustum arbitror, q̃diu sum in hoc tabernaculo, suscitare vos in cõmonitiõe, certus ꝙ velox est depositio tabernaculi mei, secũdũ quod & dñs noster (2. Pet. 1.)

Ie-

CAP. V.

Iesus Christus significauit mihi. Vides vtrūq; Apl'm eodē simili vti. Nec potuissent miseriam & fragilitatē humani corpusculi cōmodiore pinxisse typo, quàm hoc. Nihil iucundi⁹ & amœnius tabernaculis nuper extructis, & nihil homine viribus & iuuenta vegeto amabilius. At tētorijs nihil incōstantius & imbecillius, adde & deformius, si vel modico tempore cœli intemperiē fuerint experta: vt homine puectioris ætatis nihil est infirmius & ærumnosius. Huc pertinere videtur, q̊d Apl's ad Hebræos scripsit, patriarchas p̱ fidem inhabitasse tabernacula. Sperasse enim se ciues aliqñ fore ciuitatis fundamenta habentis, cuius opifex & conditor sit Deus, & non homo. Sed audiam⁹ verba Apostoli nostri: Scimus, inq̄t, qm̄ si terrestris domus nostra huius tabernaculi dissoluatur. Corpus nostrum vocat terrestrē domum. Puluis enim sumus, & in puluerē reuertemur. Vocat item terrestrē domū, vt ostendat corruptibilitatem & fragilitatem humani corporis. Vocat aūt tabernaculū, vt in q̊ non liceat cōmorari diutius. Qm̄ igitur domus hæc terrestris est, qm̄ lutea est, qm̄ ab hoīe ędificata est, velimus nolimus, indies collabitur, vt nemo demoliatur, non aliter atq; cernimus ædificia, q̄ manibus hoīm construunt, vetustate corrumpi. Certum igitur est, hoc corp⁹ nostrum corrumpi. Nos aūt, q̄ veritatis noīe tribulamur & occidimur, scimus qm̄ si vel ipsi morimur, vel ab alijs occidimur, ꝙ ædificationē ex Deo habemus. Quam ædificationem? Domum non manufactam. Vbi? Qualem? Aeternam, inq̄t Apl's, in cœlis. Ad hanc domum respexerunt antiq patres, qñ fassi sunt se peregrinos & hospites esse super terram. Si enim eius patriæ meminissent, vt ait Apl'us, de qua exierunt, habebant vtiq; tēpus reuertēdi: nūc aūt meliorē appetūt, id est, cœlestē. Heb. 11.

Nam & in hoc ingemiscimus, habitationem nostrā quæ de cœlo est, superindui cupientes, si tamen vestiti, & non nudi inueniamur.

Non est difficilis interpretatiōis p̄sens locus. Qm̄, inquit, de domo æterna in cœlis certi sumus, non fatigamur tribulationibus, nec inuiti subimus propter Christum mortis discri-

mi-

mina: immo ingemiſcim⁹ & dolore torquemur, ꝙ tā diu cogimur carere tā pulchro domicilio, q̃d nos in cœlis manet. Cupimus enim ſuperindui habitatione quæ de cœlo eſt, hoc eſt, Cupimus immortalitatis gloria veſtiri, cupimus vt mortale hoc induat immortalitatem, & corruptibile hoc incorruptionem. Et continget hoc nobis, ſi modo veſtiti, & non nudi inueniamur, hoc eſt, ſi modo à pietate Chr̃iana non deſciuerimus. Si Chr̃m quem ſemel induti ſumus, non abnegauerimus, ſi veſte nuptiali amicti inueniemur. Om̃es enim reſurgemus, ait Apl̃s noſter in priori epiſtola, ſed vnuſquiſq; in ſuo ordine. Nam reſurrectio q̃dē oĩbus erit cõmunis, at non item gloria cõmunis: ſed alij q̃dem in gloria, alij aũt in ignominia: & alij q̃dem ad regnum, alij aũt ad ſupplicium æternũ reſurgent. Vide itaq;, quiſquis Chr̃iano cenſeris noĩe, ne nudus in cõſpectu dñi appareas. Nam & in Apocalypſi ſcriptum eſt: Apoc. 16. Ecce ego venio ſicut fur. Beatus qui vigilat & cuſtodit veſtimenta ſua, ne nudus ambulet, & videant turpitudinem eius.

Sic Theodoretus

Nam & q̃ ſumus in hoc tabernaculo, ingemiſcimus grauati, eo ꝙ nolumus expoliari, ſed ſuperueſtiri, vt abſorbeatur quod mortale eſt, à vita.

Expoſitio eſt ſuperiorꝫ. Vult aũt dicere breuibus: Nõ ꝓpter hoc ingemiſcimus, vt à corpore liberemur, nolum⁹ eñ hoc proſus perdi, ſed oram⁹ vt à corruptione quæ in illo eſt, liberemur. Corpus q̃dem amamus, ſed hui⁹ miſeriæ nos moleſtant. Corpus enim, ſicut in p̃ſenti eſt, nihil aliud eſt, q̃ ingẽs ſarcina, & onus oĩno incõmodum, propter morbos ſ. peccata, tentationes & ęrumnas. Nos igitur, inq̃t Apl̃s, q̃ in hoc tabernaculo mortalis corporis ſumus grauati, ingemiſcimus. Quare? Eo ꝙ nolumus expoliari, nolum⁹ vt corpus noſtrum totum intereat, nolumus vt non alia ſit vita poſt hanc vitam, ſed volumus ſuperueſtiri: quõ? Vt abſorbeat q̃d mortale eſt, à vita. Vitam volumus, vitam optamus, vitam deſideramus: ſed ſic, vt prorſus à corruptione & mortalitate aliena ſit.

Qui autem efficit nos in hoc ipſum, Deus eſt,

qui

qui dedit nobis pignus ſpiritus.

Nemo, inquit, putet incredibile, q̊d de abſorptione mortalitatis dicimus, ſ. ꝙ reſurget pro mortali corpore, corpus nullis obnoxium curis. Deus em̃ eſt, qui nos in hoc ipſum parauit, vt immortalitatis gloria fruamur: atq; idem interim pignoris & arrabonis vice, ſpm̃ ſuũ nobis impartijt, qui nos futuræ glorię veritatem certo ſperare facit. Si enim nihil futurꝝ eſt, q̊d nos manet, vt quid arrabonem & pignus dedit? Porro ꝙ ſpm̃ ſanctum dedit, argumento eſt, ꝙ nolit nobis vile quid & nullius momenti rem præſtare.

Audentes igitur ſemper, & ſcientes quoniã dum ſumus in hoc corpore, peregrinamur à domino. Per fidem enim ambulamus, & non per ſpeciem. Audemus autem, & bonam voluntatem habemus, magis peregrinari à corpore, & præſentes eſſe ad Dñm.

Repetitio quaſi eſt eiuſdem ſententiæ, per alia verba. Nos ſic ordinemus verba, vt clariora ſint, & intellectu faciliora: Dum ſumus in hoc corpore, peregrinamur à dño. Ipſe dñs in ciuitate ſiue in domo ſua eſt, nos aũt peregrinamur in huiꝰ vitæ exilio, in hac lachrymarꝝ valle: vnde mirũ non eſt, ſi varijs diuexemur malis. Peregrinus, ſi vel pluuia, vel niue, vel ventorum violentia obruitur, ſi etiam in latrones incidit, nihil ſibi accidiſſe noui reputabit: Hoc enim fatum eſt eorꝝ qui peregre agunt. Sic & nos, inquit Aplus, qm̃ peregrini ſumꝰ, qm̃ nihil noui ꝑpetimur, non ſegneſcimus, nõ defatigamur, ſed audentes ſumus, hoc eſt, multam fidutiam habemus, non deſpõdemus animũ. Per fidem enim ambulamus, & non per ſpeciem. Hoc eſt, Nemo Chrianus vel deploret vel ægreferat conditionem ſuam, q̃ſi miſerrima res ſit Chrianum eſſe. Hæc enim quæ hic nobis accidunt, non ſunt Chriſtianorum præmia. Alia ſunt quæ præparauit Deus diligentibus ipſum. Per fidem enim ambulamus, non per ſpeciem. Quod nihil aliud eſt dicere, niſi: Nondum adhuc videmus præmium noſtrum,

nondum in aperto est fœlicitas nostra, sed solum credimus & speramus hoc, quod nobis suo tempore certo continget. Audemus itaq; & bonam voluntatem habemus, magis peregrinari à corpore, & præsentes esse ad dominum. Quoniam certe persuasum habemus, nos esse peregrinos, nihil aliud petimus, quàm vt relicto hoc corpore, possimus Deo conuiuere, & hoc possidere in specie, quod per fidem in præsenti expectamus.

Et ideo contendimus, siue absentes, siue præsentes, placere illi.

Hoc est, eo tendit studium & conatus noster, vt siue cogamur perdurare in hoc domicilio, siue emigrare, Deo probemur. Et nos omẽs oportet sic vitam nostram instituere, vt & in præsenti, & in futuro Deo placeamus. hoc autem fiet, si vitam Christo dignam viuemus in sanctitate & iustitia. Nam qui in carne sunt, ait Apostolus, hoc est, qui carnalia operantur, Deo placere non possunt. Sequitur:

Omnes em̃ nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisq; propria corporis, prout gessit, siue bonum, siue malum.

Deterret hoc loco Corinthios cũ recordatione, tum assertione quadam tremẽdi illius iudicij, asserens vniuersorum tunc gesta patefieri. Deinde eos q bene agunt, vt meliora sperent, hortatur. Quin etiam segnes & desides, futuri supplicij obiecta formidine, terret. Merito enim terribilis est hæc sentẽtia eis, q nullius exhortatione mouentur, sed de scelere in scelus præcipites ruunt, q Deum aut non credunt, aut ipsum nostra curare non persuadẽtur. Omnes nos manifestari, hoc est, apparere oportet. nemo excluditur. & manifestari oportet ante tribunal Christi seuerissimi iudicis. Et hic iudex non corrumpitur muneribus, nõ decipitur falsis persuasionibus, non opus habet vllis testibus, nõ veretur alicuius vim: sed om̃ipotens est, omniscius est. Nemini facit iniuriam, nõ errat in psonis.

CAP. V.

nis. Sed vnusquisq; iuxta Apostolū, recipiet propria corporis, prout gessit, siue bonum, siue malum. Facilia sunt hæc intellectu, sed cogitatu prorsus difficilia. Cęterum D. Augustinus ex his Pauli verbis occasionem sumit disputādi de suffragijs, quæ apud Christianos fiunt pro defunctis. Vnde apparet, hunc locum Apostoli, in negocio defunctorum, Ecclesię ab hæreticis obiectum esse. Immo non tantum apparet hoc, sed Augustinus ipse in catalogo hæreticorū quendam Aeriū allegat, qui dogmatizat, Sacrificium Ecclesiæ defunctis non prodesse. Sed referam⁹ ipsa verba Augustini ex Enchiridio: Hic omne meritum, inquit, cōparatur, quo possit post hāc vitam releuari quispiam, vel grauari. Nemo autē se præsumat, q̃d hic neglexit, cum obierit, dominū promereri. Non ergo ista quæ pro defunctis commendādis frequentat ecclesia, illi Apostolicæ sunt aduersa sentētiæ, qua dictū est, Omnes enim nos adstabimus ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque secundum ea quæ per corpus gessit, siue bonum, siue malum. Quia etiam hoc meritū sibi quisq;, dum in corpore viueret, comparauit, vt ei possint prodesse. Nō enim omnibus p̄sunt. Et quare nō omnibus prosunt, nisi per differētiam vitæ, quā quisq; gessit in corpore? Cum ergo sacrificia siue altaris, siue quarūcunq; eleemosynarū, pro baptizatis defunctis oībus offeruntur: p̄ valde bonis, gratiarū actiones sunt: pro nō valde malis, propiciationes sunt: pro valde malis, etiā si nulla sunt adiumenta mortuorum, qualescunq; viuorum cōsolationes sunt. Quibus autem prosunt, aut ad hoc prosunt, vt sit eis plena remissio: aut certe, vt tolerabilior fiat ipsa damnatio. Hactenus Diuus Augustinus, strenuus Ecclesię propugnator. Ad Paulum nostrum reuertemur.

Aerius.

Suffragia pro defunctis.

Scientes ergo timorem domini, hominibus suademus, Deo autem manifesti sumus. Spero autem & in conscientijs vestris manifestos nos esse.

Cum igitur sciamus timorem Dñi, hoc est, tremendum illud iudicium, & quæ pœna impios manet, hoībus suadem⁹,

nimirũ ea quæ ad salutem ipsorũ faciunt, vt digni habeantur stare ante filium hoīs. Deo autem manifesti sumus, q à nullo hoīe decipi potest. Proinde nō est vt quis existimet, me vobis velle imponere. Deum præ oculis habeo, huic reddēda est ratio eorũ quæ vobiscum ago. Spero autē & in conscientijs vestris manifestos nos esse. Spero me sic functionē meam apud vos obijsse, vt certo sciatis qualis sim. Et si sunt q innocētiam meam calumniantur, suam cōscientiam iudicem habent.

Non iterum commendamus nos vobis, sed occasionē damus vobis gloriādi pro nobis, vt habeatis ad eos qui in facie gloriantur, & non in corde.

Hæc quæ vobis scribimus, inquit, non ideo scribimus, vt nosmetipsos vobis cōmendemus: nullus apud me fastus, nulla apud me est elatio: sed ideo scribimus vobis innocentiā & synceritatem nostrā, vt habeatis quo aduersarijs meis os possitis obturare. Qui aut quales sunt aduersarij tui o Paule? Tales sunt, qui in facie, hoc est, externe gloriantur, & magnifica quædā iactant, sed in corde nō possunt gloriari, intellige, quoniam à propria ipsorũ accusantur cōscientia: hæc enim ipsos arguit astutiæ & falsitatis, vtcunq; pios se & synceros proclament. Quærat aliquis: Quid hæc ad Corinthios, siue proscindatur Paulus, siue honorifice tractetur? Audi: Christiano populo nō minima laus videri debet, si ipsi syncerus verbi præco cōtigerit, sic & præconi nō vulgaris laus est, si bene instructos & morigeros habuerit auditores. Sed quō qbusve argumentis possunt Corinthij Apostoli sui innocētiam asserere? Si nō excidit, cuius accusatus fuerit Apostolus, nihil est q̃d vltrà quæras. Accusatur mēdacij, ꝙ iuxta promissum non venerit Corinthum. Audiuimus excusationem satis probam. Bono viro vertitur vitio, ꝙ de ciuitate in ciuitatem eijcitur. Excusationis summa hæc esto: Si vellem Euāgelio renunciare, nemo meli' me haberet inter om̄es p̄cones. Male habet pseudapostolos, ꝙ Paulus gentes nō cogit Iudaizare. Audiuim' in excusatione Apostoli nostri, ministerium Euangelij, longe

præ-

præstare ministerio legis &c. Apertum puto esse quid velit Apostolus. Sequitur:

Siue mẽte excedim⁹, Deo: siue sobrij sumus, vobis.

Poterat qs Aplo obijcere: Insanis o Paule, quum tam magnifica de te pdicas. Stultoꝝ est, suas glorias sic canere. Qui fit vt iam magnifica de te dicas, q alio loco supra modum vilem te facis? Ad hæc iam respõdet Apls noster: Si mente excedimus, si insanimus, intellige, supra modum de nobis gloriantes, Deo fit: hoc est, non gloriam nram, sed gloriam Dei quærimus, q in nos tam preciosa dona sua effudit. Si autẽ sobrij sumus, hoc est, quando vobis videmur mediocria de nobis loq, & hoc facimus nõ propter nos præcipue, sed multo magis ppter vos, intellige, vt in me habeatis humilitatis exẽplum. Sic & in posterioribus, vbi Paulus suas laudes enumerat, dicit: Insipiẽs factus sum, vos me coegistis. Obserua hoc loci, qs sit verus scopus, in quem Ecclesiastæ debeãt suas conciones dirigere, nimiꝝ Gloria Dei, & Vtilitas proximi. Qui hunc scopum sibi præfixerit, non potest nõ vera prædicare. Vereor tamen multos haberi ecclesiastas in nro infœlici seculo, qui non quærant quæ Iesu Christi sunt, sed quæ sua sunt: sicq; proximo consulant, vt sibi semetipsos proximiores faciant. Sed reuertamur ad Apostolum nostrum. Scopus Euangelicarũ concionum.

Charitas enim Christi vrget nos, æstimãtes hoc, quoniã si vnus pro omĩbus mortuus est, ergo omẽs mortui sunt: & pro omnibus mortuus est Christus, vt & qui viuunt, iam non sibi viuant, sed ei qui pro ipsis mortuus est & resurrexit.

Elegantissima est hæc sententia, & cordibus fideliũ perpetuo meditanda. Nos porro, vt Pauli sententia clarior fiat, singula membra singulatim declarabimus. Charitas enim Christi vrget nos, constringit nos, vt quod iam facimus, intellige, faciamus. Quid te vrget charitas Christi? ad quid te compellit? ad quid te constringit? Referenda sunt hęc ad superiora,

& sic facilis erit sensus: Quod magnifica de me p̄dico, q̄ in alios videor q̄busdam iniuriosus, q̄ tanta seueritate pseudapostolos traducere nō dubito, ad hoc me charitas Chr̄i compellit, nō inuidia, nō affectus, nō inanis gloria &c. Et q̄re tanta est apud te Chr̄i charitas? Quia bene de me merit⁹ est. Vnde hoc tibi cōstat? Audi verba Apl̄i: Aestimātes hoc, quoniam si vnus pro oībus mortuus est, ergo om̄es mortui fuerūt. Nūc itaq; sic colligemus: Ergo & Paulus mortuus fuerat, & per Chr̄i mortem iam viuit. Et iterū: Si Chr̄s pro me mortuus est, dignum censeri debet, vt & ego nō dubitem pro Christo mori. Certe egregiū charitatis exemplum in Chr̄o est, q̄ tam dirā mortem pro nobis ptulerit. Subiungit Apl̄s paraenesim, hoc est, exhortationem: Pro oībus mortuus est Christus, vt & q viuunt, iam nō sibi viuāt, sed ei q pro ipsis mortuus est & resurrexit. Audis Chr̄m nō ideo pro te mortuum, vt vel satanae, vel tibi ipsi viuas, sed Christo. Satanae viuit, q huius hortamentis obtemperat. Sibi viuit, qui ea quae carni arrident, sectatur. Christo viuit, qui nec satanae, nec mundo, nec propriae carnis voluntati morem gerit.

Ro. 7.

Christo / Sibi / Satanae — Viuere.

Itaq; nos ex hoc neminē nouimus secundū carnē. Et si cognouimus secūdum carnem Christum, sed nunc iam non cognouimus.

Verba haec Apostoli, obscura sunt, & intellectum nostrū longe superātia. Nos tñ sic ipsa interpretabimur, vt nihil in gloriam Dei peccemus, neq; vtilitati proximi in aliquo praeiudicemus Possunt tñ haec Apostoli nostri verba bifariam exponi, de Christo hoīe nimirū, & de caeremonijs veteris legis. Quod si de externis caeremonijs intelligere voluerimus, talis erit verborū Pauli sensus: Quoniam nobis certo cōstat, Christum vere pro nobis oībus & mortem pertulisse, & à mortuis resurrexisse, nihil moramur externos illos carnaliū Iudaeorum ritus, q̄s pseudapostoli ostētant, sed nobis vnus & solus sufficit ad salutē Chr̄s, vt nō sit necesse Chr̄ianos Iudaizare. Itaq; qm̄ nobis hoc psuasum est de Chr̄o, q̄ nobis morte sua

adi-

aditum ad vitã æternam aperuerit,posthac neminem nouimus secundũ carnem,hoc est, nõ probamus, nõ acceptamus eos q̃ iuxta carnalem intelligentiam Mosen imitari volunt. Quod si quis obiecerit,& Chr̃m carnaliter legem seruasse,& hoc nõ negamus:sic tñ,vt fateamur iam aliter se habere cum Christo,q̃ ante mortis supplicium:Ante mortem infirmitas humana in Christo erat, iam in ipso infirmi nihil est, sed oĩa diuinitate plena. Aliam interpretationẽ nõ reticemus: Apostoli nr̃i mos est,fere semp̃ passioni Chr̃i adiungere eiusdem resurrectionẽ,vt q̃ in illa scandalizatur, in hac rursus erigat. Iam pseudapostoli hoc q̊d infirmitatis est,libenter audiebãt: sed q̊d diuinæ virtutis erat,reticebant. Inde est q̊d Apl̃s nõ solum testatur Chr̃m pro nobis mortuum fuisse,sed etiam pro nobis resurrexisse,vt illorꝫ impia ora obturaret. Ait itaq; se iam nõ nosse quenquam secũdum carnem,hoc est, iuxta carnis imbecillitatẽ: (loq̃tur autẽ præcipue de Chr̃o) & cõcedit quidem,Chr̃m vere fuisse mortalem,sed iam nihil corruptibile in ipso esse. Intelligimus ergo hoc loci,Carnis appellatione,nõ substantiã ipsam carnis,sed solum carnis imbecillitatem. Habet eñ adhuc Chr̃s carnẽ,sed impassibilem, incorruptibilem &c. Hæc,prout diuinitus datũ est,disseruimus, nullius interim interpretationi præiudicantes.

Vide August. contra Faustũ libr. 11 cap. 4. & sequenti.

Si qua ergo in Christo noua creatura,vetera trãsierunt,ecce facta sunt omnia noua.

Scimus in Chr̃o nihil creatum,quantum diuinitatem attinet:sed quo ad humanitatẽ ipsius,fatemur Christum creaturã,patre minorem,& in partu virginis factũ,q̊d antea non fuerat,nimirum mortalem hoĩem. Verbum eñ caro factum est,& habitauit in nobis. Putamus itaq; Apl̃m nostrũ adhuc de vtraq; Christi natura loq̃,vt sit sensus: Fatemur,inquit,in Christo aliq̃d esse creatũ,aliq̃d esse humanũ:sed vetera trãsierũt,& facta sunt oĩa noua. Quæ dicit vetera? Carnis infirmitates,mortalitatẽ,& cætera hoĩm. Nouam autem creaturã vocat carnem,sed immortalẽ,incorruptibilem,glorificatam &c. Mortuus enim est & crucifixus ex infirmitate, viuit autẽ

ex

ex virtute Dei. Mortuus, inquam, est semel, sed mors ipsi vl-
Rom. 6. trà nō dominabitur. Sūt q̄ hæc Apl'i verba ad hoïes Christia
nos referūt, q̄ & ipsi, postquam in baptismo renati sunt, facti
vide D. Greg. homil. 10. super Ezec. sunt noua creatura in Christo, nimirum ex filijs iræ, filij Dei.
Sed vnde hæc mutatio tam in Christo, quàm in Christianis
hominibus? Audiamus rursum Apostolum nostrum.

Omnia autē ex Deo, q̄ nos recōciliauit sibi p̄ Christum, & dedit nobis ministerium recōciliationis.

Om̄ia beneficia, inq̄t Apl's, quę hactenus enumerauimus,
nemini adscribimus, nisi vnico Deo, q̄ nos recōciliauit sibi p̄
Ioan. 3. Christum &c. Sic em̄ Deus dilexit mundū, vt filiū suum vni-
genitū daret, vt oīs q̄ credit in eum, nō pereat, sed habeat vi-
Ioan. 4 tam æternā. Et in hoc apparuit charitas Dei, q̄m̄ filium suum
vnigenitū misit Deus in mundū, vt viuamus per eū. Et in Ro
Rom. 5. manis: Cum inimici essem⁹, recōciliati sumus Deo per mor-
tem filij eius. Duo itaq; beneficia Dei Paulus hoc loci enume
rat: Primum, ꝙ cum inimici essemus Deo, facti sumus ipsius
amici, & hoc per Christum. Secūdum beneficiū est, inq̄t Apo
stolus, ꝙ nobis dedit ministeriū recōciliationis, hoc est, fecit
nos gratiæ & beneficētiæ pręcones, vt quemadmodum filius
p̄ patre legatione functus est apud hoïes, ita & nos pro Chri
sto legatione fungamur. Cum em̄ filiū pater cœlestis ad nos
legasset, eumq́; ab his q̄ recōciliatione indigerent, necatū vi-
disset, nil prorsus vel hoc pacto cōmotus, humanū genus ne-
glexit. Quin potius ad ministeriū hoïs conciliandi, apostolis
nobis operā demādauit, vt circunuagi hoc munere fungere-
mur, donec homines Christo nomen darent &c. Sequitur:

Quoniam quidem Deus erat in Christo, mundū recōcilians sibi, nō reputās illis delicta ipsorū, & posuit in nobis verbum reconciliationis.

Fere idem quod iam dixerat, repetit, nisi ꝙ nōnihil supe-
riorib⁹ admiscet, ostendēs quō Deus recōciliarit sibi mundū.
Deus erat in Christo, inq̄t, mundum recōcilians sibi. Christ⁹
em̄, quantū humanitatē attinebat, nō sufficiebat ad redimen
dum

CAP.V.

dum genus humanũ: vt igitur saluaremur, Deus erat in Christo, immo Christus ipse erat Deus. Ideoq; alibi Christus dicit: Qui videt me, videt & patrẽ: quia pater in me est, & ego in patre. Sed quô recõciliati sumus Deo? Recõciliatio est inter dissidentes. At peccata nostra dissidium hoc pepererunt. Nisi igitur per peccati ablationẽ, dissidium hoc tolli nequit. At corruptius erat genus humanum, q̃ q̃d peccatum expiare posset. Dedit ergo diuina bonitas filium in mortẽ, vt is indebita morte, debita nostra persolueret, peccataq; expiaret, sic vt posthac Deus nobis nõ exprobraret vel imputaret delicta nostra. Ita factũ est, vt Deus cũ hoĩm genere redierit in gratiam. Nam si rationem factoꝝ is exegisset, oẽs vtiq; interijssent. Hoc ergo euãgelium, hoc lætum nuncium posuit in nobis Deus, ait Apostolus, hoc est, vult vt nunciemus vobis, p solum Christũ nobis patere aditũ ad regnũ cœloꝝ, nõ p Moysen, non p circuncisionẽ, vel alias legis externas cęremonias. Ioan. 14.

Pro Christo ergo legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos. Obsecramus pro Christo, Reconciliamini Deo.

Sensus est: Quoniam igitur pater cœlestis nobis verbum Euangelij, verbũ recõciliationis concredidit, pro Christo legatione fungimur, & nihil ex nobisipsis p̃dicamus, sed oĩa sicut à Deo q nos emittit, accepimus. Immo Deus ipse nobis quasi organo quodam vtitur, & per nos vos exhortatur, vt q̃ nos dicimus, potius verba Dei sint vocãda, q̃ verba hominũ. Huc pertinet q Apl's noster ad Thessalonicenses ait: Qui reijcit nos, non hoĩem reijcit, sed Deum qui dedit spm̃ suũ sanctum in nos. Sic & Christus Apostolis dicebat: Qui vos audit, me audit: & q vos spernit, me spernit. Item: Amen amen dico vobis, qui recipit quemcũq; misero, me recipit. Qui aũt me recipit, recipit eum qui me misit &c. Iam si quæras, quid à nobis petat Apl'us vice Chr̃i, statim respondet: Reconciliamini Deo: quod fiet, si à vitijs nobis tẽperamus, & virtuti studemus. Porro ne quis putet impossibile esse, quod à nobis petit Apostolus, continenter subiungit. 1. Thes. 4. Luc. 10. Ioan. 13.

Eum qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit, vt nos efficeremur iustitia Dei in ipso.

Hæc sic explicatius intelligunt, si nouerimus Apostolũ de Chr̃o loqui, q peccata nostra in se suscepit, vt nos de ipsius iustitia participaremur. Pater enim cœlestis fecit ꝑ nobis peccatum eum, qui non nouerat peccatum, tm̃ abest vt vnq̃ peccarit. Quō aũt fecit Deus, filium suum innocentẽ, peccatum? Qñ voluit ipsum fieri hoĩem, qñ oĩm nostrum iniquitates in illum posuit: qñ innocentissimus, q̃si oĩm sceleratissimus, peccata nostra exoluit, turpissimam mortem in cruce patiendo. Quare aũt hoc fecit? Vt nos efficeremur iustitia Dei in ipso, hoc est, vt nos illius iustitia iusti essemus. Vulgo, Er will vnser entgelten, allein daß wir syn genyessen. Sibi vult pœnam infligi, tm̃ vt nobis bene sit. Cæterũ in hac Pauli sententia, intellige, nõ nosse, ꝓ nõ approbare: & vltimũ pc̃m̃, ꝓ peccati hostia, & nihil difficultatis erit. Nos ad ca. ꝓximũ festinam⁹.

Vide August Tracta. 41 in Euãg. Ioan.

Aug Con. Pelagiũ & Cœlesti. li. 2. ca. 72

Caput VI.

Adiuuantes autem exhortamur, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. Ait enim: Tempore accepto exaudiui te, & in die salutis adiuui te.

Qm̃ Apl's noster in p̃missis, satis graphice depinxerat gratiam Dei & remissionem per Christum partam, suum'q; ministerium pro dignitate extulerat, iam in p̃senti capite deflectit orationem suam ad exhortationẽ, qua inflammat ad innocentiam vitæ, vt s. vitam Christo dignam viuant Corinthij. Neq; enim grauate crediderim, apud Corinthios etiam fuisse, sicut apud Romanos q audientes misericordiam gratiæ p̃conium, dicerent: Manebimus in peccato, vt gratia abundet. Sed accedamus ad verba Apostoli nostri. Adiuuantes aũt exhortamur, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. Attende. Prius dixerat, Deus vos exhortatur per nos. Item, Legatione pro Christo fungimur. Et iterum: Obsecramus ꝓ Christo. Iam

Rom. 6.

am-

autem dicit, Adiuuantes (siue cooperantes) aũt exhortamur. Exhortatur vos, inquit, pater cœlestis, exhortatur Christus filius Dei viuentis, exhortamur & nos Apostoli vos: ad qđ? Ne in vacuum Dei gratiam recipiatis. Talentũ vobis concreditum est satis ponderosum, videte ne vestra negligentia in terra defossum, inutile sit. Vberem gratiam vobis impartitus est Christ⁹, nolite hac abuti ad vestri pniciem. Ab idolorum abominatione vocati estis ad vnius & veri Dei agnitionem. A iugo Mosaicę legis liberati estis, & ad Chrianam libertatẽ admissi. Cauete ne, si abutamini multis Dei beneficijs, grauiorem passuri sitis pœnam. In euangelio dicitur: Cui multum cõmissum est, multum requiretur ab eo. Porro Deus ille, à q̃ tam magnam accepimus gratiam, ait per Esaiam ꝓphetam: Tẽpore accepto exaudiui te, & in die salutis adiuui te. Olim ante Christi incarnationem vos Corinthij frustra inuocabatis Deos vestros, in qbus spem vestram collocaueratis, neque tñ aliquid vobis profuit. Sed iam aureum seculum est, in quo verus Deus pie orantes exaudit, & pie laborãtes adiuuat. Nemo itaq; desperet, quasi gratiam suam non possit in bonum suum vertere: si qs auxilio opus habet, Deum inuocet, & exaudietur. Si quis in aliquo periculo est, salus à Deo omnibus recte ambientibus parata est. Sequitur:

Matt. 25. Gal. 4. 1. Pet. 1. Luc 12. Esa. 49.

Ecce nũc tẽpus acceptabile, ecce nũc dies salutis.

Nemo opinetur fœlicia illa tempora, inquit, p̃terfluxisse, de qbus Esaias olim vaticinatus fuerat. Nunc nũc dies illi salutiferi sunt, nunc beatiss. illa sunt tempora, in qbus nemo frustra in pietatis stadio cursum suum complebit. De tempore hoc acceptabili, de tempore, inquam, gratiæ frequens vbiq; mentio est in nouo testamẽto, immo & in veteri. Ex nouo aliquot testimonia producamus. In euangelio Ioannis legimus dñm dicere: Dum lucem habetis, credite in lucẽ. Item, veniet nox qñ nemo amplius operari potest. Et Paulus ad Galatas: Dum tempus habemus, operemur bonum ad oẽs. Et ad Romanos: Hoc scientes, quia iam hora est nos de somno surgere &c. Breuiter, nunq̃ tam facile fuit pro vita æterna labora-

Ioan. 12. & 9. Gal. 6. Rom 13.

re,atq; nunc est,semper'q; erit vsq; ad secundũ dñi nostri aduentum. Habemus iugum dñi suaue,& onus leue. Habemus efficacem dñi gratiam qua adiuuamur. Certi item sumus q̄ certissima nos maneat merces &c. Nemo igit̄ differat suam operam in aliud tempus,sed continuo aggrediatur opus suum. Duodecim q̄dem sunt horæ diei,sed multi vespertinum tempus non expectant. Semper itaq; cogitemus quod Ap̄lus noster dicit:Ecce nunc tempus acceptabile,ecce nunc dies salutis. En adest nunc tempus illud placabile,q̄ Deus non auersatur peccatorem ex animo resipiscentē: en adest dies ille, in quo pie viuendo salutem assequi liceat.

Nemini dantes vllam offensionem, vt non vituperetur ministerium nostrum :sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros.

Vertit iam Ap̄lus orationem in seipsum p̄cipue, atq; ita se oĩbus exemplar cum pietatis tum innocẽtiæ proponit, q̄d imitent Corinthij,immo oẽs & singuli quotq̄t Chr̄iano censentur noĩe. Apertũ est q̄d dicit,si q̄dem nouerim⁹ q̄d offendiculum sit,quale item ministeriũ Apostoli, & q̄d ministros Christi deceat. Duo enim ponit Ap̄lus, q̄rum alterũ ab altero exponitur. Quid eñ est aliud, se exhibere sicut Dei ministrũ, q̄ sic vitam suam instituere, vt id quod agit, à nemine possit repræhendi? Dicit itaq; Ap̄lus:Nemini dantes vllam offensionem, ne ministerium nostrum ab aliquo male audiat. Sed in oĩbus sic me habeo,quemadmodũ Dei decet ministros. Satanas suos habet ministros,mundus suos, hoĩes item suos ministros,& oẽs sciunt q̄d se deceat, idipsum & mihi in meo ministerio faciendũ est. Quid igit̄ o bone Apostole facis? Quomodo ministerij tui tueris dignitatẽ? Audiam⁹ Paulũ ipsum.

In multa patientia,in tribulationibus, in necessitatibus,in angustijs.

Nolumus in his virtutũ gñibus plura verba fundere. Primum dicit se fuisse in multa patientia,hoc est, q̄ plurima aduersa tulisse. Fundamentũ aũt aliarũ virtutum est patientia,q̄

hu-

CAP.VI.

humilitatem comitem habet, at cum superbia subsistere minime potest. Patientia itaq; Apostolo nostro supra modum necessaria fuit, vt q non vno modo solum tentatus & vexat⁹ fuit, sicut idipsum paucis enumerabit infrà cap.11. vbi ostendet q̃ varia subierit pericula. Et in hoc loco non tacet, ad qd opus fuerit patientia, Nam æquo animo ferre, & ad impatientiam non ferri, dum oĩa tibi ex voto cedũt, virtus dici non meretur. Secundo addit, in tribulationibus, vt sunt ægritudines corporis, amicoꝝ mortes, & alia incõmoda quæ hoĩbus solẽt mœstitiã parere. Tertio, Necessitates ponit, vt sunt mẽdicitas & inopia, hoc est, qñ caremus his, quæ apud alios superfluo habent. Quarto, In angustijs. Plerunq; sic vexant pij ab impijs, vt vix illi inueniant, quo se recipere possint, vt tuto & quiete viuant.

In plagis, in carceribus, in seditionibus.

Et hæ sunt vexationes quæ homini extrinsecus accidunt. De plagis, quas pertulit Apl'us noster, etiam suo loco, cap.11. s. dicemus. Quod in carcerib⁹ fuerit, Lucas non tacuit, vnde & Apl'us alibi dicit, se frequenter fuisse in carceribus. De plagis, carceribus & seditionibus, In Actis. cap.16. abunde legimus, item Act.19. & 21.

In laboribus, in vigilijs, in ieiunijs, in castitate.

Rursus quatuor virtutes enumerat, quæ volens præstitit, aut vt rectius loquar, sibi ipsi hanc crucẽ imposuit, s. vt laboraret, vigilaret, ieiunaret, casteq; viueret. Quod antea dixit, id omne referri potest ad pati: quod sequit iam, ad facere ptinet. Primo ergo ponit labores, qbus ipse pro se & suis laborauit. Et Chr̃iani hoĩs est, non ociosum agere. Qui nõ laborat, non manducet, ait Apl's Ephe.4. Et Eccũs dicit: Multam malitiam docuit ociositas. Variæ aũt sunt laboꝝ species, vnde videndum vnicuiq; ne suum negligat officium. Secũdo ponit. Vigilias. Neq; enim est Chr̃iani hoĩs, in mediam lucem vsq; stertere, sed interrumpere somnum, & melioribus vacare negocijs. Apud Ethnicũ legimus:

Eccl.33.

Plus vigila semp, nec somno deditus esto.

Nam diuturna quies, vitijs alimenta ministrat.
Ideo legim⁹ Christū ipsum pnoctasse in orationibus,& disci pulos suos ad vigilias plerūq; exhortatum esse. Tertium, est in ieiunijs,quod & corpori & animæ plurimū prodesse ,pba tur.Sicut enim crapula & ebrietas p̄sentissimū totius hoīs ve nenum sunt, ita ieiunium & abstinentia preciosissimū pharmacum.Hoc obseruēt ebriosi huius seculi. Quartum locum tribuit castitati,quæ seruari non potest, nisi adiunxeris comites p̄missos,labores,vigilias, & ieiuniū. Castitatē Pauli nouimus,& de ipsa in ca.7. prioris epistolæ abunde disseruimus.

In scientia, in longanimitate, in suauitate, in spiritu sancto.

Exhibemus item nos,inquit,sicut Dei ministros,in scientia.Scimus enim quæ sit voluntas Dei beneplacens & pfecta: Rom.12 scimus quæ oporteat nos agere & quō, ne aliquem offendamus.Non sumus prorsus stulti & imprudentes,sed sumus sensibus perfecti,prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ.Inuenias licet & alios q scientiā habent,q doctrina cęteris p̄sta[illegible]sed scientia sua inflant,& eruditione sua pessime abutunt,sic vt non possint non pios offendere.Addit Apl'us: In longanimitate,quæ eximia virtus in homine est, quū non facile iritatur,nec ad vindictam festinat,sed coacte & grauate ad pœnam vadit.Huius virtutis exemplū in dn̄o nostro Ie Valer.Max. su Christo habemus,q lento gradu(vt qdam ait)ad vindictā sui procedit &c.Addit rursum: In suauitate, siue benignitate:hæc virtus opponitur supercilio & asperitati morum.Inuenies hoīem magnæ æstimationis,q nec puerulum insalutatum p̄terit, q & diuitib⁹ & pauperib⁹ blandus & affabilis est. sic erat Apl's noster.Inuenies rursum aliquem [illegible]m morosum, tam inhumanum,q sicut canem,ita & hoīe[illegible]nec verbulo dignatur:immo q etiam blande salutatus, [illegible]minem resalutat: & sic nemo vere Chr̄ian⁹ facit.Subiūgit Apl's, q̄ se citra cuiusq̄ offendiculū,exhibuerit in spūsancto: q̄d nos cum Chrysostomo intelligimus de donis spūalibus, qbus Apl'us noster recte vtebatur.Alij aūt abutebantur,siue ad auaritiam,siue ad va-

CAP. VI.

vanã gloriã, ficut & in priori Epiſtola oſtẽſum eſt. Sequit:

In charitate non ficta, in verbo veritatis, in virtute Dei.

Intellige, cõmendamus nos ficut Dei miniſtros. Charitas non ficta eſt, vbi affectũ dilectionis nõ tantũ in vultu, ſed etiã in corde habemus. Huc pertinet quod Ioannes dicit: Filioli, ne diligamus verbo, neq; lingua, ſed opere & veritate. De aliјs in Pſal. 29. legimus: Loquũtur pacẽ cũ proximo ſuo, mala autem in cordibus ſuis. Oſculũ hoc Iudæ traditoris, nõ rarum eſt. Seqtur: In verbo veritatis, hoc eſt, loqmur ipſam veritatẽ, nõ mẽtimur, neminẽ mẽdacio decipimus: ſed q̃d à dño accepimus, hoc tradimus alijs. Noſtro ſeculo vbiq; miniſtri verbi clamitant, ſe prædicare verbũ veritatis, quũ impoſſibile ſit, apud tam diuerſos veritatẽ reperiri. Nolite itaq; omni ſpiritui credere, ſed probate ſpiritus num ex Deo ſint. Porro quod ſequitur, In virtute Dei, ſic intelligi poteſt, vt referatur ad miracula, quę operatus eſt Deus per manum Pauli: ſiue vt intelligamus Apoſtolum his verbis, om̃ia quæ hactenus magnifice dixit, non ſuis meritis tribuere, ſed virtuti Dei. Equidem omnium diuinarum virtutum maxima, eſt humilitas & gratitudo, qua noſtram infirmitatem agnoſcentes, om̃ia diuinæ gratiæ accepta referimus. 1. Ioan. 3 Obſer. 1. Ioan.

Per arma iuſtitiæ à dextris & à ſiniſtris.

Qm̃ Chriſtianus vtrinq; ab aduerſarijs impetit, neceſſe eſt vt & à dextris & à ſiniſtris bene armatus ſit, ne inermis & incautus opprimat. Sed quæ ſunt arma, qbus nos in noſtra lucta armari cõuenit? Arma, inqt, iuſtitiæ, hoc eſt, ipſiſſima iuſtitia. Quos qualesve hoſtes hic dicit Apoſtolus? Hoſtes qui nos à dextris impugnant, fortunã bonã intelligit: qui nos à ſiniſtris impugnãt, infortunium intelligit. Quõ aũt in hac lucta feliciter pugnamus? Declina à malo, & fac bonũ: redde vnicuiq; q̃d ſuũ eſt. Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris. Hæc ſint tibi galea, lorica, gladius, & tota ſtrenui militis panoplia. In rebus proſperis ne eleueris, & in rebus aſperis ne deſperes. Addit Apoſtolus eiuſdẽ generis & alia.

Per

Per gloriã & ignobilitatem, per infamiam & bonam famam: vt seductores, & veraces.

Hic audis diuersos hostes & dissimiles. A dextris nos impugnant, gloria, bona fama, & ꝙ veraces prædicamur: hæc si nos ad elationẽ ꝑduxerint, iam victi sumus. A sinistris nos impugnãt aperto marte (illi em̃ ex insidijs nos aggrediũtur) ignobilitas, infamia, seductionis itẽ crimen: Hæc si non contẽnimus, si non æquo aĩo ferimus, & tunc prostrati sumus. Inquit ergo Apl̃s: Qui nobis bene volũt, magnifice de nobis sentiunt, facta & dicta nostra extollũt, veritatẽ nos sectari ꝓdicant vbiq;: sed nos his laudibus non tumidi reddimur. Alij qui nobis inuidẽt, quicquid agimus, nobis in sinistrã partem interpretanẽ, famã nostram denigrãt, seductionis crimẽ intentãt: sed ob id nõ pudet, nec pœnitet nos ministerij nostri. De hoc Matth. 5. Beati estis si vobis maledixerint hoĩes &c. Sic em̃ fecerũt prophetis qui fuerũt ante vos &c. Hoc fatum Ecclesiastarũ est, vt & hostes habeant, & amicos.

Sicut qui ignoti, & cogniti: quasi moriẽtes, & ecce viuimus: vt castigati, & non mortificati.

Paucis & hoc expediemus: Qui nostris concionibus mordentur & iritantur, clamant nos esse hoĩes ignotos & obscuri nominis, hoc est, errones, & qui circuncursitando hoĩes seducere soleant. At pijs satis noti sumus: qui etiam viarũ nostrarum non sunt expertes, nouerũt qui & quales simus, vnde originẽ trahamus, quæ nostra professio &c. Addit: Quasi morientes, & ecce viuimus, hoc est, ea nostra est inter impios conditio, vt identidem nos pericula mortis vrgeant, sed nihilominus viuimus, non quidem impiorum voluntate, sed Dei prouidentia. Rursum addit Paulus: Vt castigati, & non
Psal. 117 mortificati. Vbel geschlagen, doch nitt gar getodt. Sic Dauid in Psalmis canit: Castigans castigauit me dominus, & morti non tradidit me.

Quasi tristes, semper aũt gaudentes: Sicut egentes,

CAP. VI.

tes, multos autem locupletantes: tanquam nihil habentes, & omnia possidentes.

Verũ qdem est, q̃ Chr̃iani mœsti incedunt, & habent tristitiæ causas: sed nihilominus occultum q̃ddam & absconditum gaudium habent, cum in tribulationibus positi, cogitãt noĩa sua scripta in libro vitæ, & mercedem suam in cœlis copiosam. Et Chr̃s ipsis dicebat: Gaudete & exultate, q̃m merces vestra copiosa est in cœlis. De Apostolis item legim⁹, q̃ ibant gaudentes à conspectu concilij, q̃m digni habiti sunt p̄ Christo contumeliã pati. Tristia itaq; Paulus subinde patiebatur, sed nihilominus semper gaudebat. Annectit Apl̃s: Sicut egentes, multos aũt locupletantes. Verum est quod dicit. Sic enim egens erat Apl̃us, vt labore manuum suarũ sibi ac suis pararet victum: at nihilo secius ipsius opa & industria multi pauperes, tum Hierosolymis, tum etiam alibi, sustentabantur. Idem sensus est & de hoc quod sequit: Tanq̃ nihil habẽtes, & oĩa possidentes. Impletum enim in ipso est, quod Christus dixerat: Om̃is q̃ reliquerit patrem vel matrem &c. centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. Nihil proprij habebat D. Apl̃us, sed oĩm piorum fores ipsi patebant. Non habebat Apl̃us vel aurum vel argentũ, sed oẽs q̃tquot Chr̃o nomen dederunt, ipsius erant debitores. Audi, verbi gratia, q̃d Apl̃us noster Galatis scribat: Sicut angelũ Dei excepistis me, sicut Iesum Christũ: testimoniũ item p̄hibeo vobis, q̃ si fieri posset, oculos vestros eruissetis, & dedissetis mihi. Quid ei (obsecro) deest, q̃ tantæ æstimationis apud pios est? Sequit

Matth. 5.

Acto. 5.

Matth. 19.

Gal. 4.

Os nostrũ patet ad vos, o Corinthij, cor nostrũ dilatatum est. Non angustiamini in nobis, angustiamini autem in visceribus vestris.

Q̃m Apl̃us multa p̄clara & magnifica de semetipso p̄dicauit, obscuris verbis malam maleuolorũ suspicionẽ de seipso abstergit, ostendens se nihil gloriandi gratia dicere, sed vt talia diceret, charitate & amore quo Corinthios amat, eo p̄ductum. Os nostrum, inquit, o Corinthij, ad vos patet, cor no-

ſtrum dilatatū eſt. Nos ſic vulgo loq̄mur: Jch kan dir nichts verhalten. Mein gantz hertz frewet ſich mit dir. Os noſtrum ad vos apertū eſt o Corinthij. Nihil poſſum vos celare, vellē nunq̄ intermittere ſermonem ad vos. Scio quos alloquar, nimirum mihi chariſſimos Corinthios. Multa dicendi liberta te apud vos vtor. Cor noſtrum dilatatum eſt. Cor meum nil triſte ſentit. Es iſt mir gantz weijt vm das hertz. Nihil me tur bat. Oīa ex voto mihi ſuccedunt. Et vos non anguſtiamini in nobis, ſed anguſtiamini in viſceribus veſtris. In me non eſt cauſa, ꝙ vos triſtes eſtis, ſed in vobiſipſis. Si turbati eſtis prio ri mea epiſtola, vos in cauſa eſtis, q̄ me ad ſcribendū quaſi inuitum coegiſtis. Quod ſi obſeruatio cæremoniarum Moſaicæ legis vos ꝑplexos fecit, in me item non eſt cauſa, (Moſen em̄ non p̄dicaui vobis, ſed Chriſtum) ſed in vobis, q̄ pſeudapoſto lis fidem habuiſtis. Chryſoſtomus ſic hunc locum intelligit, vt ſit ſenſus, Paulum exprobrare Corinthijs, ꝙ ipſe oēs amarit, illi porro nec vnum Paulum amēt ſicut oportet. Nam &
2. Cor. 12. in ſequentibus ſic dicet Apoſtolus: Plus diligens, minus à vobis diligor. Sequitur:

Eandem autem habētes remunerationem (tanq̄ filijs dico) dilatamini & vos.

Qm̄, inquit, parem mecum habetis remunerationē, idem facite q̊d & ego facio. Nolo vos ſeducere, ſed tanq̄ filios meos, q̄bus ex animo bene volo, alloquor. Dilatatū eſt cor meum ad vos, oēs vos cordi meo inſerti eſtis. redamate itaq; & me, ac amoris viciſſitudinē in me p̄ſtate. Deinde: Dilatatum eſt cor meum, nihil me mouent cæremoniæ Moſaicæ legis. Jch kummer mich des Juden wercks nit. Non reddent me ꝑplexum, q̄ nobis non ceſſant obtrudere Iudaiſmū. Itidem & vos facite, nolite cōſcientias veſtras irrequietas & dubias facere. Chr̄iani eſtis, nō Iudæi, nō Ethnici idololatræ. Seq̄t em̄:

Nolite iugum ducere cum infidelibus. Quæ em̄ participatio iuſtitiæ cum iniquitate?

Si p̄cedentia de aīorum ꝑplexitate, intelligunt de Iudaicis ob-

CAP. VI.

obseruationibus, q̃bus scandalizabant Corinthij, pulchre, q̃ hic sunt, superiorib⁹ cohærent. Apl'us enim vult, vt ij q Christiano censent noīe, neq; Iudaice, neq; Gentiliter viuant, sed Chr̄iane. Nolite, inquit, ducere iugum cum infidelibus. Vos Chr̄iani estis, non Ethnici. Christo nomē dedistis, non Ioui, nolite itaq; viuere sicut gentes quæ ignorant Deum. Noua professio, nouos postulat mores. Maiores & Deo preciosiores estis, q̃ vt velit vos cum incredulis habere vllum cōmercium. Quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate? Infidelium vita, nihil aliud quàm iniquitas est: vestra porro vita, mera debet esse iustitia.

Aut quæ societas luci ad tenebras? Quæ autem conuētio †Christo ad Belial? Aut quæ pars fideli cū infideli? Quis aūt consensus tēplo Dei cum idolis? †Christi

Nulla hoc loci difficultas est, si modo recordamur ea, q̃ suprà cap. 7. de impari connubio, & cap. 8. de immolaticijs carnibus in priori epistola exposuimus. In illis em̄ locis summo studio cauet, ne fidelis infideli matrimonio iungatur, item ne quis de idolorꝫ sacris participet. Dicit enim inibi: Nolo vos socios fieri dæmoniorꝫ. Non potestis calicē dn̄i bibere, & calicem dæmoniorꝫ. Non potestis mensę dn̄i participes esse, & mensæ dæmoniorꝫ. Sic hoc loci multa imparia confert, vt q̃si vi argumentorꝫ & turba testiū conuincat, aliam debere Christianum viuere vitam, q̃ prius vixerat vel in Iudaismo, vel in paganismo. Fidelis nullam partē habet cum infideli. Diuersis operibus diuersam sortient mercedem, & hoc à diuersis dn̄is. Portio fidelium, iuxta Psalmistam, in terra viuentiū est. Infideles aūt, partes vulpium infernaliū erūt. Quis item non videat, q̃ntum discriminis sit inter lucem & tenebras? Alterꝫ alterꝫ ferre non potest. Lux fugat tenebras, & hæ obfuscant lucem. Sicut itaq; lux & tenebræ in vno eodem'q; loco minime possunt esse, ita Chr̄ianismus & paganism⁹ vnum hoīem simul & semel occupare non possunt. Aut Chr̄ianus sis necesse est, aut paganus. Rursum quæ conuentio Christo cum Belial? Ex professo certe mutuum oderunt & psequuntur. Vnde

1. Cor. 10.

Psal. 141.

Psal. 62

Luc.11. Christus in euangelio: Qui non est mecum, cōtra me est &c.
Mat.6 de Beliale aūt inibi loquitur. Et rursum dicit: Nemo potest his duobus dñis seruire. Quod em̄ huic placet, alijs supra modum displicet. Christus iubet distribuere propria, Belial iubet rapere aliena &c. Christ⁹ seruator, Belial homicida est &c. Sequitur: Quis aūt consensus templo Dei cum idolis? Tēplum Dei non patitur idola, nec potest idolum esse vbi verum templum Dei est. Breuiter, Chr̄iani peculiarem habent dñm, peculiarē seruitutē, ꝓprium item templū. Sic & q̄ Belialē agnoscunt dñm, nouerunt quę sua ipsoꝝ sit religio, quod tēplum. Idola quæ Beliali consecrata sunt, abominatur Deus Chr̄ianorum. Elige itaq; dñm quem volueris, & ipsum fac colas. Non enim ꝓbantur Deo, q̄ nec calidi nec frigidi sunt, quiq; in vtrunq; latus claudicare solent. Sequitur:

Vos em̄ estis templū Dei viui, sicut dicit Deus: Qm̄ inhabitabo in illis, & inambulabo inter eos, & ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi populus.

Ostendit iam Apl's, quid templi noīe intelligi voluerit, nimirū Corinthios ipsos, q̄ à spūsancto ad hoc sanctificati sunt in lauacro baptismi, vt essent viua Dei templa, sicut in superi-
1.Cor.3 oribus dixerat: Nescitis quia templū Dei estis, & spūs Dei ha-
corp⁹ vr̄m σῶμα ὑμῶν bitat in vobis? Et rursum: An nescitis qm̄ † mēbra vestra, templum est spūssancti, quē habetis à Deo, & non estis vestri? Em-
1.Cor.6 pti enim estis precio magno. Glorificate & portate Deum in corpore vestro. Sic & hoc loci vocat Corinthios templū Dei viui, nec templa vacua & inania, sed in qb⁹ Deus habitet, non deus Iupiter, Apollo, Neptunus, q̄ dæmonia sunt poti⁹ q̄ dij, sed Deus viuus, q̄ & promiserat se in cordibus fidelium habitaturum. Ipse enim ante multa secula dixerat: Inhabitabo in illis, & inambulabo inter eos, & ero illoꝝ Deus, & ipsi erunt
Ioā.14 mihi populus. Sic & in euangelio legimus: Si quis diligit me &c. pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansio-
Prou.8. nem apud eum faciemus. Et apud Sapientem Sapientia patris inquit: Deliciæ meæ esse cum filijs hoim. Libēter em̄ vult nobis Deus esse, modo nos simus ipsi⁹ populus. Eius aūt sumus,

cui

CAP. VI.

cui seruimus, cuiusq́ voluntatem facimus. Voluntatem porro satanæ faciunt, qui se ad infidelium accommodant mores. Vnde Apostolus subiungit:

Propter quod exite de medio eorum, & separamini, dicit dominus: & immundum ne tetigeritis, & ego recipiam vos: & ero vobis in patrem, & vos eritis mihi in filios & filias, dicit dominus oĩpotẽs.

Testimonium, quod hic adducit Apl'us, ex varijs scripturæ locis conflatũ est. id quod & aliàs à Paulo factum aĩaduertim⁹. Apud Esaiã ca. 52. legim⁹: Recedite recedite, exite hic, & pollutũ ne attingatis &c. Apud Hieremiam legimus: Ero Deus vniuersis cognationibus Israel, & ipsi erunt mihi in populum. In Leuitico porro legimus: Ambulabo inter vos, & ero Deus vester, vosq́ eritis populus meus. Et in Ezechiele legimus: Erit tabernaculum meum in eis, & ego ero eis Deus, & ipsi erũt mihi populus. Sed & in Apocalypsi scriptum est: Ecce tabernaculum Dei cum hoĩbus, & habitabit cum eis, & ipsi populus eius erunt, & ipse Deus cum eis, erit illorũ Deus. Cæterũ q̊d iubet nos de medio impiorũ exire, & immundum non tangere, nihil aliud vult, q̃ vt non cõmunicemus operib⁹ eorũ. Non enim loquit̃ hic scriptura de corporũ, sed de animorum seiunctione. Qui enim in totum seiungi velit ab impijs, de mundo necesse est exeat, sicut etiam Apl'us noster in priori epistola dixerat. Ergo qui inter malos, auaros, ebriosos, adulteros habitatis, q̃ntum potestis improbate, vt corde recedatis: & redarguite, vt inde exeatis: & nolite consentire, vt immundũ non tangatis. Porro qui citra solutionẽ vinculi charitatis, ab infidelibus etiam corpore separari potest, faciat, ne tangẽs pr[illegible]m, inquinet̃ ab ea. Sed q̃tenus cohabitandũ sit infidelibus, in priori epistola demonstrauimus. Pauli vox est, Nolite communicare operibus infructuosis. Nos porro his posthabitis, caput septimum trituremus.

Hiere 31. Leuit. 26. Ezech 37. Apoc. 21. 1. Cor. 5. Ecci 13. Ephe. 5.

Caput VII.

HAs ergo habẽtes promiſſiones chariſſimi, mũdemus nos ab om̃i ingnamento carnis & ſpũs, pficientes ſanctitatẽ in timore Dei.

Initium p̃ſentis capitis, ad p̃cedẽtia referri debet, vt ſit ſenſus: Qm̃ Deus nos tam multiplici & copioſa donauit gratia, efficiens nos tẽplũ ſpũs ſui ſancti, & pollicitus eſt ſe & in nobis manſurũ & inambulaturũ, pollicit⁹ eſt item ſe noſtrum fore Deum, hoc eſt, protectorẽ & auxiliatorem, dignum eſt vt ipſi grati pro tantis beneficijs ſimus, & nobilitatem noſtram tueamur: q̊d ita fiet, ſi mũdemus nos ab om̃i inquinamẽto carnis & ſpũs, hoc eſt, ſi caueamus nobis ab omni, q̃ vel caro vel ſpũs noſter inquinat: vt ſunt oĩa vitia, q̃ Paulus alibi fructus & opa carnis vocat, idololatriam puto, luxuriam, auaritiam, odiũ, ebrietatẽ &c. Hæc eñ oĩa Chr̃iano homini angue pei⁹ fugienda ſunt: ſed pficienda eſt ſanctitas, ſtudendũ eſt virtutibus, & hoc in timore Dei, iuxta illud q̊d Chr̃s dixit: Si feceritis oĩa q̃ p̃cepta ſunt vobis, dicite: Serui inutiles ſumus. q̊d debuimus facere, fecimus. Et ad Philip. 2. Paulus dicit: Cũ metu & tremore veſtram ſalutem operamini. Larga enim Dei in nos gratia, largas virtutes à nobis requirit. Non accepim⁹ quinq; talenta, vt vnum lucremur ſolum, ſed plura. Et q vnicũ tm̃ talentũ acceperit, impune nõ in terra occultabit. Multa p̃clara Chr̃ianis ſuis Deus largitus eſt munera, precioſa p̃ alijs gentib⁹ ipſis contulit priuilegia, & adhuc non ceſſat nos magnificis promiſſis decorare: dignum itaq; eſt, ne tanta gratia in noſtri perniciem abutamur.

Phil. 2.

Capite nos. Neminem læſimus, neminem corrupimus, neminem circunuenimus. Non ad condemnationẽ veſtrã dico. Prædiximus enim, q̃ in cordibus noſtris eſtis ad cõmoriendũ & ad cõuiuendũ.

Et hæc, ſicut p̃cedentia, nihil difficultatis habent. Eſt aũt Pauli ſenſus, talis: Capite nos. Ego totos vos toto cõplector animo, tanta eſt amplitudo charitatis ergo vos, vos viciſſim

CAP. VII.

nos in vestros animos vt sumus recipite, & syncero charitatis affectu diligite. Vos alios diligitis qui vos lædunt, qui vos grauãt, qui vos seducunt: quanto tutius & dignius est, vt me vestrum Apostolũ diligatis? Nos em̃ neminem ex vobis læsimus, intellige facto: neminẽ corrupimus, hoc est, neminẽ falsis dogmatibus seduximus, Nõ em̃ sumus, sicut plurimi, adulterãtes verbũ Dei &c. Neminẽ circũuenimus, intellige in rebus temporalibus, vt astutia nostros implessemus loculos, q̃d pseudapostolis solẽne est. Sed vnde nobis hæc obijcis o Paule? Quis nostrũ te accusat? An male de nobis sentis? Nõ ad cõdemnationẽ vestrã, inqt, hæc dico. In perniciem vestri nihil molior. Nõ vos traduco. longe minus odio. Prædiximus em̃ vobis, ꝙ in cordibus nostris estis ad cõmoriendũ & cõuiuendum. Jch wil lieb vnd leid mit euch lyden. Alij aut vestris malis non mouentur, aut vestris bonis inuident. ego parat⁹ sum & commori & conuiuere. Sequitur:

Multa mihi est fidutia apud vos, multa mihi gloriatio pro vobis: repletus sum consolatione, superabundo gaudio in omni tribulatione nostra.

Hæc cũ proxime præmissis, referẽda sunt ad caput secundum huius epistolæ, in q̃ tractarat de excõmunicati absolutione. Inibi em̃ scripserat: Et hoc ipsum scripsi vobis, vt non cũ venero, tristitiã super tristitiã habeã, de qbus oportuerat me gaudere &c. Vult itaq; Apl'us dicere: Qm̃ prior mea de vobis bona opinio, me nõ fefellit, iã mihi multa apud vos fidutia est, nimirũ cũ ex pręteritis futura cõijcere iã liceat. Multa mihi gloriatio pro vobis, tantũ abest vt vestri me pudeat, vt supra modũ de vobis glorier, vbiq; iactãs & referẽs, q̃ morigeros & obedientes habeam discipulos. Repletus sum cõsolatione, nimirũ cũ audiam q̃ mihi in oĩbus morẽ gesseritis. Superabundo gaudio in omni tribulatione nostra: Multis quidẽ torqueor afflictionibus: sed vester profectus facit, vt tristis esse non possim, nedum impatiẽs. Sic abundo gaudio, vt nullas tribulationes morer, vtcunq; intolerabiles sint. Ex his coniecturam capere licet, quàm amarit Apostolus Corin-

rinthios. Sed ad ea quæ cõtinenter sequitur, ꝓperamus.

Nam & cum venissemus in Macedoniã, nullam requiem habuit caro nostra, sed omnem tribulationem passi sumus. foris pugnæ, intus timores.

His iam aperit, in quibus tribulationibus vehementi repletus sit gaudio. Cũ venissemus in Macedoniã, nullã requiem habuit caro nostra. In cap. 2. huius Epistolæ audiuimus, Paulum à Troade abijsse in Macedoniã. Apud Macedones itaq; multas pertulit tribulationes. Quas? Audi Apostolũ. Nullam requiẽ habuit caro nostra. Quare? Quia omnẽ tribulationẽ passi sumus. Quomodo? Foris, inquit, pugnæ, intus timores. Foris me impugnabãt hostes Euãgelij, intus vero timebam, ne simplices vel à pseudapostolis seducerent, vel cõtemplãdo nostram miseriam, metu pœnæ à Christo deficerent.

Sed qui consolatur humiles, consolatus est nos Deus in aduentu Titi. Nõ solũ aũt in aduẽtu eius, sed etiam in cõsolatione, qua consolatus est in vobis, referẽs nobis vestrũ desideriũ, vestrũ fletum, vestrã æmulationẽ pro me, ita vt magis gauderem.

Aperta sunt quæ hic Apostolus noster dicit, nec opus habent multa expositione. Enumerat eñ Apl's, qualẽ quantãve consolationem in suis tribulationibus acceperit. Qui consolatur humiles, inquit, consolatus est nos Deus in aduẽtu Titi. Animaduerte, obsecro, quodnam epitheton Deo attribuat, scribendo declarans non solum ꝙ ipse à Deo consolationem acceperit, sed etiã qui sint, quos soleat Deus consolari. Dicit enim: Qui cõsolatur humiles, cõsolatus est nos &c. Illi eñ qui in tribulationibus positi, impatiẽter cõtra Deũ murmurãt, & se indignos flagellatione iudicant, raro consolatur Deus. Qui vero humiles sunt, & se patientes in oĩbus præstant, à Deo cõsolari merentur. Porro quoniã Paulus dixerat, se consolationem accepisse in aduentu Titi: ne Corinthij dicerent, Ergo nos non curas? Satis tibi factum est, ꝙ

CAP.VII.

receperis Titum tuum, quicquid tãdem de nobis fiat? addit itaq; Apl'st Nõ solũ aũt in aduẽtu eius &c. Hoc est, non tantũ consolationem accepimus in aduentu Titi, ꝙ ipse venerit, et iam suo more nobis iteꝝ inseruire possit, sed etiã ꝙ nobis lætum nunciũ adtulerit. Quale nunciũ? Retulit nobis quõ cõsolatus sit in vobis, quõ eum benigne scilicet recepitis, iussis eius obtẽperaueritis, & iam benignius & honorificẽtius ad me remiseritis. Secũdo retulit nobis vr̃m desideriũ, in q̊ cognoscimus vos mihi ob priorẽ epl'am non infensos. Vr̃m itẽ retulit nobis fletũ, quẽ habuistis ꝙ me dolore affecissetis. Postremo nõ tacuit vr̃am æmulationẽ, quã meo noĩe ostendistis aduersus eos q mihi male volunt, & nomẽ meũ apud vos non cessant blasphemare. Hæc itaq; tam multa me cõsolatione affecerunt, vt facile omnes pertulerim tribulationes.

Quoniã etsi cõtristaui vos in epistola, nõ me pœnitet: etsi pœnitebat, videns ꝙ epistola illa (etsi ad ad horã) vos cõtristauit: nũc gaudeo, nõ quia cõtristati estis, sed quia contristati estis ad pœnitentiam.

Tu igit̃ viso nr̃o cruore, o Paule, lætaris? & incõmodis nostris tua cõmoda metiris? Audi respõsionem Apl'i, & videbis quõ & qua ratione tristitia Corinthiorũ lætet̃. Cõtristauerã vos, inquit, fateor epl'a supiore, ꝙ nõ modo mœchũ satanæ tradi ꝑcepissem, sed & vos oẽs acrius & acerbiꝰ increpassem. Et dolebã primum, cum sentirem vos & offensos grauiter, & cõtristatos vehementer, voluissemq; non scriptam: iam vero iteꝝ gaudeo, & nollẽ nõ scriptam: Nõ ꝙ illud mihi suaue sit, q̊d vobis amaꝝ est, (q odientiũ affectus est) sed ꝙ cõtristati sitis cõmodo v[illegible] maxĩo ad pœnitentiã. Addit cõtinẽter Apl'st

Cõtristati [illegible] estis secũdum Deũ, vt in nullo detrimentũ patia[illegible]ini ex nobis. Quæ em̃ secundũ Deum tristitia est, [illegible]œnitentiã in salutem stabilem operatur: seculi au[illegible]em tristitia mortem operatur.

Quare ipsum Apostolũ iam non pœniteat prioris epl'æ,

quātumuis acerbæ, rursus ostendit. Contristati estis secundū Deum, vt à me nullum detrimentum sitis perpessi. Vide Pauli modestiā. Potuisset dicere: Ex occasione meæ epl'æ, maximum ad vos venit cōmodum: nisi eñ ego frena iniecissem, in præcipitiū porro ruissetis: at meo beneficio seruati estis. Sed non dicit hęc, verum humiliora, scilicet: In nullo à me læsi estis: nihil vobis nocui, corripiēdo vr̄am negligentiā. Qm̄ vero de tristitia quæ est secūdum Deum, dixerat, statim huic opponit tristitiam huius seculi, & vtriusq; ponit differentiā, dicens: Tristitia quæ secundū Deum est, operatur pœnitentiam ad non pœnitendam (sic enim loquitur Paulus) salutem, Seculi aūt tristitia mortem operatur. Quid est secundū mundum tristari? Quando contristaris, inq; Chrysostomus, propter diuitias, propter gloriam, propter mortuum: hæc enim & talis tristitia, mortem aliquando operatur. Talis erat tristitia Cain, Esau, & Iudę proditoris. Vocat & hæc tristitia huius seculi, quādo in tribulationibus vel infirmitatibus posit⁹, impatientia vinceris, sic vt murmures contra dominum, & te tali flagellatione indignum cōqueraris: & sic iudicijs Dei irasceris. Dolentes vero secundū Deum, agnoscunt peccata sua, & confitentur merito se affligi, & expectant salutem & redēptionem, non incusantes, sed humiliter agnoscētes iustitiam Dei, qua merito puniuntur, dicentes cum Daniele: Omnia q̄ fecisti nobis, in vero iudicio fecisti &c. Breuiter, mūdani homines multas tristitiæ habent occasiones. Pij autem vix tristantur aliquando, nisi ob peccata vel sua, vel aliena. Dan.3.

Ecce enim hoc ipsum secundum Deum contristari vos, quātam in vobis operatur solicitudinem, sed defensionē, sed indignationem, sed timorem, sed desideriū, sed æmulationem, sed vindictam. In omnibus exhibuistis vos incontaminatos *negocio. *esse negocio.

His rursum recenset Paulus, quid cōmodi Corinthijs attulerit prior Pauli epl'a, immo dolor & tristitia, quā ex lectione illius epl'æ acceperant, Nos per membra & numeros expla

 CAP.VII.

planabimus. Tristitia, inqt, qua affecti estis secundum Deum, plurimum lucri vobis attulit, & magnificis donis vos donauit. Operata est em̃ primo in vobis solicitudinem, vt posthac cautius vos habeatis in ijs, quæ ad Deum & animæ vestræ salutem pertinent. Secũdo operata est etiam defensionem, apologiam, excusationẽ. apud me em̃, vult Apostolus dicere, iam estis excusati. ego q̃d in vobis iam repræhendam, non video. satis enim testati fuistis, vobis nõ probari turpe commissum. Tertio ponit Apl's indignationem, qua erga fornicantem fuerãt vsi. Sic em̃ in illum sæuierũt, vt à Paulo rursus ad lenitatem fuerint reuocandi. Quarto loco ponit timorem. Timebant em̃ Corinthij, ne ob vnius commissum, omnes vocarentur ad pœnam. Quintum locũ occupat desideriũ, verlangen, id quod Chrysostomus ad Paulum refert. Desiderabant em̃ Pauli quasi medicam manũ, vt ipse mortiferum hoc vulnus (de fornicario loqmur) curaret. Postremo ponit vindictã, qua fornicarium castigarunt, vt sic disceret posthac nõ blasphemare. Addit cõtinenter Apl's: In om̃ibus exhibuistis vos, incõtaminatos negocio. Q. d. In priori quidẽ epistola accusati à me estis, ꝙ videremini communicare opibus malitiosis: sed iam ita apud me excusati estis, vt quod vobis merito obijciam, inuenire non possim. Facilia sunt hæc, ob hoc ad sequentia properamus.

Igitur etsi scripsi vobis, non propter eum qui fecit iniuriam, nec propter eum qui passus est: sed ad manifestandam solicitudinem nostrã, quam habemus pro vobis coram Deo. ideo consolati sumus.

Quid? An nõ Paulus mœchi gratia priorem epistolã scripserat? An nõ [illegible] illum satanæ tradi? An nõ dixit, Auferte malum ex vobis[illegible]s? Quõ igitur dicit, se nõ scripsisse ꝓpter eum q fecit iniur[illegible]m, nec propter eum q passus est? Sic interpretandus est ser[illegible]o Apl'i, non quasi nõ illius gratia scripserit, sed ꝙ ille nõ [illegible]erit primaria scribẽdi causa, neq; illius tantum nomine scripserit, sed etiam vt ostenderet, quam solici-

tudinem haberet pro Corinthijs. Quasi diceret: Scripseram equidem illius nefario scelere impulsus, haud tamen prior ille mihi, vt scriberem, attulit causam, sed vestri de causa exaraui epistolam, contendens præcipue, ne ciuitas vniuersa, illius morbo inquinaretur. Quoniam itaque vos Corinthij iam de mea in vos solicitudine certi estis, & solicitudo mea ad exoptatum finem peruenit, ideo cõsolati sumus. Seqtur:

In consolatione autem nostra, abundantius magis gauisi sum⁹ super gaudio Titi, quia refectus est spiritus eius ab omnibus vobis.

Apertum est quod dicit, quoniã idipsum & paulo ante dixerat: Consolatus est nos Deus in aduẽtu Titi &c. Sic & hoc loci dicit: In omni cõsolatione nostra, supra modum gauisi sumus super gaudio Titi. Quid est cur Titus gaudeat? Quia refectus est spiritus eius ab om̃ibus vobis. Titi ergo mei gaudeo nomine, quoniam ipse de vestris beneficijs, quæ vos cumulatissime in illum contulistis, plurimũ lætatur. Gaudeo itaq; duplici nomine, tum ꝙ Tito res bene cessit, tum etiã ꝙ vestræ benignitatis non estis obliti.

Et si quid apud illum de vobis gloriatus sum, nõ sum confusus. Sed sicut oĩa vobis in veritate locuti sumus, ita & gloriatio nostra q̃ fuit ad Titũ, veritas facta est, & viscera eius abundantius in vobis sunt:

Sensus est: Gloriatus aliquando sum de vobis erga Titũ, interim hoc scelus in vos irrepsit: parumq́ꝫ abfuit quin pudefactus fuerim. At cũ Titus ad vos venit, reperit vos tales, quales vos erga eum cõmendaueramus: atq; hoc singulari q̃dam gaudio afficit: hoc enim et mihi & vobis honestum est. Scitis, dum præsens apud vos agerem, sermonem meum semper fuisse veracem, & sic perpetuo cupiam verax in sermonibus meis inueniri. Iam plura bona de vobis pollicebar Tito, cum ipsum ad vos mitterem. ꝙ si aliter rem inuenisset, nõne ego iam merito pudefierem, vt q malos laudauerim, & bonã

vi-

virum Titum deceperim? Sed quoniam & in commendatione vestri verax inuentus sum, non sum pudefactus, nec Titum peregrinationis suæ puduit. Sequitur: CAP. VIII

*Reminiscentes omnium vestrum obedientiam, quomodo cum timore & tremore excepistis illum. Gaudeo ꝙ in omnibus confido in vobis. *reminiscentis

His probat suam gloriationem, quam de Corinthijs habuit, nō fuisse vanam: Quoniã, inqt, recordamur, ꝗ in omnibus Tito & mihi obediẽtes fueritis, & Titum cum timore & tremore excepitis. Gaudeo itaqꝫ, ꝙ in omnibus confidam de vobis. Gaudeo vos mihi compertos tales, vt nihil sit in q̊ non debeam posthac de vobis confidere, neqꝫ quicquam in posterum verebor à vobis exigere. Etiãsi corrigere oporteat, non vereor ne desciscatis. Et si gloriari oporteat, non timeo ꝙ reprædendar: & si vt obedientes laudare, & si vt charitatem ac zelum habentes, confido in vobis. Dixi abscindendum fornicarium, & abscidistis: dixi accipiendum eundem pœnitentem, & accepistis &c. Sed sit hic ꝑsentis capitis finis. Seqtur

CAPVT VIII.

NOtam autem facimus vobis fratres gratiam Dei, quæ data est in ecclesijs Macedoniæ, & ꝙ in multo experimẽto tribulationis, abundantia gaudij ipsorum fuit: & altissima paupertas eorum, abundauit in diuitias simplicitatis eorum.

In præsenti hoc capite diuus Apl's commendat Macedonum liberalitatem in pauperes, vt ipsorum exemplo etiam inuitet Corinthios ad similem beneficentiã. Nos, quod Apl's hic dicit, per membra certa interpretemur, vt dilucidior fiat oratio. Notam, inqt, facimus vobis, fratres, gratiam Dei, quæ data est in ecclesiis Macedoniæ. Apl's noster hanc scribẽs epistolam, apud Macedones egit. Apud Macedones igitur agens,

ſcribit Corinthijs quõ res ſecũ habeãt. Notum vobis facio, inquit, optimi fratres, quam gratiam nobis largit⁹ ſit Deus, dum in Eccleſiis Macedoniȩ agimus. Alij ſic exponunt, vt ſit ſenſus: Certiores vos facio de eleemoſyna, quam in Eccleſiis Macedoniæ collegimus. Vtrunq; recte. Solet enim Apl's eleemoſynam vocare, gratiam: tum ꝙ ex gratia emergit beneficium, tum etiam ꝙ à Deo gratiã meretur. Deinde Aplo magna reputatur Dei gratia, quando videt hoĩes promptos ad benefaciendũ. Secundo ait Apl's: In multo experimento tribulationis, abundantia gaudij ipſorum fuit: & hoc, inquit, nolo vos lateat, ꝙ Macedones in multis & magnis tribulationibus poſiti, nõ deſpõderant animum, ſed multo magis lætati ſunt. Sic & de apl'is legimus: Ibant gaudentes à cõſpectu concilij, quoniam digni habiti ſunt pro Chriſto contumeliã pati. Tertio: Nolo vos lateat, ꝙ profunda paupertas eorũ, abũdauit in diuitias ſimplicitatis eoꝝ. Hæc ſic reddit Paraphraſtes ſatis dilucide: Macedones cũ ſint tenues, extremæq; paupertatis, tamen erat tanta animi promptitudo, vt ex inanibus etiam ſcrinijs quicqd ſupererat, depromerent in ſubſidia pauperꝝ. Vnde factum eſt, vt quo pauperiores redderentur & exhauſtiores pia benignitate, hoc magis ac magis diteſcerent promptiſſimi pectoris candore ac ſimplicitate. Hiſce autem increpantur & redarguuntur auari quidã, beneficium negantes hoc potiſſimũ noĩe, ꝙ pauperes ſint. Audimus hic à Paulo, quomodo Macedones, quum ſumma omnium rerum laborarent inopia, ſimplici tamen, ſyncero, promptoq; animo communicarint paupibus abundantiſſime. Sequitur:

Act. 5.

Quia ſecundum virtutem (teſtimonium illis reddo) & ſupra virtutem voluntarij fuerunt, cum multa exhortatione obſecrãtes nos gratiam & communicationem miniſterij, quod fit in ſanctos.

Tãtum, inqt, abeſt vt ab illis extorſerimus quicquam, aut noſtra ſponte priores ab illis quicquã emulxerimus, vt cum nil tale auderemus, vim potius ab illis ſim⁹ paſſi. Priores eñ à no

à nobis petierunt, immo & coegerunt, vt beneficium istud ac- CAP. VIII
ciperem⁹ ab eis. Vide q̃ multifariam Macedones extollat, vt horum exemplo etiam Corinthios ad imitâdum prouocet. Primo laudauit eos, ꝙ in tribulationibus positi gaudeāt. Secundo, ꝙ in maxima inopia degentes, liberalissime erogauerint quod reliquum erat, in subsidia & vsus pauperꝝ. Tertio, ꝙ supra vires etiam voluntarij fuerunt, vt non fuerit necesse multis argumentis vti, vt cōicarent sua fratribus. Quarto, ꝙ tam anxie obtestati fuerint Apl'm, vt q̊d libenter darent, ipse non ægre fratrum nomine acciperet.

Et nō sicut sperraueramus, sed semetipsos dederūt, primum domino, deinde nobis, per voluntatē Dei, ita vt rogaremus Titum, vt quēadmodum cœpit, ita & perficiat in vobis etiam gratiam istam.

Pulcherrima sunt hæc profecto. Nulla, inquit, nobis spes erat, ꝙ hoīes q tanta rerꝝ penuria & angustijs tenerentur, enixe adeo à nobis exposcerent precibus, vt eorꝝ ministeriū, hoc est, eorum bona sanctissimis viris impartiēda susciperemus. Sed ipsi nō tantum hoc fecerunt, sed etiam longe maiora. nō enim eleemosynas tantum dederunt, sed semetipsos, primū domino, deinde nobis, per voluntatem Dei &c. Primum, inquit, semetipsos dederunt domino, nimirꝝ parati pro Christo omnia, etiā durissima quæq; pati: deinde dederunt semet ipsos mihi, prompti ad oīa facienda, quæ petere vel exigere audem⁹. Porro beneuoli Macedonū animi me ad hoc commouerunt, vt hortaremur Titum, vt quemadmodum cœperatis, ipsius hortatu hanc in sanctos munificētiam, ita q̊d cœptum esset, in vobis consummaret. Obserua hic Apl'i prudentiam, quod et [illegible] Anselmus ex Ambrosio mutuatus est: Quoniam Titi affectu syncerum nouerat Ap'ls circa Corinthios, necnō & hos obedientes ei, idcirco per ipsum etiam ad hoc opus exhortari vos facilius posse significat, vt quomodo in cæteris rebus exhortationis suæ fructum in eis habuit, haberet etiam in hac gratia, Eleemosynarꝝ scilicet.

Sed

Sed ſicut in omnibus abundatis fide, & ſermone, & ſcientia, & omni ſolicitudine, inſuper & charitate veſtra in nos, vt & in hac gratia abundetis.

In priori epl'a accepimus, quantæ & quales fuerint dotes primitiuę Eccleſię, & q̃ in illis excelluerint Corinthij multos alios, vt iam non ſit neceſſe, de donis Spũſſancti altius repetere diſputationẽ. Quoniã itaq; Corinthij in varijs donis Spũs ſancti abũdabãt, vult Apl's, vt & in liberalitate erga ſanctos, alijs Chr'ianis ciuitatibus nõ ſint inferiores. Abundatis, inqt, fide recta, abũdatis ſermone, hoc eſt, dono linguarũ, abundatis ſcientia, habẽtes ſcilicet notitiã diuinarũ ſcripturarũ. Quarto, abundatis om̃i ſolicitudine, ne quid ſcilicet indecorũ à vobis perpetretur. Et in nos veſtra charitas ſupra modũ abundat, admonuim⁹ itaq; Titũ, vt ſic vobiſcũ agat, vt etiam veſtra charitas erga miſeros fratres ſeſe exerat.

Non quaſi imperans dico, ſed per aliorum ſolicitudinem, etiam veſtræ charitatis ingenium bonum comprobans.

Quàm anxius eſt, q̃ ſolicitus eſt, ne quem ſuis verbis offendat ſanctus Apl's? Nõ quaſi imperans dico, nõ hæc ſcribo, vt imperio quidquam à vobis extorqueam: ſed aliorũ ſtudium ſic depingo, vt vos ad ſimile exemplũ prouocẽ, & explorem q̃ ſit ingenua vr̃a charitas cũ aduerſum me, tũ aduerſus alios. Miri hic ſunt ſtimuli, mira or̃onis vis, vt nõ poſſit nõ pſuadere q̃d inſtituit. Ecce ꝑponit ditiſſimis Corinthijs, inopes Macedones. A Corinthijs per imperiũ nõ audet quicquã petere, ſed pręmiſit quõ à Macedonibus pene coactus fuit accipere. Alij, inquit, magnum adhibent ſtudiũ, vt benefaciant ſanctis: ego autem vobis nihil præſcribo.

Scitis enim gratiã domini noſtri Ieſu Chriſti, quoniam propter vos egenus factus eſt, cum eſſet diues, vt illius inopia vos diuites eſſetis.

All-

CA. VIII.

Aliud exemplũ proponit, q̃d nemini tuto licebit despicere. Ipse enim Christus dixit: Exẽplum dedi vobis, vt quẽadmodũ ego feci vobis, ita & vos faciatis. Et iterũ: Discite à me, q̃a mitis sum & hũilis corde. Ex his liquet, nos debere Christi imitatores esse. Recte ergo Apl'us nobis & Corinthijs ꝓponit exemplũ Christi, vt sequamur vestigia eius. Scitis, inquit, gratiam dñi nostri Iesu Christi, q̃m propter vos egen' factus est, cũ esset diues, vt illius inopia vos diuites essetis. Tu iam adde: Quisq̃s igitur Christi voluerit discipul' esse, etiam nõ detrectet minus habere, modo proximo prodesse possit. Sed quæris forsan, quõ dñs noster Iesus Christus pauper factus sit, cum esset diues. Factus est pauper assumpta humanitate, remãsit aũt diues non amissa diuinitate. Diues est, q̃m oĩa q̃bus nos in hoc mũdo ditescim', ipse dñs creauit. Diues huius seculi, aurum vel argentũ habere potest, sed creare non potest. Sed loquamur de ipsius paup̃tate breuissimis. An ne pauper factus est, cuius mater puerpera locum in diuersorio non habuit? An non pauper est, q̃ dicit: Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos, filius aũt hoĩs non habet vbi caput reclinet? An non euangeliũ nobis describit Christum, esuriẽtem, sitientẽ, defatigatum, nudum tandẽ pendentẽ in crucis patibulo? Hæc certe suffecerint ad demonstrandã Christi in carne paupertatẽ. Quod aũt nos illius inopia diuites facti sum', non multis indiget ꝓbationibus. Siue enim de corporalibus, siue de spũalibus diuitijs loquaris, à Deo per Christum accepimus. Tu igitur audiens Christum sua tecum cõmunicasse, ne recusa & tuis diuitijs aliorum subleuare inopiam. Matth. 8.

Et consiliũ in hoc do. Hoc enim vobis vtile est, qui non solum facere, sed & velle cœpistis ab anno priore: nunc vero & facto perficite, vt quemadmodum animus promptus est volũtatis, ita sit & perficiendi ex eo quod habetis.

Vide q̃ multis modis Corinthijs persuadere conatur liberalem in pauperes beneficentiã. Primũ inquit, Cõsiliũ in hac

re vobis do, non per imperiũ exigo, non cogo, sed consulo, vt quod bonum est, non negligatis. Secundo addit: Hoc eñ vobis vtile est. Nec mihi vel aliis consulo, sed vobisipsis. Si enim cõsiliis meis acquieueritis, ad vos maior redibit vtilitas. Vos eñ carnalia exponitis, & cœlestia recipietis. Tertio: Quæ vobis consulo, non impossibilia sunt, immo nec difficilia, cuius rei vosipsi testes estis. Ab anno enim priore vestrapte sponte, nemine adhortante, cogitastis de subleuandis sanctis. Quod igitur vosipsi in animũ induxistis, hoc vt perficiatis adhortamur. Quarto, non pcipimus vt supra vires vestras quid erogetis in vsus pauperum, sed date iuxta id quod possidetis, vt facta voluntati respondeant. Addit:

Si enim voluntas prompta est, secundũ id quod habet, accepta est, non secundum id qd non habet.

Pulchra est hæc sententia: Deus non respicit qntum des, q aut animo des respicit. Et voluntatẽ magis coronat, q opus. Non igit existimes te minus acceptum his, q plura dederunt, si tu pauciora dederis. Quõ potes dare qd non habes? Alii licet aurum & argentum dent, tu vel calicem aquæ frigidę impertí, & mercedem tuam non perdes. Nota est historia apud Lucam de vidua paupercula, q vidente Christo miserat duo æra minuta in gazophylacium. Dicebat enim Christus: Vere dico vobis, quia vidua hæc pauper, plus q oẽs misit. Nam oẽs hi ex abundanti sibi miserunt in munera Dei: hæc aũt ex eo quod deest illi, oẽm victum suum quẽ habuit, misit. Nemo igitur se excusare poterit, si non eleemosynam erogauerit.

Lu.

Non autem vt aliis sit remissio, vobis autem tribulatio, sed ex æqualitate.

Non sic iubeo vos vestra erogare, vt hi [illegible]em q accipiũt, in deliciis sint, vos aũt non habeatis, vnde [illegible]uere possitis. Sed sic date eleemosynam, vt & inopes habea[illegible] q viuant, & vos non cogamini emendicato deinceps viuer[illegible] pane. Hæc sic ab Aplo dicta sunt, vt Corinthios promptior[illegible] faceret ad elargiendũ, cum audiunt se non cogi ad renunciationẽ oĩm bo-

bo-

norum, totiusq́ʒ substantiæ. Laudo quidem, inquit, Macedones, quod vltra vires dederint: sed non cogo vos, vt eadem faciatis. Hæc non ausim pluribus agere, ne auara auaritia habeat, quod inhumanitati suæ prætexat. Sed audiamus quid Tobiæ iuniori à patre dictum sit: Ex substantia tua fac eleemosynam, & noli auertere faciem tuam ab vllo paupere. Ita enim fiet, vt nec à te auertatur facies dñi. Quõ potueris, esto misericors. Si multum tibi fuerit, abundanter tribue: Si exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impartire &c. Addit superiorib⁹ Apl's:

In præsenti tempore, vestra abundantia, illorum inopiã suppleat: vt & illorum abundantia, vestræ inopiæ sit supplementũ, vt fiat æqualitas, sicut scriptum est: Qui †multum, non abundauit: & qui modicum, non minorauit.

† multum habuit, Exo. 16.

Sensus Apostoli potest bifariam exponi: Primũ, v[...] sensus: Macedones quidem elargiti sunt supra vires suas, sed tñ parũ, qm̃ pauperes sunt, vos itaqʒ Corinthij, qm̃ ditiores estis, plura dare debetis, vt vos illorum inopiam sarciatis, illi aũt vestrum augebunt cumulum, sicq́ʒ non est in quo alter altero fœlicior sit. Porro secundo sic exponi potest, & meo iudicio re[c]ctissime: Vos Corinthij vestris diuitijs supplete inopiã & Macedonum & aliorum pauperum, pro quibus collectæ fiunt, qm̃ frustra nihil erogabitis. Vos enim erogatis tẽporalia & corporalia, illi aũt rependũt & æterna & spũalia: immo Deus ipse agnoscet gratum vestrum animũ, & augebit ea quæ ad animæ salutem faciunt. Sic igitur fiet, vt nemo cõqueri possit, nemo præ alio gl[or]iari possit, cum æqualitas sit vbiqʒ. Vos expẽdite diuitias h[uiu]s mundi, sed in alio vobis respondet. Illi accipiunt tempora[li]a, vobis aũt cõmunicãt spũalia. Sicq́ʒ fiet quod scriptum est: Qui multum habuit, non abundauit: qui aũt modicum habuit, n[o]n minorauit. Etiam si plura habeas, quid est? Necesse est vt al[ij]s relinquas. Quod si pauciora, parũ refert. Natura enim paucis cõtenta est. Es sterben als wenig armen Hungers, als reichen, In diuitijs itaque nemo debet gloriari,

 mul-

multo minus aũt in inopia desperare. Quod si auaritia suadẽte oĩa corradere volueris, vide ne tibi cõtingat q̃d auaris Mãnæ collectorib⁹, de qbus scriptũ est, ꝙ viri qdã reseruarũt ex Mãna collecta vsq; mane, sed ꝓduxit vermes atq; cõputruit.

Exo 16.

Gratias autem ago Deo, qui dedit eandem solicitudinem pro vobis in corde Titi, quoniam exhortationem quidem suscepit: sed cum solicitior esset, sua voluntate profectus est ad vos.

Gratiam, inquit, habeo Deo, cuius instinctu res hæc Tito quoq; sit cordi, perinde atq; mihi: q cum esset suapte sponte ꝓpensus, facile accepit exhortationem nostram, immo non meo hortatu, sed suapte volũtate ad vos venit, licet meis hortatibus alacrior. Hic est sensus Paulinoꝝ verboꝝ: sed prestat videre, q̃ varia ad psuadendum liberalitatem, sint argumẽta in paucis hisce verbis: Disseruerat iam Apl'us de eleemosyna, quo [illegible] danda: ne itaq; Corinthij dicerent, Satis qdem sum⁹ ꝓpẽsi ad largitionẽ: sed subueremur, ne vitio ministroꝝ fraudentur sancti, q̃rum inopiam subleuare volumus. Adgredit itaq; Paulus hãc suspicionẽ amoliri, & cõmendat ministros, q̃rum primus est Titus, de q̃ iam scripsit, & quẽ satis magnifice laudat. Primũ, ꝙ Dei instinctu fuerit excitatus ad hãc rem administrandã. Secundo, ꝙ suapte sponte paratus fuerit ministrare sanctis. Tertio, ꝙ facile Apostoli exhortationem acceperit. Obserua hoc lõci, qd intendat Apl'us cũ dicit, Titum Dei opera excitatum ad hoc ministerium. Profecto sic argumentat occultis verbis: Tanta est Deo de egenis cura, vt ipse subordinet ministros eleemosynaꝝ: itaq; Deus ipse sub persona Titi à vobis eleemosynã postulat. Debetis e[illegible]o quæ Deo sunt digna, munera conferre &c.

Misimus etiam cum illo fratrem nostrum, cuius laus est in Euangelio per omẽs ecclesias: non solum autem, sed & ordinatus est ab ecclesiis comes peregrinationis nostræ, in hanc gratiam, quæ ministratur

CA. VIII.

tur à nobis ad domini gloriam, & destinatam voluntatem * vestram. *nostram.

Rursum alium discipulum à suspicione mala liberat non vulgari, nec tñ noĩe ꝓprio exprimit, quẽ velit intelligi. Multi opinant Aplũ de Luca euangelista loq, cuius bñficio euãgelicam accepimus historiam: alij intelligunt Barnabam, eo ꝙ in Actis legimus Barnabã Paulo additum, vt esset comes & collega illius. Porro quisqs ille tandẽ fuerit, nescire nihil retulerit. Nos itaq; de illo non multũ curiosi, videamus qbus modis ille à Paulo cõmendet. Primo inqt: Misimus cum illo fratrem nostrum, cuius laus est in euãgelio. Egregia laus, illum talem fuisse, ꝙ Aplus non dubitat fratrẽ suum noĩare: & addere, ꝙ illius laus sit in euãgelio ꝑ oẽs ecclesias. q. d. Quid necessum fuerit, me illius esse encomiasten? Oẽs Chrianoꝶ ecclesiæ nouerunt illius in euangelij negocio integritatẽ. Secundo, cum ait: Nec id solũ, sed & ordinatus est ab ecclesiis &c. laudat illum vel ex eoꝶ iudicio q hũc elegerât. Tantus vir visus est ecclesiis, vt illũ mihi adiungerent collegã & comitẽ, vt esset oĩm fortunaꝶ meaꝶ particeps: & ꝓcipue in hoc mihi adiunct⁹ est, vt eleemosynæ negociũ ageremus, q̃ ministrat à vobis ad dñi gloriã, iuxta animi vñi ꝓmptitudinẽ. Visi sum⁹ ecclesiis digni, q & gloriæ Dei, & vñis animis satisfaceremus. Acto.13.

Deuitantes hoc, ne quis nos vituperet in hac plenitudine, quæ ministratur à nobis ad domini gloriam. Prouidemus enim bona nõ solum coram Deo, sed etiam coram hominibus.

Tanta est [illegible]iqñ etiam nequissimoꝶ hypocrisis, vt sæpissime etiam pij ip[illegible]ie boni decipiant: hinc fieri potest, vt existimãtes nos eligere optimos, eligam⁹ ꝑuersissimos. Ne itaq; aliqs obijceret, cõced[illegible]mus ꝙ Apostoli illos quos tu enumeras, elegerint: quid si [illegible]postoli decepti fuissent? quid si ministri fraudem nobis fa[illegible]erent? Ait ergo Apls noster ad purgationem & sui & suoꝶ: Nos in administratione eleemosynaꝶ, q̃ à vobis ad dñi gloriam, in vsus pauperꝶ largiunt, sic nos ha-

bemus, ne quis nos vituperare possit. Non enim parũ refert, quibus administrationẽ eleemosynarũ cõmittas, ne quod dicitur, ouem lupo &c. Nos nostra non quærimus, nos nemini fraudẽ facimus: sed prouidemus bona & honesta non solũ corã Deo, sed etiam coram hoĩbus. Obserua quod Apostolus hoc loco dicit, se procurare bona nõ solum coram Deo, sed etiã coram hoĩbus. Impie igitur & crudeliter faciunt, qui dicunt se non curare, quid de ipsis vulgo dicatur: Conscientia tibi satisfaciet, quãdo bonum opus tuum calumniantur impii: tu autem sic vitam tuam institue, vt nemo de te quicquam mali cogitare possit. Væ homini illi, ait scriptura, per quem scandalum venit &c.

Fama an negligenda.

Matth. 18.

Misimus autem cum illis & fratrem nostrum, quem probauimus in multis sæpe solicitum esse, nunc autem multo solicitiorem, confidentia multa in vos, siue pro Tito qui est socius meus & in vobis adiutor, siue fratres nostri, Apostoli ecclesiarum, gloria Christi.

Tito & Barnabæ & alium adiungit, vt tres sint quibus negocium pauperũ cõmittatur. Quisquis autem tertius collectorũ fuerit, minus nouimus quam quis secundus. sed parũ refert quomodo vocent, multum autem refert quales sint. Hinc Apostolus nõ curauit nomen exprimere, cõtentus probitatem collectorũ significasse. Audiuimus laudes primi & secundi. Iam quid de tertio dicat, audite. Misimus autem cum illis, inquit, & fratrem nostrũ &c. Sensus est: Addidimus his duobus, vobis spectatissimis, & tertium fratrem quendã nostrum, quem, tametsi vobis parum cognitus est, tamen ipsi sæpenumero sumus in multis experti diligentem ac fidum: sed in hoc negocio, quam in cæteris, diligentiorem. Addit: Multa itaque mihi ad vos fiducia, s. quod libenter illis tam probatiss. viris vestras eleemosynas istis cõcredituri. Titus enim socius meus est & particeps omnium meorũ laborũ, & in his quæ erga vos sunt, mihi adiutor. Sed quid alii? Fratres, inquit, nostri sunt, & Apostoli ecclesiarũ, hoc est, ab ecclesiis legati & emissi, & sunt gloria Christi, hoc est, seruiunt gloriæ Christi. Osten

Ostensionem ergo q̃ est charitatis vestræ & nr̃æ gloriæ pro vobis, in illos ostẽdite in facie ecclesiarꝫ.

Apertum est q̃d dicit: Ostẽdite, inquit, erga illos quæ sit vestra charitas, & q̃ non sim temere apud hos collectores de vobis gloriatus: & sic ostẽdite, vt oẽs ecclesiæ intelligãt. Hoc aũt fiet, si abundãter contuleritis de vestris bonis in vsus pauperum, & hos quos ad vos mittimus, humanissime tractaueritis. Sit itaq; huius octaui capitis finis. Sequitur

Caput IX.

Nam de ministerio quod fit in sanctos, ex abundãti est mihi scribere vobis. Scio em̃ promptũ animum vestrũ, pro quo de vobis glorior apud Macedones.

Perstat adhuc Apostol⁹ in suo argumẽto, de dãdis scilicet Eleemosynis, tu porro penitius contemplare, q̃ efficax sit oratio Pauli ad persuadendũ, q̃ prudẽter oĩa dicat, q̃ blãdus deniq; sit, vt à Corinthijs q̃d vult, extorqueat. Dicit em̃ se ex superfluo scribere de eleemosynis dandis, ad Corinthios, cum hi aliàs satis ad id beneficij promptissimi sint. Facit aũt hoc, vt magis illos cõciliet. Cõfunditur em̃ homo existimationẽ talem habens, quasi nõ opus habeat cõsilio, si nõ esset talis, & inferior inueniatur, & ea existimatione priuet̃. Sed audiamus ipsum Paulum: Nã de ministerio q̃d fit in sanctos, ex abundanti est mihi scribere vobis. Vult dicere: De alijs rebus fortassis nõ inanem, scribẽdo vobis, operã lusi: sed vt vos extimulem scriptis meis ad munificentiã collocandã in sanctos, nihil opus est vt in eo sumã operã. Scio em̃ promptũ animum vestrũ, pro q̃ de vobis glorior apud Macedones. Seq̃tur:

Quoniam & Achaia parata est ab anno præterito, & vestra æmulatio prouocauit plurimos.

Clara sunt oĩa nisi quis velit exaggerationem exaggerare latius. De vobis glorior, dixit, apud Macedones. Quomodo

mi Paule? Quib' verbis? Hoc dico. Qm̄ & Achaia parata eſt ab anno præterito. Hoc Macedonibus dico. Dignū eſt vt veſtra liberalitas ſe exerat tandē: nam tota Achaia, non ſolum Corinthus, parata eſt ante annum. Hæc itaq;, o mihi chariſſimi Corinthij, multos ꝓuocauerūt ad ſimilē benignitatem & beneficētiā. Nō igiť neceſſum eſt, vt vobis aliud exēplū q̊d imitemini, proponā, cū ipſi facti ſitis exemplū alijs. Sequit:

Miſimus aūt fratres, vt ne, q̊d gloriamur de vobis, euacuetur in hac parte, vt quemadmodum dixi, parati ſitis, ne cum venerint Macedones mecum, & inuenerint vos imparatos, erubeſcamus nos, vt non dicamus vos in hac ſubſtantia.

Vide q̄ anxius ſit, q̄ omnē moueat lapidē, ne aliq̊ verbulo minus prudenti Corinthios offendat. Dicat aliquis: Si noras nos ſuperiore anno paratos, ſi ſuperuacaneum erat de ſubminiſtratione ſcribere: quid opus erat & fratres mittere, & epiſtolam ſcribere? Reſpondet hiſce & ait, ſe ſancta quadam ſolicitudine feciſſe, non tam vt gloriationem ſuā de Achaicis apud Macedones iactatam confirmaret, q̄ vt ignominiā ꝓhiberet ab Achaicis: hoc eſt, curare voluiſſe, ne periclitaretur vlla in re, maxime in hoc gloriationis genere, Corinthiorum gloria. Locus ſatis apertus eſt. Sequitur:

Neceſſarium ergo exiſtimaui rogare fratres, vt præueniant ad vos, & præparent repromiſſam benedictionem hanc, paratam eſſe ſic, quaſi benedictionem, non tanquam auaritiam.

Rurſus aliam adfert cauſam, quare fratres illos tres Corinthum miſerit, illam ſcilicet, vt illi fratres ſic omnia præparent, vt Macedonibus aduenientibus omnia ſint parata & in promptu, & vt largiantur liberrime, non quaſi coacti & inuiti. Porro quod Apoſtolus iubet, ſic fieri eleemoſynā, vt benedictio mereatur dici, & non auaritia: nihil aliud voluit dicere,

cere,quàm ne grauate,ne cũ tristitia dent,sed volũtarie. Qui enim auari sunt,non facile quippiam egenis largiuntur. ꝙ si etiam dare eos contigerit,mirum est, quàm grauate, ꝗ triste, & quàm toruis oculis fiat. Sie werffens dahr wie einem hũd. Sed eleemosyna non cum indignatione danda est. Si quis autem est qui recte eleemosynam dare velit, alacri animo det, sciens se longe plura à Deo recepturũ. Si in hoc quæris exemplum,consule historiã Abrahæ:& inuenies quæ tuto imitari licebit. Videtur Apostolus etiã hoc loci respicere ad priorem Epistolam,in qua etiã admonuerat eleemosynas sic ꝓcurandas,ne se præsente,collectas fieri necesse sit. CAP. IX.

Hoc aũt dico:Qui parce seminat,parce & metet: & qui seminat in benedictionibus,de benedictionibus & metet. Vnusquisq; prout destinauit in corde suo,non ex tristitia,aut ex necessitate. Hilarem eñ datorem diligit Deus.

Apertum est quid Apostolus hisce velit. Explanatius eñ nunc loquitur,ꝙ sponte & liberaliter,non coacte aut grauatim,dandum sit. Ne eñ quis dicat,Nolo facultates meas dispartiri aliјs,& postea e fratrum laboribus viuere:nolo aliјs succurrere,vt ego peream:nolo egenis dare, vt ego mendicare cogar. Ad has,inquã,auarorũ excusatiões respicit Apostolus,& dicit:Hoc aũt dico:Qui parce seminat,parce & metet:& qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. Elegãs hæc est allegoria,& à re rustica desumpta,quã nemo nõ intelligit. Qui enim parce seminat, nũquam copiosam messem faciet. Qui aũt liberaliter & multum seminat, longe plura messurus est. Sic qui pauca dat egenis,modicam mercedẽ recipiet. Qui aũt multum dat, copiosiorem mercedem recipiet. Pauca aũt dicitur dare,qui grauatim dat, quantumcunq; tandẽ largiatur. Hoc eñ Paulus intendit demonstrare,cũ statim subiunxit: Vnusqsq; prout destinauit in corde suo &c. Hilarem eñ datorem diligit Deus. Nõ vult Deus, vt quasi coact⁹ & tristis des,sed vt gaudeas te dare posse:ma

Acto.20 iusq; beneficium credas, dare, quàm accipere. Igitur qui suis bonis feliciter frui voluerit, egenis communicet: & bonam sementem faciet. Porro ad hunc locum pertinent quæ in
Pro.11. Prouerbijs legimus: Alij diuidunt propria, & ditiores fiunt: alij rapiunt non sua, & semper in egestate sunt. Qui confidit in diuitijs, corruet: Iusti autem quasi virens folium germinabunt. Qui abscondit frumenta, maledicetur in populis: Benedictio autem super caput vendentium. Multa huiusmodi sunt in scipturis, sed suffecerint hæc.

Potens est autem Deus omnem gratiam abundare facere in vobis, vt in omnibus semper omnem sufficientiam habentes, abundetis in omne opus bonum, sicut scriptũ est: Dispersit, dedit pauperibus,
Psal.11 iustitia eius manet in seculum seculi.

Exemplis Macedonum prouocauit Corinthios, illorum gloria[illegible] prætexuit, iam ne nihil non tentet, aliud adducit, nimirum omnipotentiam & omnisufficientiam Dei, qua possit suppe[illegible]itare cultoribus suis, quæ ipsis prosunt & necessaria videntur. Sensus autem verborum Pauli, is est: Non est, vt quis vereatur se perdere quod in vsus pauperum largitur, nec est vt quis existimet se eleemosynis reddi pauperiorem: tantum enim abest, vt perdatis beneficium egentibus præstitum, vt totum in vos tãdem redundare possit, efficiente Deo, vt vobis & pecunia semper suppetat, quantum ad vsum vitæ satis est, & insuper exuberetis & ditescatis omnibus pietatis officijs. Vide itaque, quanta promittat Apostolus [illegible]js qui eleemosynas elargiuntur. Primo faciet eleemosy[illegible]m abundare, vtcunque pro tuo posse pauca dederis. Se[illegible]do faciet, vt in omnibus (temporalibus, intellige) omn[illegible]m sufficientiam habeas. Tertio, vt & in omni bono opere abundes. Decrescentibus itaque iuxta mundi huius op[illegible]ionem, diuitijs, crescet ipsa virtus, omnibus mundanis diuitij[illegible] preciosior. Porro ne quis Apostolo diffidere possit, addit e[illegible] Psal. 111. testimonium satis efficax. Dicit enim inibi propheta de viro bono: Disper[illegible]it, dedit pauperibus: iustitia eius manet in s[illegible]culum

CAP.IX.

seculi. D.spersit, inquit, non in vnum accumulauit horreum: sed dedit pauperibus, non scurris, non scortis, sed pauperib⁹: iustitia ergo eius manet in seculum seculi. Panis quidem vel pecunia quam das, perit, hoc est, consumitur: at iustitia ęternum manet. Eleemosyna autem, vt Chrysostomus ait, iustos facit, peccata quasi ignis consumens, quando cum liberalitate effunditur. Quod si quæras exẽplum, vbi eleemosynæ datio dantem ditiorem facit, cogita lecythum olei apud Sareptam Sidoniorum: Cogita septem sportas fragmẽtorum de septem panibus in euangelio. Sequitur: 3 Reg.17. Ioan.6.

Qui autem administrat semen seminanti, & panem ad manducandum præstabit, & multiplicabit semen vestrum, & augebit incrementa frugum iustitiæ vestræ, vt in omnibus locupletati, abundetis in omnem simplicitatem, quæ operatur per nos gratiarum actionem Deo.

Dixerat Apostolus Deum iuxta suam oĩpotentiam posse facere, vt nihil nobis desit eorum quę ad vitam nostram alendam faciunt: dixerat etiam, nos in virtutibus crescere, ita vt iustitia nostra mansura sit in perpetuum. Iam quoniam auari homines nunq̃ non diffidunt benignitati Dei, sed semper timent egestatẽ, Apostolus quasi superiora repetit, dicens Deum illud non tantum posse, sed etiam velle. Sed videamus ordine singula. Primo inquit: Qui ministrat semen seminanti, is vtiq; & panem ad manducandum præstabit. Qui seminat, minuit quidem frugum suarum cumulum: sed lõge plura recipit, q̃ expenderat. Tu itaq; imitare satorem, expẽde quæ habes, & maiora recipies. Secundo, Deus multiplicabit semen vestrũ, vt scilicet habeatis vnde seminare possitis. Tertio, Augebit incrementa frugum iustitiæ vestræ: hoc est, & in spũalibus donis augmentum sentietis, sic vt in omnibus diuites sitis, & simplici corde longe plura sitis elargituri: quo fiet, vt p nos Deo agantur iuges gratiæ. Procedamus, quoniam nihil difficultatis hoc loci est.

Quoniam ministerium huius officij, non solum supplet ea quæ desunt sanctis, sed etiam abundat per multas gratiarum actiones in domino, per probationem ministerij huius, glorificantes Deum in obedientia confessionis vestræ in Euangelio Christi, & simplicitate communicationis vestræ in illos & in omnes, & in ipsorum obsecratione pro vobis, desiderantium vos propter eminentem Dei gratiam in vobis.

His rursum recenset Apostolus eleemosynarum fructus, enumerans quot bona ex liberalitate Corinthiorum proueniant. Sensus autem est qui continenter sequitur. Primus fructus est, ꝙ vestra liberalitate multorum inopia subleuatur: quod quidem priuatam mercedem meretur. Secundus fructus: Quo copiosior est vestra beneficentia, hoc agũtur à pluribus gratiæ Deo. Iam si impune nõ fert, qui nomẽ Dei blasphemari facit: quam mercedem promeretur, q facit vt Deus multis nominib⁹ laudetur, eiq; fiant gratiarum actiones: Tertius fructus: Hi quibus benefacitis, considerãtes vestram beneficentiam, & ꝙ tanto consensu monitis euangelicis obeditis, miris laudib⁹ etiam vos extollunt, & haud dubie vestrũ imitari conabuntur exemplum. Quarto: vestra liberalitas facit, vt illi omnes quibus subuenitis, tanto amore erga vos accendantur, vt nunquã non ex animo cupiant vos videre, vos, inquam, in quibus tam eminens Dei gratia conspicitur. Horum nullum est quod non redundet in maximam Corinthiorum gloriam. Addit Apostolus quasi exclamationem:

Gratia Deo super inenarrabili dono eius.

Donum hic vocat, donum charitatis, quod & in dantibus & in accipientibus satis magnificum esse probatum est. Apostolus itaq;, dum loquitur de alterna indigentia, & de alterno supplemento, vt inquit Anselmus, hinc de rebus carnalibus in

in illos, inde autem de spiritualib⁹ in istos: sic gaudio perfunditur, vt non possit se continere, quin exclamet, & Deo gratias agat de tam inenarrabili dono, quo sic cõglutinauit animos Christianorum. Vere em̃ inenarrabile donum Dei est, ꝙ Corinthij tam liberales sint: & inopes magis lætantur de profectu spirituali dantium, q̃ de sui subleuatione. Discamus itaq; & nos Deo in om̃ibus gratias agere, vt & ipse dona sua in nobis iuxta virtutem suam augeat. Sit & huius capitis Noni finis. Sequitur

Caput X.

Ipse autem ego Paulus, obsecro vos per mansuetudinem & modestiam Christi, qui in facie quidē humilis sum inter vos, absens autem confido in vobis.

Absoluto, vt oportebat, de eleemosyna negocio, narratisq; tentationibus suis, & in his mirabili patientia, sermones increpatorios adgreditur, expurgaturus & abstersurus om̃es in seipsum Pseudapostolorum calumnias, hoc quod & in principio fere huius epistolæ occeperat. Erant enim apud Corinthios quidam malesani prædicatores, sublime de seipsis sentientes, vt suprà diximus, & qui se præferebāt Apostolo Paulo, quem vt arrogantem infamabant, & vt hominem nihili, & inutilia docentem. Hoc autem faciebant, vt ipsi se insinuarent Corinthijs, Paulum autem Corinthijs odiosum redderent. Sed videamus, q̃ grauiter Paul⁹ suum vindicet Apostolatum. Cæterum, inquit, ego ipse Paulus, obsecro vos, & obsecro vos per mansuetudinem & modestiam Christi. Singula hic serio ponderanda sunt. Quare obsecrat per mansuetudinem Christi? Vt admoneat se imitari mansuetudinem domini sui Iesu Christi, qui & ipse multas iniurias ab aduersarijs passus, non protinus ostendit vngues, sed patienter tulit. Sic & Apostolus in consequentibus ostendit, se quidem dira potuisse, sed noluisse, vt qui magis cupiat mansuetudine aduersarios suos prosternere, immo emendare, q̃ virga. Addit

Ego Paulus, qui in facie quidem humilis sum inter vos, absens autem confido de vobis. Hæc per ironiam ab Apostolo dicuntur: Pseudapostolorum enim hæc verba sunt, qui dicebant: Egregius ille Paulus vester, nouit vos blanditijs & turpi seruitute, simulataq́ benignitate retinere, dum apud vos ambiret imperium. Iam vero cum libera vestra colla sub iugũ demisit, nouit imperio & tyrannide vos premere, adeoq́ opprimere: id q̊d in mœchi illius enituit supplicio, sed & ex epistolis eius acerrimis & hostilibus colligere licet. Quando adest, nullius est momenti, sed vilis ac contemptus: quando autem abest, inflatur & superbit, diraq́ minitatur. Hæc itaq́ & huiusmodi alia calumniatorum verba, Paulum non latebant, ideoq́ oblique innuit se nihil horum latere, quæ contra ipsum moliantur pseudapostoli. Sensus itaque est: Ego ipse Paulus, quem pseudapostoli nusquã non calumniantur, non impero, non vrgeo, sed obsecro vos per mansuetudinem & modestiã Christi, ne quis rursus de tyrannide nostra queratur.

Rogo autem vos, ne præsens audeã per eam confidentiam, qua existimor audere in quosdam, qui arbitrantur nos, tanquam secundum carnem ambulemus. In carne enim ambulantes, non secundum carnem militamus.

Iam exprimit, quid ab illis petat: & est sensus: Egregia & profecto magnifica mihi est potestas à Deo data, vtcunq́ à quibusdam traducar: sed non vtor illa libenter. Rogo itaq́, sic componatis vitam vestram, ne, cum venero, cogar vti potestate mea. Qua potestate? Qua existimor vsus in quosdam, qui arbitrantur nos quasi secũdum carnem ambulemus. Qui sunt illi, in q̃s Apostolus sua potestate vsus est? Forte de mœcho loquitur, quem satanæ tradiderat, aut de alijs malesanis hominibus, in quos iuxta potestatem suam apostolicam animaduerterat. Hi itaq́ qui arguebantur & puniebantur à Paulo, odio prosequebantur ipsum, dicentes ipsum adhuc secundum carnem ambulare, hoc est, carnis affectꝰ sequi, hoc est, ex

CAP. X.

ex odio vel inuidia, vel supbo tumore in se animaduertere, non vero zelo. ait aūt Apostol⁹: In carne aūt ambulātes, non secundum carnem militamus: Hoc est, Fateor qdem me adhuc carne amictum, & à carnis infirmitatibus non oīno liberum: sed nihilominus secundū carnē non milito, hoc est, affectus carnis nō sequor, nec aliquid humano p̄sidio in negocio euāgelij agere soleo. Sed audiamus Ap̄lm ipsum, se explicātē.

Nam arma militię nostræ non sunt carnalia, sed potentia Deo, ad destructionem munitionum, consilia destruentes.

Quænam sunt arma carnalia? Diuitiæ, gloria, potentia, facundia, authoritas, adulationes, simulationes, & cætera huiusmodi. Quæ aūt est Apostoli nr̄i militia? Munus ap̄licum, q̊ oppugnabat satanam & huius regnum. Quibus ergo vtitur armis? Aduersarium habet potentē & callidum. Nam arma, inquit, militiæ nr̄æ non sunt carnalia, sed potentia Deo, hoc est, Deo satis valida, vt ipse his expugnet oēs sibi aduersantes, vtcunq; aliàs sint imbecillia. Sic & 4. cap. huius epistolæ dixerat: Habemus aūt thesaurū hunc in vasis fictilibus, vt sublimitas sit virtutis Dei, & non ex nobis: ita & hoc loco dicit, arma nō esse carnalia, hoc est, non esse imbecillia, sed Deo oīpotenti satis potentia, ad qd? Ad destructionē munitionū: hoc est, ad demoliēdū & destruendū ea q̄ alijs satis munita eē vident. Secūdo, cōsilia destruētes: hoc est, De⁹ armis nr̄is, hoc est, ministerio nr̄o, etiā cōsilia destruit. Qualia cōsilia? Oēs gētiū & pseudap̄lorū captiones, aut rōnes, q̄s aduersus Chr̄ianorū dogmata comminiscunt. Sic em̄ cōuicit Ap̄ls & Iudęos & Gētilium philosophos, vt contradicere nihil potuerint. Sequitur:

Et omnem altitudinem, extollentem se aduersus scientiam Dei, & in captiuitatem redigētes omnem intellectum in obsequium Christi.

Vide Cyrillū de recta fide ex 2. ad Corinthios & rursum lib. 2. eiusdē argum[illegible].

Et ad pdendum hos, arma nostra satis Deo sunt valida & efficacia, q sese extollūt superbo tumore aduersus scientiam Dei, hoc est, aduersus euangelij p̄dicationem. Nam vt Anselmus

mus pie admonuit, q in sublimitate secularisi dignitatū erāt positi, & illi q celsitudinem humanæ sapientiæ erant assecuti, extollebāt se miro supercilio, aduersus humilem de crucifixo pdicationem, sed frustra. Neq; enim est cōsilium, non sapientia, non prudentia contra dnm. Dæmones etiam se extollebant, dum in idolis colerentur, aduersus scientiam vnius Dei: necnon & hæretici aduersus veritatis catholicæ scientiam, sed destructi sunt Aplorum armis, Deo sic pugnāte, & ad triumphum anhelante. Rursus, inquit Aplus, arma nostra etiam valida sunt, vt captiuum ducant oēm intellectum in obsequium Christi. Hoc est, Contradicentes oēs, qlescunq; tandem illi sunt, sic ratiōe cōuincimus, vt aduersus dogmata con stra non habeant quod dicant, sed coguntur consentire nobis, & vera affirmare ea, q antea vt mendacia incusabant, oppugnabant, immo & fugiebant. Sic sæpissime legimus Chrm aduersus pharisæos & principes Iudæorum dimicasse, vt nō potuerint quicq respondere, nec fuerint ausi eum aliquid interrogare. Sic Stephanus aduersus Iudæos de varijs synagogis venientes, disputabat, vt non potuerint sapientiæ & spūi q in Stephano loquebatur, resistere. Sic arbitramur Paulū nrm nō raro disputasse aduersus Iudæos & gētiles, vt vel ppria cō sciētia teste, nihil potuerint cōtradicere. Addit porro Apls:

Et in promptu habentes vlcisci omnem inobedientiam, cum impleta fuerit vestra obedientia.

Summa, inquit Apostolus, hæc est: Arma nostra sic sunt, vt in prōptu possem me de omnibus vindicare, q euangelio inobediētes sunt. sed nolo hac mea efficaci potestate vti, donec vestra obedientia fuerit impleta. Igitur φ multa apud vos dissimulo, non ideo fit, quasi mea potestas nullius sit virtutis, sed vestri ob causam nihil præcipitanter facio. Si etiam continuo vellem punire peccātes, iam diu haberē pœna dignos. Sed differo pœnam, vt posthac mitius punire possim pœnitentes, aut durius sæuire in contumaces. Sic itaq; Apostolus in omnibus sequitur exemplum misericordis dñi, qui & ipse dissimulat peccata hominum propter pœnitentiam. Sequitur

Quæ

Quæ secundum faciem sunt, videte. Si quis confidit sibi, Christi se esse: hoc cogitet iterum apud se, quod sicut ipse Christi est, ita & nos. CAP. X.

Quid est quod dicit, Quæ secundum faciem sunt, videte? Quoniam Corinthiorum aliquot seducti erant à pseudapostolis, Paulus ipsos admonet, vt ea tantum considerent, quæ aperte ab seipso & à pseudapostolis fiunt. Non præcipio vobis, vult dicere, vt de conicientijs pseudapostolorum iudicare debeatis: sed tãtum rogo, videte ea quæ in manifesto à me & ab ipsis fiunt, & facile deinde dijudicabitis, vtris sit credendum. Ipsa facta, & ipse fructus prędicationum nostrarum satis arguunt, quis synceriter vobiscum agat. Sed obijciũt Corinthij: Et tamen hi etiam Christiani sunt, & nos ad Christũ transmittunt. His respõdet Apostolus: Si qs confidit se Christi esse, hoc cogitet apud se iterum, quod sicut ipse Christi est, ita & nos: Et ego, inquit Apostolus, Christi sum, & Christũ prædico, non minus certe q̃ illi. Qui igitur fit, vt me contempto, illos sectemini? Si Christ⁹ vos mouet, certe multo magis, me prædicante, mouere debuit, q̃ illis prædicantibus. Breuiter, ijsdem vsi sunt argumentis pseudapostoli tempore primitiuæ Ecclesiæ, quibus & iam vtuntur nostri Euangelici. Redarguti enim à nobis, statim habent quod respondeant, se Christum vnicum redemptorem prædicare, se omnia sic instituere, vt omnis gloria Deo vni & soli cedat. Dicimus itaque & nos seductis: Si de illorum cordibus iudicare nõ potestis, videte solum ea quæ neminem latent. Vide q̃ omnia ad Christum referuntur, quàm omnes sibi consentiant, quàm omnia in melius commutata. Nec te moueat quod identidem Christum crepant, nam & hoc pseudapostolis solenne est. Prædicant enim verbum veritatis, sed sicut in superioribus ex Apostolo admonuimus, adulteratum. Certe qui Christianos dolo seducere voluerit, non calumniabitur Christum, sed semper clamabit, Christus Christus &c. Quanuis enim sunt hæretici, non tamen docent nisi sub Christi nomine. Aliter eñ commẽta erroris, teste Ambrosio, commẽdare non possunt,

nisi interposito Saluatoris nomine prædicent, vt res contrarias & absurdas, nōis dignitas faciat acceptabiles. Hoc ipsum pseudapostoli etiam dicunt, nullum vnquam hęreticum confessum, ꝙ in nomine satanæ veniat &c.

Nam si aliquid amplius gloriatus fuero de potestate nostra, quam dedit nobis dn̄s in ædificationē, & non in destructionem vestrã, nō erubescam.

Dixi, inquit, me aliis non inferiorem, q se Christi esse iactitant. Iam si etiam maiora de me dicturus fuero, non est quur pudesiam. Sed quid est de quo Apostolus gloriari possit? De potestate, inquit, quam dedit mihi dominus in ædificationē, & non in destructionem: de potestate quam non temere mihi vendico, sed quam mihi dominus dedit. Ad quid tibi dedit dn̄s potestatem? Ad ædificationem, & non ad destructionem: vt prosim, inquit, non vt noceam. Egregius est hic Canon, & obseruandus omnibus q aliqua funguntur potestate. A Deo accipiūt potestatem, cui & rationem reddere cogentur: non a seipsis accipiūt, nec potestate sua ad priuatos vsus, in perniciem subditorum vti debent, sed ad ædificationē, ad commodum proximorꝝ &c. Et nunc reges intelligite, erudimini q iudicatis terram: Seruite, ait Dauid rex, domino in timore &c. Porro de potestate Pauli, in priori epistola satis exempli vidim⁹, in excōmunicatione puto mœchi. Neqꝫ enim vulgaris fuit Apl̄i potestas, q̃ potuit excęcare, excoïcare, mortuos excitare, cæcis visum reddere, venenosa aïalia impune attrectare, peccata vel dimittere, vel retinere. Nolo hic referre, q̊d de sudariolis ipsius diuus Lucas scriptum reliquit.

[Ps]al. 2.

Vt aūt non existimer tanq̃ terrere vos per epistolas, (Quoniã quidē epistolę, inquiūt, graues sunt & fortes, p̄sentia aūt corporis infirma, & sermo cōtemptibilis) hoc cogitet q eiusmodi est, qa quales sum⁹ verbo p epistolas absentes, tales & p̄sentes in facto.

Sensus facilis est. Sunt inter vos, inquit, qui nusquam non pro

proscindunt & vitam & scripta nostra, dicentes: Paulus ille vester epistolas mittit sat arrogātes & potentes. Cæterū cum adest ipse, iam sui admodum dissimilis est: non fulminat, nō tonat, non audet aliquid aduersus aliquē: Es ist vill rumens, vnd nichts darhinder. His itaq; respōdeo, inquit Apostolus, mihi non esse eum animum, vt aliquē terrere velim inanibus verbis: sed qualis sum p epistolas absens, talis & præsens sum in facto. Nolo hic multum gloriari, vult dicere, de mea potestate, de qua non solum vere gloriari possem, sed suo loco etiam ipsa vti possem. Addit: CAP. X.

Nō em̄ audemus nos inserere aut cōparare qbusdam, q seipsos commēdant: sed ipsi in nobis nosmet ipsos metiētes, & cōparantes nosmetipsos nobis.

Scio, inquit Paulus, quàm sinistre mihi omnia mea dicta & facta interpretētur pseudapostoli, sed susq; deq; fero. Scio enim quis & qualis sim. Illi sese nusquam non comm[illegible]ant, & alteri alteros ad sidera vsq; extollunt, & compar[illegible] se nescio quibus. Hoc certe ego nō ausim facere. Ego gloriam meam non quæro, nec maiora de me iactito, quàm æquum est, sed metior meipsum meo pede: non alienam gloriam mihi vsurpo, sed tantum prædico ea de me, quæ misericors Deus per me operari dignatus est.

Nos autem non in immensum gloriabimur, sed secundum mensuram regulæ, qua mensus est nobis Deus mensuram pertingendi vsq; ad vos.

Alij, pseudapostolos puta, in immensum gloriantur, & iactitant se n[illegible]io quæ magnifica fecisse, & nusquam nō extollunt sua egregie facta. At nos non sic immēse gloriamur, sed hoc dicimus, quod beneficio & gratia Dei fecimus, nihil nobis adscribentes, sed Deo, qui operatus est in nobis & velle & perficere. Hic enim nobis mensus est mensuram, hoc est, terminum præscripsit mihi, ad quem mihi pertingendum fuit: hunc attigi. Hic [illegible] fuit termin⁹, vt vos Corinthios ad Chri

sti fidem perducerem: quod ipsum etiã à me factum est. Cur igitur hoc non dicerẽ, in quo & gratia Dei declaratur, & veritas prædicationis meę suo iure defenditur? Illi aũt gloriant in multis, quæ nec opati sunt, nec operari possunt.

Non enim quasi non pertingentes ad vos, supex tendimus nos. Vsque ad vos enim peruenimus in Euangelio Christi, non in immensum gloriãtes in alienis laboribus.

Alij prædicatores non iecerunt prima fidei fundamenta in vobis, sed nihilominus gloriantur, quasi, si quid egregie factum est, sua opera factum sit. Ego autem non sic impudens sum, vt velim gloriari de vobis, si non meo ministerio ad fidem essetis conuersi. Nos autem prædicatione nostra ad vos vsq; peruenimus, & ad fidẽ Christi vos conuertimus: ideoq; etiam si quid de vobis glorior, non inique facio, quandoquidem alienos labores mihi non adscribo. Obserua hic pseudapostolorum genium, qui nunquam non ostentare solent sua magnifica facta, & ampullosis verbis iactare, quàm bene oĩa instituerint, quàm multa mala ipsi in Ecclesia dephenderint, & ꝙ ipsi soli oculos habeãt, cæteri porro cæci sint oẽs. Seqt

Spem autem habentes crescẽtis fidei vestræ, in vobis magnificari secundum regulam nostram in abundantia, etiam in illa quæ vltra vos sunt, euangelizare: non in aliena regula, in ijs quæ ꝑparata sunt, gloriari.

Gloriantur principes se longius prorogasse ditionis suæ terminos. Gloriatur ergo & Apostolus, ꝙ principis sui Christi regnum propagarit, adiecta & Corintho. Dicit itaq; Apostolus noster: Tantum abest vt gloriando excesserim modũ, vt magis sperem gloriam meam propediem latius fore prorogandam. Speramus enim futurum, vt indies magis ac magis gliscente & augescẽte fide, per vos maiorem laudem conse-

fequamur, iuxta metam nobis à Deo præfcriptam, vt in aliȷs quoqꝫ regionibus, quæ funt vltra vos, prædicemus Euangelium Chrifti, ac longius etiam quàm hactenus fecerimus, proferamus Chrifti vexilla, vt non neceffe fit nos in alienis laboribus gloriari, q̊d certe pfeudapoftoli faciunt, fic per omnia referentes ignauos duces & impatores, qui ipfi fibi poft principia cauent, dum bellũ eft periculofius: at capta & expugnata arce, nufquã non iactitant fua virtute om̃ia p̄clare acta &c. CAP. XI.

Qui autem gloriatur, in domino glorietur. Non enim qui feipfum commendat, ille probatus eft, fed quem Deus commendat.

Non minus vera, quàm breuis & elegans, eft hæc fententia, qua oftendit Apoftolus, quæ fit iufta gloriandi via. Qui, inquit, gloriatur, in domino glorietur: hoc eft, fic glorietur, vt omnis laus Deo cedat. Non enim ftatim probus & fpectatæ virtutis eft, qui fuorum præclare geftorũ ebuccinator eft, fed quem Deus commendat & magnificat. Mundus hic multos habet adulatores, qui tibi demulcere norunt caput, qui te blande alloquuntur, qui omnibus factis tuis, Io Pæan, occinunt: fed nihil moueant te famelici illi canes. At vide vt & in Deo glorieris, non in malitia, & vt à Deo probatus inueniaris. Sed finem impofitũ huic capiti decimo volum⁹. Seqtur

CAPVT XI.

VTinam fuftineretis modicum quid infipiẽtiæ meæ: fed & fupportate me. Aemulor enim vos Dei æmulatione. Defpondi enim vos vni viro virginẽ caftam exhibere Chrifto.

Apoftolus nofter erit nunc totus in ebuccinandis fuis laudibus, non vt vulgi more glorietur, fed vt authoritatem nominis fui iuftam, contra pfeudapoftolorum calumnias afferat. Actum enim eſt de doctrina propemodum, cum Docto-

ris labefactatur authoritas. Nihil ergo agit Apoſtolus ꝑpter gloriam ſuam priuatam & humanam, ſed in his quoq; quærit gloriam Dei, dum propter verbum veritatis, integram cupit eſſe gloriam famamq́; ſuam. Porro quoniam fœdum pudendumq́; eſt vitium vanę iactantiæ, nec prorſus ab inſipientia abhorret, qui ſuarum laudum præconem agit, Apoſtolus dicit ſe inſipientē, dum inſtituit ipſe ſuas enarrare laudes. Dicit itaque in hæc verba: Vtinam ſuſtineretis modicum quid inſipientiæ meæ. Non, inquit, tempero mihi, quin aliquid de me prædicem magnificētius, cæterum à vobis impetratas vellem paulo patientiores aures. Scio enim inſipientiæ eſſe, ſi qs propriæ laudis præco ſit. Rogo itaque, ſuſtinete me, ſupportate me. Aemulor enim vos Dei æmulatione. Hoc eſt, Eo ſtultitiæ, vt magnifica de me deprædicem, me nō cogit arrogantia, non ſtudium alicuius emolumenti, ſed ingens quidam & impatiens erga vos amor, atq; (vt ita dicam) zelotypia. nam pl... zelotypus ſum erga vos, nihil non metuēs vobis, quos tener... diligo. Diligo autē vos non humano affectu, ſed æmulatiōne d...na. Deſpōdi enim vos vni viro virginem caſtam exhibe... Chriſto. Nō mihi, inquit, zelotypus ſum, ſed Chriſto. Nam huic velut vnico ſponſo, vos ceu caſtam & incorruptam virginem exhibere conſtitui. Exhibent autem ſe virgines caſtas Chriſto, qui incorrupta fide ſecūdum doctrinam veritatis, indiuulſe Chriſto hærent, & hunc innocēti vita colunt, creaturas omnes cōtemnunt, mundum ipſum abnegāt, carnem item ſuam cum concupiſcentijs ſuis crucifigūt, & in vno Chriſto om̄e gaudium & præſidium collocant. & quēadmodum ſponſa neminem niſi ſponſum audit, & huic ſoli pudorem ſuum illibatum cuſtodit, ſic hi nullius ... paſtoris, vocem agnoſcunt, & corda ſua illibata ſeruan... quę vni Chriſto conſecrarunt. Sequitur:

Timeo autem, ne ſicut ſerpens Euam ſeduxit aſtutia ſua, ita corrumpantur ſenſus veſtri, & excidant à ſimplicitate quæ eſt in Chriſto Ieſu.

Ne Corinthij dicerent, Quid trepida... o Paule? Cuius inſidi-

ſidias times? An eſt q nos conatur à Chriſto abducere? Chriſto nomen dedimus, Chriſti ſumus, Chriſtum nunquam negabimus. Ad hæc Apoſtolus præoccupat, dicens: Verum quidem eſt, hactenus à Chriſto non deſciuiſtis: ſed timeo, ne vos ſic ſeducamini ab aliquibus, ſicut Eua ſeducta eſt per aſtutiam ſerpentis. Pauca hic ſunt verba, ſed magnificus in ipſis latet ſenſus. Plura enim vult Apoſtolus intelligi, quàm dixerit. Sed nos vtcunque inueſtigemus quid voluerit Apoſtolus, & hoc breuiſſime. Apoſtolus certe confert Euam cum Corinthijs, ſatanam autem cum hæreticis, aut (ſi mauis) cum pſeudapoſtolis. Iam Eua decepta eſt, tum non in totum imprudens mulier. Credibile itaque eſt, & Corinthios vinci poſſe. Deinde, niſi Eua aures ſuas locaſſet ſerpenti, ſeduci non potuiſſet. Fugiant itaq; Corinthij pſeudapoſtolos, quos vix impune audies. Rurſum: Eua violentia ſerpentis victa non eſt, ſed illius aſtu. Et ſic pugnant hæretici, donec etiam viribus catholicis præualuerint. Adde: Serpens nõ obtulit, non promiſit obtemperanti mortem, ſed vitam & magnifica quædã: ita & pſeudapoſtoli, neſcio quos, aureos mõtes pollicentur: Poſtremo ſacra teſtatur hiſtoria, quàm egregie ſerpens Deum calumniatus fuerit. & is genius hactenus mouet hæreticorum animos, vt nuſquam non calumnientur maiorum patrum & dicta & facta. Videte itaq; & cauete, ne ſeducamini à pſeudoprophetis, qui nullo non tempore venantur & inſidias locant, qui omni momento vobis veſtram improperãt ſimplicitatem, promittentes prodigioſis verborum ambagibus ſcientiam boni & mali, donec à vero bono vos ſeduxerint, & [illegible] ſſimũ malum præcipitauerint. Sed reuertamur ad Apoſto[illegible] noſtrum.

Nam ſi is qui venit, alium Chriſtũ prædicat, quẽ nõ prædicauimus, aut alium ſpiritum accipitis, quẽ non accepiſtis, aut aliud Euangelium quod non recepiſtis, recte pateremini.

Iam propi⁹ aggreditur negocium, vt ſuam authoritatem vin-

vindicet,& pseudapostolos satis depingat. Pseudapostoli, inquit, profitentur se eundem prędicare Christum, idem Euangelium: quid ergo est, quod me quasi spreto ac contempto, illos sic attollitis, tantum non ad cœlum vsq;? Quod si agnoscitis verum Euangelium, si apud vos aliquid valet Christus, si verum amatis spiritum, certe omnia à me audistis & accepistis. Qui hunc Pauli locum exactius intelligere voluerit, animũ aduertat ad præsentis seculi homines,& cõtinuo semetipsum explicabit. Dic mihi, obsecro, dic, q̃re spretis tuis concionatoribus, ad alienos concedis? An alius est Christus ab eo, quem nos prædicam⁹? Si scripturæ sanctæ sacrosancta authoritas apud te aliquid extorquere potest, & apud nos tractatur scriptura sancta maiori (ni fallor) dexteritate, quàm apud schismaticos. Si Spiritũ quæris, hoc est, vitæ sanctimoniam, certe quod in Ecclesia nõ inuenis, frustra apud alienos quæres. Itaque nulla est rationabilis causa, quur spreta Ecclesia, ad schismaticos desciscas. Seqtur in Ap̃lo nostro:

Existimo eñ me nihil minus fecisse à magnis apostolis. Nam etsi imperitus sermone, sed nõ scientia. In omnibus autem manifestus sum vobis.

Attende hic & diligenter obserua, vt intelligas, qua ratione in hæc verba descẽderit Apostolus. Qui Corinthiorum subuertebant fidem, fingebãt se Apostolorum qui cum Christo fuerunt, hoc est, Petri, Iacobi & Ioannis, discipulos: & volebant præferri hoc nomine Paulo, quum illi fortassis Apostolos domini nunquam viderint. Ad hoc igitur respiciens Apostolus, inquit: Existimo me nihil minus fecisse à magnis Apostolis. Sic in superiori epistola dixerat: Plus omnibus laboraui, non quidem ego, sed gratia Dei mecũ. Secundo, pseudapostoli sermone comptiores, venditabant se verborũ phaleris. Ad hoc Paulus: Nam etsi imperitus sermone, non tamẽ scientia. hoc est, Licet splendido apparatu verborum nõ valeam disserere in conspectu Ecclesiæ, tamen quę ad veram pietatem pertinent, mihi non sunt prorsus incognita. Huc pertinet quod in priori Epistola dixerat: Et ego cum venissem

1. Cor. 2.

ad

ad vos, veni non in ſublimitate ſermonis aut ſapientiæ &c. Et iterum: Sermo meus non fuit in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis &c. Addit Apoſtolus: In omĩbus autem manifeſtus ſum vobis. Non opus eſt, multis me apud vos iactare. noſtis vos, quid poſſim ſcientia & eruditione, ſermone atque proloquutione. Das werck lobt dem meiſter. Scripta & opera noſtra, quæ toti mundo manifeſta ſunt, teſtantur qualis ſim, aut quid poſſim. Sequitur continenter:

Aut nunquid peccatum feci, meipſum humilians, vt vos exaltemini? Quoniam gratis euangelium Dei euangelizaui vobis, alias eccleſias expoliaui, accipiens ſtipendium ad miniſterium veſtrum: Et cũ eſſem apud vos & egerẽ, nulli oneroſus fui.

Bonus Apoſtolus dicit ſe abſtinuiſſe à iure ſuo. Cum enim accipere potuiſſet ſtipendium ſuum ab eccleſiis propter uerbi miniſterium, id tamen renuit, qua in re longe excelluit omnes alios apoſtolos. Cum vero id ſimpliciſſime potuiſſet efferre, maluit vti ironia increpatoria, quaſi dicat: Nunquam faſtu meo vos oppreſſi, ſemper me humiliaui, & ad infima quæq; deieci, certe vt exaltaremini vos: præterea nunquam oneraui vos ſumptu, cum potuiſſem onerare. Hinc nimirum mihi conflata eſt inuidia apud vos, vnde potius mei ſtudium & amor in vobis excitandus erat. Ea ſcilicet condigna merces eſt, qua vobis videbantur noſtra beneficia eſſe recompenſanda. Sed obſerua ſingula. Primum: Me ipſum humiliaui, vt vos exaltaremini. Secundum: Gratis vobis ab euangelio ſum. Tertium, Alias eccleſias deprædatus ſum, & facultatibus imminutas reddidi, accipiens tantũ ſtipẽdium, vt vobis poſſem inſeruire. Quartum, Cum eſſem apud vos & egerẽ, nulli oneroſus fui. Apud vos agens, non in delicijs viuebam, ſed in ſumma egeſtate: ſed nullam mei habuiſtis rationem. Vobis locaui meam operam, & alij dederunt vnde viuerem. Rogas quis Apoſtolo ſubuenerit? Audi:

Nam quod mihi deerat, ſuppleuerũt fratres qui

venerunt de Macedonia, & in omnibus ſine onere me vobis ſeruaui, & ſeruabo.

His aperit, quorum miniſtratione vixerit. Fratres, inquit, qui de Macedonia venerunt, inopiam noſtram ſubleuarunt. Quidam exiſtimant hoc de Philippenſibus dictũ. ad hos eñ ſcribit in hæc verba: Veruntamē benefeciſtis communicantes tribulatiõi meæ. Scitis autem & vos Philippeñ, ꝙ in prin-
Phil. 4. cipio euangelij, quãdo profectus ſum à Macedonia, nulla mihi eccleſia communicauit in ratione dati & accepti, niſi vos ſoli &c. Addit Apoſtolus: Et in omnibus ſine onere me vobis ſeruaui, & ſeruabo. Vides quàm circunſpecte oĩa. Non ſolum, inqt, hactenus non fui oneri, ſed ne deinceps quidem aliquid à vobis in vſus meos petam. Eadem fere accepimus ſuperioris epiſtolæ capite nono. Cum enim multis demonſtraſſet, quid diſcipuli deberēt doctori, ſtatim adnectit: Non autem ſcripſi hæc, vt ita fiant in me. Bonum eñ eſt mihi magis mori, quàm vt gloram meam quis euacuet &c. Obſeruandus eſt [illegible] locus paſtorib⁹ Chriſtiani gregis, quorum intereſt ſic [illegible] inſtituere, vt magis ſint honori illis, quàm oneri: vt non tam [illegible]neantur, q̃ amētur, à ſubditis. Peccatũ eſt in his à catholicis. Non minus peccatur ab pſeudeuangelicis.

Eſt veritas Chriſti in me, quoniam hæc gloriatio non infringetur in me in regionibus Achaiæ. Quare? Quia non diligo vos? Deus ſcit.

Ne Achaici, hoc eſt, Corinthij exiſtimarēt Apoſtolum ob id tam multis verbis recenſere, ꝙ gratis euangelium [illegible]dicarit hactenus, vt velit poſthac etiam de euangelio [illegible] iureiurãdo affirmat, ſe neq; in poſterum aliquid à Corinthijs accepturum. vult enim dicere: Non pudet me ꝙ hactenus gratis vobis euangelizauerim. immo maxima mihi gloria eſt, & teſtor Chriſtum, qui ipſa veritas eſt, ꝙ non patiar hanc gloriam à me auferri, maxime in regionibus Achaiæ. Quare? Non ꝙ vos odiã, vel munera vr̃a adſpner, ſed qa diligo vos. Nec eſt vt alia cogitetis. Deus eñ nouit, q̃ vos amem.

Quod

Quod autem facio,& faciam: vt amputem occasionem eorum qui volunt occasionem, vt in quo gloriantur,inueniantur sicut & nos.

Apertissime hic causam patefacit,cur ab his nihil acceperit. Liquet autem ex hoc Apostoli loco, ꝙ pseudapostoli, q aliàs ditissimi fuerāt, nihil acceperint à Corinthijs, vel clam acceperint, vt sic se insinuarēt Corinthijs, & dicerent: Vt qd non crederetis nobis potius quàm Paulo? Videtis ꝙ non vestra quærimus,sed tantum vestram salutē sitimus. Nihil à vobis petimus,nihil nobis debetis, sed gratis vobis euangelium prædicamus. Contempto itaq; Paulo mendico ,nos vestros præceptores agnoscite. Dicit itaq; Apostolus: Non est aliqd, in quo pseudapostoli se nobis iure ꝑferre possint. Si illi gratis euangelium prædicāt,& nos prædicamus gratis: quid igitur illi amplius faciunt, quàm nos? Diuus Ambrosius existimat ideo Apostolum nihil accepisse à Corinthijs, ne pseudapostoli haberent occasionem cur acciperent. Sed [illegible] sensus non abhorret à Pseudapostolorum genio. [illegible] tibi non probatur,tantum cogita quales fuerin[illegible] initio Lutheranismi euangelistæ, & quoniam nusquam non traduxerint auaritiam papisticam,suam aūt ostētarint liberalitatē,vt ita se stultæ plebeculæ insinuarēt: & sic intelliges q̊d ꝑdiximus.

Nam eiusmodi pseudapostoli,sunt operarij subdoli,transfigurantes se in apostolos Christi.

Iam adgreditur Apostolus pseudapostolos suis coloribus deping[illegible] Pseudapostoli sunt,inqt,non vere Apostoli: mentiuntur enim [illegible]e esse q̊d nō sunt. Operarij item sunt,sed pręstabat ociosos esse,q̃ sic operari. Sunt enim operarij subdoli,qui aliud ore ꝓmittunt,& aliud in corde versant. De talibus Christus in euangelio loquitur: Veniunt in vestimentis ouium,intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Et in Romanis Apostolus noster dicit: Huiusmodi domino Christo non seruiunt, sed suo ventri,& pe[illegible]dulces sermones & benedictiones seducunt corda innocentiu[illegible]. Et huiusmodi multa sunt de [illegible]eudapo- Matth.7. Rom.16.

ſtolis in ſcripturis ſacris, quæ conſulto prætérimus ſilentio. Porro ne dicas, Qui fieri poteſt, vt ſic aliqs nos decipere poſſit, addit Apoſtolus:

Et non mirum. Ipſe enim ſatanas transfigurat ſe in angelum lucis. Non eſt ergo magnum, ſi miniſtri eius transfigurentur velut miniſtri iuſtitię, quorum finis erit ſecundum opera ipſorum.

Apertum eſt quod dicit Apoſtolus. Pſeudapoſtoli, vtcunque glorientur, tamē miniſtri ſunt ſatanæ, & hunc ipſum imitantur. Satanas homini impoſiturus, nō pollicetur mala, ſed optima quæq;: induit ſpeciem boni angeli, cum ſit angel⁹ tenebrarum. Sic & pſeudapoſtoli magnificis quidem verbis profitentur ſe Chriſti miniſtros, ſed re vera miniſtri ſatanæ ſunt. Porro etſi ad tempus lateant homines reliquos, tamen finis illorum erit ſecundum opera ipſorum. Illorum enim iu-
2 Pet. 2 dicium non ceſſat, vt inquit Petrus, & perditio eorum non dormitat. Cæterum quomodo ſatanas ſemetipſum transfiguret in angelum lucis, non eſt vt multis diſputemus. Mille artifex eſt, & non vno dolo hominib⁹ inſidiatur. Præſtat itaque vt rogemus Deum, quatenus nobis adiutorio ſit aduerſus illius impetum, quàm vt multis diſputemus, quibus artibus nobis ſoleat imponere. Profecto non eſt cuiuſuis probare ſpiritus. Peculiare ſancti ſpiritus donum eſt, diſcretio ſpirituum. Stulti itaq; ſunt, qui audito nouo euangeliſta, protinus iudicium ferunt qualis ſit. Profecto multa quæruntur ad hoc, vt recte deprę hēdas, quiſnam verus ſit Chriſti miniſter, vel ſatanæ miniſter. Vicina ſunt virtutibus vitia [illegible] hypocritarum in mundo ingens numerus: nec deſunt, qui Curios ſimulant & bacchanalia viuunt.

Iterum dico, ne quis me putet inſipientem eſſe. alioquin velut inſipiētem accipite me, vt & ego modicum quid glorier.

Prorſus inſipiēs eſt, quiſquis propriorum ſuorum factorum

CAP.XI.

rum fuerit ebuccinator, quum non habeat iustam occasionem, immo quum non summa vrgeat necessitas. Qui autem vi quadam compulsus, & ad solius Dei gloriam spectãs, sua benefacta enarrat, hunc insipientem dicere nemo sapiens poterit. Petit itaq; Apostolus, ne quis id gloriationis insipiẽtiæ tribuat, sed potius summę necessitati, qua inuitus compellitur & Dei & propriam vindicare gloriã. Sensus itaq; est: Scitis o Corinthij, insipientiæ argumentum esse, si quis temere & nulla occasione velit gloriari. Ego vero nequaquã, vt demens, id egerim, sed inuitus, & necessitate vrgente in hãc arenam descendi. Quod si hæc ratio parum apud vos valet, age vt insipientem audite, & permittite vt paululum quid glorier. Sequitur in Apostolo:

Quod loquor, non loquor secundum Deum, sed quasi in insipientia, in hac substantia gloriæ. Quoniã multi gloriant̃ secũdũ carnẽ, & ego gloriabor.

Ne quis Apostolum existimet aliquid cõtra Ch[...]tum dixisse, sic intelligendus est præsens locus: Institu[...] v[...]dicere; iam gloriationem quandam, ad quam me [p]seudapostoli, etiam nolentem & repugnantem, cogũt. Itaq; si quis in hoc existimauerit me modum excessisse, non id Deo tribuat, sed potius insipientiæ meæ, si modo insipientia sit, in eum modum gloriari. Quoniam enim multi gloriantur secundũ carnem, & ego gloriabor. Illi, inquit, plurimum gloriantur secũdum carnẽ, hoc est, ꝙ Israelitæ sint, ꝙ Hebræi &c. Cogor & ego idem [f]acere, & ostendere, ꝙ & in omnibus quæ illi iactant, ipsis no[...]m inferior. Quod si illi tacerent, aut non essent q illorum glo[ri]ationibus seducerẽtur, & ego hoc laudis genus omisissem. Cõmendauit aũt Apostolus his verbis nobis modestiam, vt de rebus nostris, licet amplis & veris, cum timore loquamur, vt ne quid nimis aut arroganter.

Libẽter em̃ suffertis insipiẽtes, cũ sitis ipsi sapiẽtes.

Ironicῶs oĩa hæc dicit, & propemodũ eam gratiã, immo eam habent ama[ri]tudinem, quam Germanorum [p]rouerbium:

um: Weiſe leut muſſendt narren habẽ. Et illud, Ein narr mag den anderen nitt dulden. Vos aũt Corinthij, inquit Apoſtolꝰ, libenter ſuffertis inſipientes, cum ipſi ſ. ſapientes ſitis. Per ironiam autem & per antiphraſim, vt iam diximus, ea intelligenda ſunt. Si enim fuiſſent ſapientes & prudentes Corinthij, haud dubie non locaſſent aures ſuas illis Thraſonibus & pſeudapoſtolis. Breuiter, Es iſt ein ſtich der nitt bluttet, vnd doch wol antrifft. Si paſſi eſtis glorioſos illos milites, ſufferte & me. Non maiora peto à vobis, q̃ pſeudapoſtoli. Sequitur:

Suſtinetis em̃ ſi qs vos in ſeruitutẽ redigit, ſi qs deuorat, ſi qs accipit, ſi qs extollit̃, ſi qs ĩ faciẽ vos cędit

His tonat aduerſus pſeudapoſtolos, qui Corinthios ad iudaiſmum ſeducebant. Suſtinetis ſi quis vos in ſeruitutem redigit, intellige legis & Iudaiſmi, à quibus liberi eſſe debebatis. Ad hoc ſuſtinetis ſi qs deuorat. Es ſeindt gut zechbruder. Eos apud vos amice tractatis, qui nuſquam non ventrem ſuum curant, qui nuſquam non Bacchanalia celebrant. Suſtinetis etiã ſi quis accipit: hoc eſt, ſi quis vos expilat, ſi quis terrenas veſtras diuitias accipit, libenter ſuffertis. Jr keufft ewer verdamnus nur dewer. Exempla ſunt & manifeſta, & odioſa. Tertio, inquit, ſuſtinetis ſi quis extollitur, intellige ſup vos. Peculiaris ſiquidẽ ſchiſmaticoꝝ genius eſt, oẽs cæteros præ ſe cõtemnere, & ſeipſos oĩbus præponere. Addit Apl'ſ: Si qs in faciem vos cædit, & hoc ſuffertis. Hæc dicit Apl'us, Theophylacto teſte, non qa in faciem cæderent̃ Corinthij, ſed qa non minoris eſſent iniuriæ quæ illi patiebantur, q̃ ſi in faciem vapulaſſent. Hæc omnia ad pſeudapoſtolos referenda ſunt, quorum indolem & ingenium Paulus hic paucis delineat.

Secundum ignobilitatem dico, quaſi nos infirmi fuerimus in hac parte.

Quod ſuprà dixerat, Non ſecundũ Deum loquor: &, iuxta inſipientiã loqr: id iã dicit, Secũdũ ignobilitatẽ loqr. Ignobiles em̃ & obſcuri hoĩes, neceſſum habẽt vt ſeipſos magnifice iactitent, quũ cæteroꝝ nemo aliqd magnifici de ipſis dicat. Cogor, inquit, laudes meas recitare, q̃ſi omnino infirmꝰ & nul lius

lius momẽti: vtcũq; ignobilitatẽ ſapiat, ſic deſipere. CAP. XI.

In quo quis audet, in inſipientia dico, audeo & ego. Hebræi ſunt, & ego. Iſraelitæ ſunt, & ego. Semen Abrahæ ſunt, & ego. Miniſtri Chriſti ſunt, (vt minus ſapiẽs dico) plus ego.

Proſequitur encomium ſuum, eo'q; progreditur ordine, q̊ gloriari ſolebant æmuli: Quid, inquit, iactant pſeudapoſtoli, aut in quo ſibi placent, in quo nõ poſſim me illis æquare? Magnum videri volunt, ꝙ Hebræi ſint: perinde quaſi apud Deũ quicq̃ referat, qua gẽte ſis oriundus. Et tamen ſi quid eſt, Hebræum eſſe natum, Hebræus ſum & ego. Ich bin gleich als edel als ſie. Si quid magni æſtimãt, Iſraelitam eſſe: ſum & ego ipſe Iſraelites, & nõ Ethnicus. Sed iactitãt ſe eſſe ſemẽ & poſteros Abrahæ, qbus ptinet bñdictio: & ego ſemẽ Abrahæ ſum. Cæterũ hæc tria fere idẽ ſignificant, ſcilicet ꝙ ſe iactitãt ex Iudæis eſſe, & non ex gentibus idololatris. Et ex Euangelijs apertum eſt, quantopere Iudæi ſe iactarint de proſapia Abrahę. At quoniã turpiſſimũ eſt gloriari de maiorũ noſtrorum virtutibus, quibus tamen minime reſpõdeamus, Chriſtus ſatis acerrime inuehitur in Iudæos, dicẽs: Vos ex patre diabolo eſtis, & deſideria patris veſtri vultis facere, Porro ꝙ Apoſtolus noſter hic dicit, ſe & Hebræum & Iſraelitam eſſe, apud Philippẽſes pluribus dicit: Si qs alius videẽ cõfidere in carne, ego magis, circuncíſus octauo die, ex genere Iſrael, de tribu Beniamin, Hebręus ex Hebræis, ſecundũ legem Phariſæus &c. Sed ſinamus hæc. Pulchrũ eſt, bene natos, proſapiã nobilitare virtutibus, & ſua propria virtute ſuis p̃lucere maioribus. Certe nullã nouit vetuſtas nobilitatẽ, q̃ quæ beneficijs, virtutibus & p̃claris eſſet parta facinoribus. Ignobiles illi erãt, quicũq; vita corrupta alijs exẽplum p̃ferebãt nequitiæ & luxus, quibuſcũq; tandẽ eſſent prognati progenitoribus. Proinde ꝙ Apl's in ijs quæ proſapiã adtinẽt, alijs ſe dicit parem, nõ ob id facit, quaſi ſibi alıqd p̃rogatiuę polliceaẽ, ſed vt ſic clauũ clauo pellat, oſtẽdẽs ſe ĩ nullo pſeudapl'is inferiorẽ.

Ioan. Phil. 3.

Ad-

Addit Apoſtolus: Miniſtri Chriſti ſunt, vt minus ſapiēs dico, plus ego. Magnifice ſeſe oſtentāt pſeudapoſtoli, ꝙ ſint miniſtri Chriſti, miniſtri (ſic enim iam loquuntur) verbi, quaſi non & ego talis ſim, immo, ſi iuxta inſipientiam loqui licet, plus ego. Plus enim laboraui q̃ illi, vtcunq; in immēſum glorientur. Obſerua hic, ꝙ Paulus pſeudapoſtolos hoc loci miniſtros Chriſti vocat, non ꝙ ſint, ſed ꝙ ſic appellari gaudeant. Sic & nos ſubinde pſeudeuangelicos noſtri ſeculi, Euangeliſtas & euangelicos vocamus, quū tamē nihil minus ſint.

In laboribus plurimis, in carceribus abundātius, in plagis ſupra modū, in mortibus frequēter.

His iam declarat, q̃ longe præſtet illis seductoribus. Eſto, illi multū laborauerint in negocio Euāgelij: ego certe plus. Neq; enim Apoſtolus prædicando ſolum laborabat, ſed etiā
9 ſuarum manuum labore alios ſeq́; ipſum ſuſtentabat. Secundo illi gloriantur, ꝙ euangelij nomine in carceres coniecti fuerin ed ego pluries i arceres & in vincula cōiectus ſum qua illi. Dein à Iudæis & gentibus ſupra modū cæſus ſum, in quo an mihi impares ſunt. Nec ſolum labores, carceres & plagas uſtinuimus, ſed etiā frequentes mortes. *Wir ſeindt offtermals leibs vnd lebens nit ſicher geweſen.* Sic & in
2.C ſuperioribus dicebat, in nobis ipſis reſponſum mortis acce-
Acto.1 pimus. Et Lucas docet in Actis, Paulum ſic apud Lyſtrios tractatum, vt extrahentes ipſum de ciuitate, exiſtimarent eū mortuum eſſe.

A Iudæis quinqꝫ q̃dragenas, vna minus accepi.

Quoniam de plagis, carceribus & mortibus ere dixerat, iam incipit nonnulla ſpeciatim enumer e. Significat autem primo, ſe quinquies vapulaſſe: & vnoquoq; tempore, quadraginta plagis cæſum fuiſſe, vna minus. Id quod à Iudæis paſſum credimus, iuxta ſententiam veterum Patrum, ꝙ Deuteronomij cap. 25. ſic ſcriptum legamus: Si eum q peccauit, dignum viderint plagis, proſternent, & coram ſe facient verberari. Pro menſura peccati, erit & p garum modus, ita duntaxat, vt quadragenarium numer non excedāt, ne fœ de

de laceratus ante oculos tuos obeat frater tuus. Apparet ergo, ꝙ Iudæi simulata humanitate quadragesimam non addiderint plagam: interim vero summo superati odio, ad quadragenariũ vsq; deuenerint numerũ. O nebulones. CAP.XI.

Ter virgis cæsus sum, semel lapidatus sum, ter naufragiũ feci, nocte & die in profundo maris fui.

Lucas Actorum decimosexto scribit, ꝙ Philippis plebs cucurrerit aduersus Paulũ & Silam, & magistratus iussit eos virgis cædi. Et cum multas plagas eis imposuissent, miserunt eos in carcerem, præcipientes Custodi, vt diligenter custodiret eos. Quod semel lapidatus fuerit, iam pauloante diximus. De naufragio vno nos certos reddit Lucas Acto.27. inquiens: Et cum incidissemus in locum dilathassum, impegerunt nauem: & prora quidem fixa, manebat immobilis: puppis vero soluebatur à vi maris. De reliquis duobus naufragijs, libenter Paulo fidem habemus. Quod autem dicit, se in profundo maris die ac nocte fuisse: v[...]que credibile est, maxime quum cogitamus, quàm frequens fuerit ipsius n[...]igatio de loco in locum, de mari in mare: & hoc, nun[...]e, [...] nocte. Et in Euangelio pericula nauigantium vidimus. Iam qui potuit Ionam conseruare in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus, etiam potuit conseruare Apostolũ suũ etiã in medio maris, siue in profundo maris. Sed videam⁹ sequentia. Acto.16 Acto.15

In itineribus sæpe, periculis fluminum, periculis latronum.

N[...] difficultatis hoc loci est. Si quis enim perpenderit cursum, qu[...]m Apostolus noster absoluit, non poterit negare, quin multum itineris emensus sit non citra magnum sudorem. Iam qui sic in vniuerso pene orbe circunuagatur, quomodo non potest ille in pericula incidere, tam à bestijs q̃ à latronibus? Pericula fluminum, sicut nõ parua sunt, ita nec sunt rara. Quoties putamus diuum Apostolum incidisse vel in piratas, vel in latrones? Infensos sibi habebat & Iudæos & Gentiles, sicut stat[...]m dicet. Ideoq; non dubitamus, qn Apostolo

ſtolo ſæpiſſime mortẽ intentarint. Certe in Actis bis inueni-
Acto. 23. mus Pauli vitã in maximo diſcrimine poſitam: primo in Hie
Acto. 27 roſolymis, quãdo 40. viri conſpiraſſent in necẽ Pauli: ſecun
do in mari, quãdo milites timebant ne effugeret.

Periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis ĩ ciuitate, periculis in ſolitudine, periculis ĩ mari.

Alia iam recẽſet pericula. Perſecutionem, inquit, paſſus ſum à Iudæis, de quorum genere oriundus fui. Iudæi enim nuſquam non bono Apoſtolo inſidiabantur, vt quem deſertorem dicebant, & qui in lege ipſorum eruditus, multos à legis carnali obſeruatione ad Chriſtum perduceret. Erat etiã Apoſtolo ingens periculum à gentibus ethnicis, vt quorum deos, id quod ſunt, hoc eſt, dæmonia vocabat. Quod autem dicit ſe fuiſſe in periculis in ciuitate, ſolitudine & mari, mirũ non eſt, quandoquidem totum ſatanę regnum bono viro infenſum fuerat. Videtur tamen hic ciuitatis nomine Hieruſalem velle, quæ tunc magni nominis in toto orbe terrarũ habebatur. Periculum quod Apoſtolo in ſolitudine imminebat, ſcribit Lucas Acto. 25. quomodo ſcilicet principes ſacerdotum voluerint ipſum ex inſidijs interficere in via. Iã qui in ciuitatibus, intra muros, & in terra tutus nõ eſt: quomodo nõ in periculis eſt, qui in mari portatur? Sequitur:

Periculis in falſis fratribus, in labore & ærumna, in vigilijs multis, in fame & ſiti, in ieiunijs multis, in frigore & nuditate.

Quod hic primum ponit, certe grauiſſimum [illegible] periculũ. Iudæi, inquit, me perſecuti ſunt, Gentiles parum amice me tractarunt, falſi fratres etiam mihi moleſti fuerunt. Quos hic dicit falſos fratres? Eos qui Chriſtiani volebant eſſe, neque tamen in totum abrenunciare Moyſi. Hi ergo vere erant pſeudapoſtoli, qui gentibus ſuam fœlicitatem inuidebant, & iudaizare ipſos cogebant. Opinor quòd nemo ſic faceſſierit Apoſtolo negocium, atque falſi illi fratres. Cætera

ta quæ enumerat, ſicut ſunt difficilia factu, ita & facilia ſunt intellectu. Profecto qui Pauli functionem, & in hac ipſius diligentiam conſiderare voluerit, facile crediderit, ꝙ citra maximos labores & frequẽtes vigilias non egerit. Quod autem fami & ſiti addit ieiunium, hunc ſenſum habet: Subinde factum eſt, vt haberem quod mãducarem: tam parum autem, vt vel famem vel ſitim ſedare non potuerim. Rurſus, quando etiam ſuppetebat victus, vt corpus meum in diſciplina retinerem, malui ieiunare, quàm edere. Addit deinde alios comites, frigus & nuditatem, vt nihil ad conſummatam miſeriam deſit. O nos delicatos Chriſti milites, qui hæc nunquam cogitamus. Haud ſatis erant Apoſtolo, quæ ab externis inferebantur, quin ſponte & ipſe laboribus ſe & ærumnis & vigilijs macerabat.

Præter illa quæ extrinſecus ſunt, inſtantia mea quotidiana, ſolicitudo omnium eccleſiarum.

Sat multa & magna pericula enumerauit Apoſtolus, nec tamen omnia. Nec enim recẽſuit ea mala, quæ extrinſecus ſibi accidunt. Ea enim quæ præmiſit, in corpore ſuo tantum perpeſſus eſt: quæ autem iam enumerabit, potius in animo q̃ corpore perpeſſus eſt. Quæ porro ſunt aliena illa, quibus etiam cruciatur Apoſtolus? Inſtantia, inquit, quotidiana, ſolicitudo omnium eccleſiarum. Inſtantia Pauli, huiuſq; vigilantia, ſine intermiſſione fuit, ſic vt in hac re vix ſecundum habuerit. Alij, maxime autem pſeudapoſtoli, parum ſoliciti fuerant de profectu vnius eccleſiæ: noſter autem Apoſtolus pro omnibus eccleſiis ſolicitus eſt, quod quantum ſit, quis non videt? Nam ſi ei, qui vel domus vnius curam ſuſceperit, eius p̃ſertim quæ ſeruos habeat & diſpenſatores multos, vix detur reſpirandi facultas, quidnam pati exiſtimandũ eſt hominem vnum, tot cum periculis vniuerſo terrarum orbi proſpicientem, certantemq; pro animarum ſalute? Si tantam habuit ſolicitudinem pro Philippis, Epheſiis &c. quantam pro Corinthijs? certe incredibilis videtur labor. Addit Apoſtolus:

Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis ſcan

dalizatur, & ego non vror?

Eam, inquit, pro Chriſti eccleſiis habeo ſolicitudinem, vt quicquid illis acciderit, mihi accidiſſe putem. Quis infirmatur, & ego nõ infirmor? Hoc eſt, ſi compertũ fuerit, aliquem infirmari ſiue in animo, ſiue in corpore, non ſecus me angit, acſi ipſe ſimilia pati cogerer. Hinc in priori epiſtola dixerat:
1.Cor.9. Fact⁹ ſum infirmis infirmus, Iudæis Iudæus &c. Addit: Quis ſcandalizatur, & ego non vror? Hoc eſt, Si audio aliquẽ ſcandalizatum, ita me afficit, acſi carbones ignitos ſentirem. Hoc quàm vere dicat Apoſtolus, compertũ eſt ex multis eius epiſtolarum locis. Quare circũcidit Timotheũ? Quare in Cenchris tonſus eſt? Quare Petrum repræhendit? Omnia ad vitandum & præcauendum ſcandalum. De hoc multa habet Paulus Rom. 14. Et in 1. Corinth. 8. dicit: Si eſca ſcandalizet fratrem meum, non manducabo carnem in æternum, ne fratrem meum ſcandalizem &c. Tales homines iam non habet mundus. ſed tales, quorum vox eſt, Jch will daß thun/vnd wan ein land dar an ſtu[illegible]. Sic erudiuntur à ſuis euãgeliſtis. Videat Deus & requirat.

Si gloriari oportet, quæ infirmitatis meæ ſunt gloriabor.

Illi, qui nobis male volunt, hoc eſt, pſeudapoſtoli, gloriantur de ſua ſapientia, ſcientia, fortitudine, diuitijs & ſanctimonia: ego autem nihil de his gloriabor, ſed de his quæ infirmitatis meæ ſunt, ſicut hactenus feci. Alij fortaſſis parum laudis mereri illum arbitrantur, qui nuſquam non exoſus eſt, q̃ nuſquam non parata habet ſupplicia, cui mund[illegible] relinquit tuguriolum vbi habitare poſſit. E cõuerſo illi in magna reputatione ſunt, qui ab omnibus, obuijs (quod dicit) manibus excipiuntur, qui in fauore omnium ſunt, quibus ad mundi huius fœlicitatẽ nihil deeſt. At ego me ſoleo, inquit Apoſtolus, de his laudare, quæ infirmitatis meę ſunt, & apud mundum in ſummo contemptu.

Deus & pater domini noſtri Ieſu Chriſti, qui eſt bene-

benedictus in ſecula, ſcit quòd non mentior.

Vide quem teſtem ponat ſuorum dictorum, ne quis exiſtimet ipſum mentiri & impudenter gloriari, cum etiam maiora de ſe dicturus ſit. Quod de periculis ſuprà narrauit, fortaſſis nemini obſcurum fuit: quod autem nunc recenſebit, & antiquum & minus notum eſt. Sed quid dicit?

Damaſci præpoſitus gentis Aretæ regis, cuſtodiebat ciuitatem Damaſcenorum, vt me comprænhenderet. & per feneſtrã in ſporta demiſſus ſum per murum, & ſic effugi manus eius.

Hiſtoriam hanc Lucas Acto. 9. deſcripſit, dicẽs: Saulus autem multo magis conualeſcebat, & confundebat Iudæos qui habitabant Damaſci, affirmans quoniam hic eſt Chriſtus. Cum autem complerentur dies multi, conſilium fecerunt in vnum Iudæi, vt eum interficerẽt. Notæ autem factæ ſunt Saulo inſidiæ eorum. Cuſtodiebãt autem & portas die ac nocte, vt eum interficerent. Accipiẽtes autem eum diſcipuli eius nocte, per murum dimiſerunt eum, ſubmittentes in ſporta. De hac itaq; perſecutione loquitur Apoſtolus. Nemo autem audiens Apoſtoli noſtri fugam, ipſum calumnietur: quoniam fugit vt magis prodeſſet ſua vita, quàm profuiſſet ſua morte. Adhuc opus habebamus tali Apoſtolo. Et Chriſtus diſcipulis ſuis dixerat: Cum perſequentur vos in vna ciuitate, fugite in aliam. Et Apoſtolus alibi dicit: Manere autem in carne, neceſſarium propter vos. Breuiter, ſicut Chriſt⁹ infans adhuc, fugit in Aegyptum, quoniam nondum compleuerat, immo quoniam vix inceperat curſum ſuum: ita & Apoſtolo fugiendum erat, vt curſum ſuum compleret. Fugit qdem hic in initio prædicationis ſuæ: at cum per multos annos multis in regionibus Chriſtianiſmum plantarat, audi quid dicat: Ego, inquit, non ſolum alligari, ſed & mori in Hieruſalem paratus ſum propter nomẽ domini Ieſu. Sed ſuffecerint hęc. Nos eñ ad caput duodecimum feſtinamus.

Phil.

Act. 21.

Caput XII.

SI gloriari oportet, non expedit quidem. Veniam autem ad visiones & reuelationes domini.

Hactenus recẽsuit Apostolus multa, quæ passus fuit euangelij nomine, quæq́ ipsum non solum ærumnosum & calamitosum, sed etiam, iuxta mundi iudicium, magis contemptum quàm gloriosum ostendunt. Iam quoniam pseudapostoli de longe maioribus gloriabantur, vt ipsi, contẽpto Apostolo, in magno precio haberentur, inquit Apostolus, & se nonnihil maioris momenti allaturum. Si gloriari oportet, inquit, si cogor meas laudes ipsemet enarrare, quod certe mihi non expedit, veniam ad visiones & reuelationes quas mihi dominus ostendit. Quæ illæ?

Scio hominem in Christo ante annos quatuordecim, siue in corpore, siue extra corpus, nescio, Deus scit, raptum huiuscemodi vsq; ad tertiũ cœlum. Et scio huiuscemodi hoĩem, siue in corpore, siue extra corpus, nescio, Deus scit, q̊niam raptus est in paradisum, & audiuit arcana verba, quæ nõ licet hoĩ loq.

De visione hac nolo lõgis verborum tractare ambagibus. malo enim nihil dicere, & ignorantiam meam ingenue fateri, q̃ hic quicq̃ temere asserere. Et Apostolus ipse fatetur se nescire, an in corpore, vel extra corpus positus, raptus fuerit. non igitur mirum etiam, si nos quædam lateant. H[illegible]dimus, est enim vero non dissimile, D. Paulum hac visione non primo quidem instructũ esse cum Damasci cæcus decumberet, sed in ipso euãgelij cursu, & laborum molestiarumq́ frequentia confirmatum. Sæpius enim Deus fideles seruos suos amœnis recreat visionibus, quo alacriores porro capessant negocium, & maiori ardore ad æterna bona tendãt, contemptis rebus mũdi fluxis & perituris. Porro iam obseruandum est, quõ Apls & in hac visiõe nõ valedicat humilitati. Primo vi-

visionē hanc non manifeste dicit, nec oīno silet eam, vt ostē-
dat, ꝙ inuitus ad hāc narrationem perueniat. Ad hoc etiam facit, ꝙ numerū quatuordecim annorū ponit: vt ostēdat, ꝙ qui tanto tēpore se à dicēdo cōtinuit, nō iā effaret, nisi magna eēt necessitas. His adiūge, ꝙ sub aliena ꝑsona de seipso dicat: q̊d & ipsum, humilitatis suæ indiciū est. Breuiter, cōiecturā capimus ex hisce Apl'i verbis, ꝙ pseudapl'i iactarint multas visiones, & nusq̄ cessarint Paulo vitio vertere ꝙ nō viderit dn̄m. Cogit itaq; Paulus certis argumētis demonstrare, ꝙ etiā hac in parte illis non sit inferior, vt qui raptus sit in paradisum & in tertium cœlum, vbi audiuerit arcana verba, quæ nō datum est homini eloqui. Sequitur:

Pro huiusmodi gloriabor, pro me autem nihil, nisi in infirmitatibus meis.

Quod sciam hoīem illū sic raptū, & tāta mysteria audisse, gloriabor: ꝓ me aūt nihil, nisi ꝙ multas infirmitates & tribulationes ꝑpetior & ꝑpessus sum. Vides ꝙ nō vult apte dicere, ꝙ de se loquat, ne videat gloriosulus. Itaq; q̄ magnifica sunt, in alium quendā trāsfert: q̄ aūt non magni momenti, & quæ magis flebilia quàm gloriosa, de se dicit.

Nā etsi voluero gloriari, nō ero insipiēs. veritatē eñ dicā. Parco aūt, ne qs me existimet supra id q̊d videt in me, aut audit aliquid ex me.

His iam ostēdit, q̄re sub aliena ꝑsona, & non potius sub ꝓpria ꝑsona, de reuelatiōib' scripserit. Quod si maxime velim gloriari, necessitate sic vrgente, nihil imprudenter agerē, qm̄ oīa vera sunt q̄ dico. Nō mētior, nihil fingo, nec aliquē meis gloriatiōib' decipe conor. Quod aūt nolim plurimū de reb' magnificis gloriari, ob hoc fit, ne qs mihi plus tribuat, meq́; maius aliquid suspicetur esse, q̄ me mea facta, meaq́; testatur oratio. Satis bona ratio & commoda, quare non vult maiora de se dicere. Nam si tauros immolare & pro Deo colere, si Acto. 14.
gnorum stupore cōtenderant: quid ei honorum deferre intermisissent, si & reuelationes suas quas habuit, edidissent?

Et

Et ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis angelus satanæ, qui me colaphizet.

Præmisit se nolle quicq̃ gloriosius de se prędicare, ne quis de ipso plus, q̃ est, cogitet. Iam aperit, quid sibi acciderit, ne de semetipso supra meritum sentiat. Magnifica qdem sunt, inquit, quæ de reuelatiõe & visione diximus. ne itaq; magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis angelus satanæ, qui me colaphizet. Ne existimẽ me oẽm humanam effugisse imbecillitatem, eo ꝙ tam sublimi gratia me dignatus est, immisit mihi dominus Deus nũcium & monitorem, qui me fragilitatis meæ admoneat. Sed qs ille nuncius? quis ille importunus nuncius? Datus est, inquit, mihi stimulus carnis angelus satanæ, qui me colaphizet. Quid porro intelligendum de stimulo carnis, quem Apostolus angelum satanæ vocat? Multi multa super hac re dicunt. Oportet nihil vulgare fuerit, quod sic diuum Apostolũ cruciarit. Nos aperiemus quod ab alijs didicimus. Sunt qui putant Apostolum detentum fuisse cephalea, hoc est, maximo laborasse capitis morbo. Sunt qui iliacam bono Apostolo adscribunt, darmgesicht. Sunt tertio, qui existimant Apostolum hic nihil aliud significare voluisse, quàm aduersarios suos præcipuos, qualis fuit Hymenæus & Philetus, vel etiam Alexander faber ęrarius. Nec desunt, qui existimant Apostolum à satana ipso vexatum, sicut & alij multi sancti ab ipso vexati sunt. Postremo, iam fere communis sententia est, Apostolum à Venere non nihil tentatum. Vtcunq; tandem sit, vtcunque fuerit stimulus ille, sic vexauit diuum Apostolum, vt non frigide de tanto tyranno cõqueratur. Ne autem putes Apostolum per iocum hæc dicere, audi quid subiungat:

Stimulus carnis.

1\. Sunt qui putant Apostolum detentum fuisse cephalea

2\. Sunt qui iliacam

3\. Sunt tertio

4\. Nec desunt

Propter quod ter dominum rogaui, vt discederet à me, & dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea. nam virtus in infirmitate perficitur.

Ter,

Ter, inquit, Dominum rogaui, vt ſatanam illum iuberet à me diſcedere, nimirum timens, ne aliquãdo de me triumpharet. Sed fruſtra in hoc negocio oraui. Noluit enim dominus illũ à me abigere, ſed dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea. Contentus eſto mea in te beneficentia, nec vltrà quicquam efflagites. Nam etſi affligeris, & varias diuexatiões pati cogeris, nõ tamen tibi aduerſor, non te deſero: ſed quod tibi aduerſatur, in bonum tuum maxime vertitur. Nam virtus in infirmitate perficitur. Ego ipſe, inquit Deus, poſſum vincere aduerſarios, etiam te infirmante. Opinor enim hunc eſſe ſenſum, Stimulum illum neq; Paulo, neq; Deo in prę iudicium cedere. Diuexatur quidẽ Paulus, ſed nihilominus ſufficienti gratia Dei donatur. Infirmus & imbecillus eſt Apoſtolus, & nihilomin⁹ poteſt Deus per imbecillem hunc Apoſtolum, ſuum perficere negocium. Solet enim Deus miniſterio infirmorũ, potentia huius mundi deſtruere, ſicut Apoſtolus noſter priori epiſtola dixerat: Infirma mundi elegit Deus, vt confundat fo[illegible]tia &c. CAP. XII. 1. Cor. 1. Hæc, quãtum dominus de[illegible] expoſuimus. Obſeruandum hoc loci, ꝙ aliquando contra no[illegible] ipſos ora[illegible]: & ideo, quod oramus, non accipimus: nõ ꝙ da[illegible] non poſſit Deus, ſed ꝙ nolit: nõ ꝙ nos odiat, ſed ꝙ nos ſic amet, nolitq́; nobis niſi ea dare, quæ nobis ſunt proficua. Addit Apoſtolus: Obſer.

Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, vt *habitet in me virtus Chriſti.

*inhab[illegible]et

Hoc itaq; reſponſum cum acceperim, nimirum has vexatiões mihi vtiles eſſe & proficuas, ad honoremq́; & gloriam Dei [illegible]tes, deinceps non ſolum non deprecabor, ſed multo magis g[illegible]riabor in infirmitatibus meis, vt virtus Chriſti in me habitet. Hac enim præſente, nihil non & ferre & facere poſſum.

Propter quod placeo mihi in infirmitatibus meis, in cõtumelijs, in neceſſitatibus, in ꝑſecutionibus, in anguſtijs ꝓ Chr̃o. Cũ em̃ infirmor, tũc potẽs ſum.

Eandem ſente[illegible]iam repetit, oſtendens ſe æquo [illegible]nimo la-

turum, immo & iam æquanimiter ferre omnes aduersitates, quoniam certo nouit, illas ad suipsi⁹ commodum, & ad Dei gloriam facere. Cupiebam equidẽ, inquit, à grauiorib⁹ hisce & minus gratis comitibus liber euadere: sed postquam ea accepi & intellexi, quæ meis hisce auribus hausi, glorior plane & mihi placeo. Cum enim infirmor, hoc est, cum in necessitatibus & angustijs sum, tunc potẽs sum. Quomodo tum potens est? Quando accusatur, tunc habet occasionem vt vindicet gloriam Christi: quãdo persecutionem patitur, habet occasionem vt late disseminet Euangelij preciosum semen. Videtur autem Apostolus hic occultis verbis notare eos, q ipsi vitio vertebant ꝙ talia pateretur: ipse autem dicit se hoc nomine plurimum gloriari. Sequitur:

Factus sum insipiens, vos me coegistis. Ego enim vobis debui commẽdari. Nihil eñ minus feci ab his, q supra modũ sunt Apostoli, tametsi nihil sum.

Quoniam hac[illegible] non vulgaria, sed prorsus magnifica de se prædica[illegible] rursus se excusat, ne quis hanc gloriationem ambitioni adscribat. Factus sum insipiens, inquit, vos me coegistis. Adde: Nam cum vestræ salutis causam susceperim, & fallaces apostolos conspicarer sua iactantes, vos ad se applicando corrupisse, necesse fuit vt vindicarem etiam gloriam meam & Apostolatum meum. Vestra igitur salus & solicitudo, quam pro vobis gero, ad hãc gloriationem me coegit, non ambitio, non fastus. Nam si aut pseudapostoli se non iactassent, aut vos gloriosulis illis nõ habuissetis fide[illegible] nullam mihi gloriandi ansam reliquissetis. Et quare, o Paule, nos te coegimus? Respondet Apostolus: Ego à vobis debui commendari. Decuit, inquit, vos poti⁹ prædicasse res à me gestas, & laudibus extulisse, quod tamen haud quaquam egistis: immo passi estis alios mei aduersarios, sua apud vos canere encomia, vtcunq; me criminarẽtur. Nec iniquum vos, me commendando, fecissetis. Nihil enim feci minus ab ijs qui sunt supra modum Apostoli. Si itaque par su[illegible] magnis illis Apo

sto

CAP. XII.

ſtolis, qui fit ꝙ vos me nec parem exiſtimatis ijs, qui nec apoſtoli, nec apoſtolorum diſcipuli ſunt? Nihil minus feci ab ijs qui excellenter Apoſtoli ſunt, tametſi nihil ſum. Sic alibi dicit: Plus omnibus laboraui, non quidem ego, ſed gratia Dei mecum. Sequitur: 1.Cor.15.

Signa tamen* apoſtoli facta ſunt ſuper vos in om̃i patientia, in ſignis & prodigijs & virtutibus. * aplat⁹ mei

Nihil difficultatis hoc loci eſt. Idem enim dicit hoc in loco, quod in priori epiſtola his verbis: Nõne opus meum vos eſtis in domino? Etſi alijs non ſum apoſtolus, ſed tamen vobis ſum. Sic & iam dicit: Sentiant ac dicant de me alij q̃d velint. vos non poteſtis negare, quin apud vos declararim, me vere Apoſtolum eſſe, ſiue de patientia, ſiue de ſignis, prodigijs & virtutibus loquare. Primum ac præcipuum argumentum Apoſtolici pectoris eſt, Euangelij gratia nihil non libenter perpeti: hac certe nota præſtiti Apoſtolum. Neq; defuerunt illa, quibus ad tempus ob incredulitatem quorundam, Deus fidem arrogat ſermoni noſtro, quæ genus ſunt oſtenta, prodigia, factaq; potentia. Non eſt itaq; quicquam in me, cuius vos merito pigeat, pudeatq;. 1.Cor.9.

Quid eſt enim quod minus habuiſtis præ cæteris Eccleſijs, niſi ꝙ ego non grauaui vos? Donate mihi hanc iniuriam.

Senſus eſt: Si non ſum Apoſtolus, ſi alijs Apoſtolis nõ ſum par; ſi in conſpectu veſtri non præſtiti ea quæ ſunt muneris Apoſtolici, edicite, obſecro, quænam ſint ea, quæ aliæ Eccleſiæ à ſuis Apoſtolis acceperunt? Quid minus habetis, quàm aliæ Eccleſiæ? Vnicum eſt, in quo vos Corinthij alijs Eccleſiis non eſtis pares. Aliæ Eccleſiæ ſuis Apoſtolis miniſtrarunt neceſſaria corporis: ego autem in nullo vos grauaui. Quod ſi quid hac in re à me peccatum eſt, rogo donetis mihi hanc iniuriam. Si eius rei me inſimulatis, quia nihil vobis oneri fuerim, ſed gratis Euangelium prædicarim, veniam poſtulo.

Ecce tertio hoc paratus ſum venire ad vos,& nõ ero grauis vobis.Nõ enim quæro quæ veſtra ſunt, ſed vos. Nec enim debent filij parentibus theſaurizare, ſed parentes filijs.

Ne videatur idipſum ſæpe proferre,tanquã de cætero ab his ſit quidpiam accepturus,ſic inquit:Neque enim quia nihil accipiam,idcirco neq; ad vos proficiſcar. Qm̃ bis ad vos commigrare ſtatui, & tertio paro me iturum, neque grauabo vos.Non quia ſitis vel tribuendo offenſi,vel opibus nil valeatis:ſed quoniam non veſtra à vobis depoſco, ſed vos, hoc eſt,animæ veſtræ ſalutem,vt ſcilicet vos credentes,ſalutẽ cõſequamini,non vt opes de facultatibus veſtris mihi cumulẽ. Addit ergo ſententiam:Filij non debent parentibus theſaurizare,ſed parentes filijs.Iam itaque, quoniam ego vobis patris ſum loco,æquum eſt vt ego veſtra curare non deſinam,id quod veri patris erit.Patris itaque,non raptoris, animũ erga vos Corinthios gero.

Ego autem libentiſſime impendã & ſuperimpendar ipſe ꝑ animabus veſtris,licet plus vos diligẽs, minus diligar.

Senſus eſt: Quemadmodum patres non opes modo, ſed ſeipſos impendunt filijs:ſic ego paratus ſum,ſi ſic exigat ſalus veſtra, meipſum ipſamq́ꝫ vitam meam vobis impendere: tantum abeſt vt quicquam à vobis extorquere cogitem, etiamſi non neſciam mihi idem vſu venire in vobis, quod vulgo ſolet parentibus in liberis. Licet enim vos plus diligam, tamen longe minus à vobis diligor.Ego quæ patris ſunt,facio: vos autem negligitis ea quæ ſunt filiorum. Recordatur hic diuus Apoſtolus eius, quod Chriſtus in Euangelio dicit: Bonus paſtor animam ſuam ponit pro ouibus ſuis.O noſtra infœliciſſima ſecula, in quibus neq; bonos paſtores,neq; innocentes oues habemus. Ea iam eſt inter Paſtores & Oues charitas, vt alteri pro alteris ne digitum quidem vertant: vt

Ioan.10.

CAP. XII.

verificetur quod Dominus alibi dicit: Qualis populus, talis & sacerdos &c. Esa. 24.

Sed esto, Ego vos non grauaui: sed cum essem astutus, dolo vos cepi. Nunquid per aliquem eorū quos misi ad vos, circunueni vos? Rogaui Titum, & misi cum illo fratrem. Nunquid Titus vos circunuenit? Nonne eodē spiritu ambulauimus? nonne ijsdem vestigijs?

Omnia quæ possent ex aduerso proponi, non tacet, vt se purget per omnia, quia nihil per circunuētionem egit apud eos, sed in simplicitate, sibi semel prospiciens, his duplici genere, vt & apud Deum prouideret eis, & hic censum illorum non quæreret: sibi autem hoc sufficere, quod à Deo promissum est in futurum. Forte enim suspicarentur ideo illum contempsisse, quia parua erant quæ offerebantur, vt maiora consequeretur, vt circunspiciens me[illegible] sua, non pecuniam refutaret, sed numerum indignum sibi ex[illegible]mans, contemneret. Dicit itaque Apostolus, seipsum nihil acc[illegible]sse à Corinthijs, neque alium quempiam suo nomine. Ego, inquit, non grauaui vos, nec illi quos ego ad vos misi, fuerūt vobis oneri. Huius rei vos Corinthij testes esse potestis. Nonne ego & mei eodem spiritu ambulauimus? Nonne ijsdem ingressi sumus vestigijs? Ego Euangelium vobis prædicaui, idipsum & fratres mei prædicarunt, vtrique gratis. Vani itaque sunt & mendaces, qui diuersum de nobis dicunt. Obseruandum hoc loci, quo[illegible] Paulus de se & suis prædicat, ne scilicet quod relinquit Heliseus, Giezi cum fœnore rapiat. Solent & nostri Episcopi sua officia gratis administrare: tu modo vide, ne donaria negligas adferre. Nec ab hac iniquitate prorsus puri sunt, q secularibus iudicijs præsident, apud hos interdum argenteus scyphus literis signatis præponderat. Obser.

Olim putatis quòd excusemus nos apud vos? Coram Deo in Christo loquimur. Omnia enim cha-

riſſimi propter ædificationem veſtram.

Obijciebant pſeudapoſtoli, Paulum ſcriptis ſuis nihil aliud quàm cauſam ſuam agere, ſe quærere ſuam gloriam vbiq; vendicare, vt parũ vtilitatis poſſit redire ad Corinthios. Sancte ergo obteſtatur, Chriſtumq́; dominum vocat in teſtem, ꝙ quæcunq; vel agat vel dicat, in commodum ſiue ædificationem Corinthiorum agat & dicat. Non eſt, inquit, quod putetis me hæc de me & meis referre, vt inde nonnihil gloriæ vener. Coram Deo in Chriſto loquimur. Teſtis eſt Deus qui nouit animum meum, teſtis eſt Chriſtus cuius negocium agimus, ꝙ quicquid loquimur, quicquid agimus, in veſtrũ commodum fiat.

Timeo enim, ne forte cum venero, non quales volo inueniam vos: & ego inueniar à vobis, qualẽ non vultis: ne forte contentiones, ęmulationes, animoſitates, diſſenſiones, detractiones, ſuſurrationes, inflationes, ſeditiones ſint inter vos.

Vides hic, quàm miſere metuat Apoſtolus, vt cogatur ſæuire in Corinthios, & pro merito duriter cum illis agere. Timeo, inquit, ne forte cum venero, non quales volo vos inueniam: & ego inueniar à vobis, qualem non vultis. Quomodo cupit Apoſtolus Corinthios inuenire? Correctos, ne in ipſos deſæuire cogatur. Quomodo vellent Corinthij Apoſtolum? Mitem & benignum doctorem, non acrem obiurgatorem. Et merito timet Apoſtolus, vt qui malit pœnitentibus parcere, quàm peccatores punire. Aperit itaq; manifeſte quid vereatur: Ne forte inter vos ſint cõtentiones, æmulationes &c. Quas dicit contentiones? De quibus in priori epiſtola ſic ſcripſerat: Significatum eſt mihi de vobis fratres mei, ab ijs qui ſunt Chloes, quia contentiones ſunt inter vos. Hoc autem dico, ꝙ vnuſquiſq; veſtrum dicit, Ego quidem ſum Pauli, ego autem Apollo &c. Secundo addit æmulationes, quo nomine videtur ſignificare inuidiam, quæ alienis lætatur incõmodis,

dis, & alterius rebus marcescit opimis. Tertio animositates ponit, quibus intelligit iram efferuescētem. Dissensio est, vbi non omnes in vna voluntate & in vno sensu concordant, sed alter altero magis sibi sapere videtur. Detractor est, qui bene facta & dicta alterius, in diuersum trahit, nimirum in malam partem interpretādo. Susurrones autem sunt, qui in aure obstrepunt, & occulta maledicentia aut dissensionem moliuntur, aut odium alicuius rei inducere volūt. Turpissimum genus hominum, quod omnibus seculis & apud omnes gentes pessime semper audiuit: Die verfluchten orentrager. Susurro & bilinguis maledictus erit, Ecci 28. Inflati sunt, qui vltra cæteros se efferunt, & alios omnes contemnunt, immo nihil, nisi quod ipsi fecerint, probant, reliquorum opera contemnunt & irridēt. Postremo ponit Apostolus seditiones, qua voce intelligit ciuium inter se commotionem, quam existimamus motam ex importuna pseudapostolorum prædicatione: id quod & nostris temporibus factum esse recordamur.

CAP. XII.

Ne iterum cum venero, humiliet me Deus apud vos, & lugeam multos ex ijs qui ante peccauerunt, & non egerunt pœnitentiam super immunditia, & fornicatione, & impudicitia quam gesserunt.

Quid hoc est quod dicit, Ne iterū humiliet me Deus apud vos, &c? Gloria est Apostoli, si morigeros & obedientes habet discipulos, si omnia ordine & honeste in sua ecclesia fiūt. Adde, quia verus Christi Apostolus, de subditorum peccatis luget, de ipsorum autem profectu lætatur. Iam Apostolus timet, ne cum Corinthum venerit, sic inueniat ipsos Corinthios, vt de ipsorum profectu nequicquā gloriari possit. Et nōn tantum dixit Apostolus, Vt lugeam multos ex ijs q ante peccauerunt: sed addit, Et non egerunt pœnitentiam. Malū itaq; est, q sic deliquerint: sed peius est, q nolint resipiscere, etiamsi satis duriter ab Apostolo in priori epistola increpiti fuerint. Loquitur enim de ijs, quos in superioribus perstrinxerat. Adiunxit autem hæc Apostolus, vt continuo arripiāt pœni-

nitentiam, ne cogatur etiam inuitus eos castigare. Sit itaque huius capitis finis.

CAPVT XIII.

ECce tertio hoc venio ad vos: In ore duorum vel triũ testiũ stabit om̃e verbũ.

Quoniam Apostolus in præcedenti capite aliquot Corinthiorum enumerauerat scelera, iam in hoc capite, hoc est, sub finem Epistolæ huius, minatur illis se exercitaturum in ipsos suam potestatẽ, ni meliores reddantur continuo. Ecce, inquit, iam tertia vice ad vos venio. Q.d. Videor æmulis meis vana quædam tonare verba, dum me ad vos vẽturum minitor, forsitan ꝙ negocia me mea, immo Christi, nõ mea, semel atq; iterum remorati sunt. Primo vobiscum fui, secundo aduentum meum pollicitus sum: qua[re] autem nõ venerim, causas exposui. Tertio iam parat⁹ sum ad [v]os venire. Et tum, cum ad vos venerim, in ore duorũ vel trium testium stabit omn[e] verbum. Neq; enim amplius conniueb[o], sed iuxta i[us st]rictum atq; exactum res agetur. Quisquis delatus fue[rit], is duorum aut trium hominũ testimonio vel absoluetur, vel damnabitur.

Prædixi em̃, & prædico, vt præsens vobis & nũc [a]b[s]ens, ĳs qui ante peccauerũt, & cæteris omnibus, quoniam si venero iterum, non parcam.

Sensus est: Quando præsens vobiscum eram, prædixi vobis, q̃ non possim non corripere eos, qui in sceleribus [...] nesciunt modum, sed peccatum peccato indies accumulant, sed cogar illos pro merito punire. hoc ipsum & prius scripsi vobis, & iam tertio admoneo, vt ĳ resipiscant qui in præsentia mea peccauerunt, & cæteris qui impudẽter iam viuunt, quoniam si venero, non parcam. In priori epistola sic scripserat: Quid vultis? In virga veniam ad vos, an in charitate & spiritu mansuetudinis? Tu autem hic vide Pauli benignitatem, q̃
1. Cor. 4.
scilicet sæpe comminetur, ne tandem in impœnitentes desæ-

uire

Cap. XIII.

urie cogatur, sic in omnibus Magistrum suum imitatus, qui & ipse promptus est ad benefaciendum, plumbeos vero pedes habet ad perdendum.

An experimentum quæritis eius, qui in me loquitur Christus, qui in vobis non infirmatur, sed potens est in vobis? Nam etsi crucifixus est ex infirmitate, sed viuit ex virtute Dei.

Indignabundus sane, vt Theophylactus ait, & ira succensus, Corinthios alloquitur, qui se vt infirmum & impotentē calumniabantur. Vult ergo dicere: Quoniam vultis probare num in me Christus habitet, & correctiones exigitis, & propterea me irridetis quasi vilem & contemptibilem, quasi hac virtute destitutum: scitote q̄ nō sumus destituti potestate nostra, si vos exhibueritis occasionem, hoc est, si vestra insolentia & impœnitentia me propellatis ad correptionē & emendationem. Nam ego quidem, inquit, nolim vobis id experimenti dare: si aūt vos dederitis causam, & volueritis me prouocare, scietis re ipsa qd possim. Tu aūt vide vt rē exaggeret, vt onerosum faciat sermonem: nō em̄ dicit, An experimentū mei quæritis? sed, An experimentū quæritis Christi, q in me loqtur? monstrās q̄ cōtemptus ille nō in se, sed in Christum recidat, cuius instinctu Apostolus oīa agit. Addit: Qui Chrs in vobis nō est infirmus, sed potēs est in vobis. Hoc est, nō est q̄d pluribus q̄ratis experimentū, qd possit Christus: re ipsa apud vosmetipsos experimini, siue punitiones, siue beneficia spectetis. Nā siue infideles punire voluerit, siue dæmones, siue homines sanare, siue quid aliud facere, satis potens est. Videtis enim in nomine eius mortuos suscitatos, dæmones fugatos, paralyticos conualuisse, surdos audisse, mutis redditū affatum, claudos cucurrisse, cæcos vidisse. Hæc omnia virtutis sunt, non infirmitatis. Sequitur: Nam & si crucifixus est ex infirmitate, viuit tamen ex virtute Dei. Sensus est: Quanuis Christus olim ex naturæ, quam susceperat, imbecillitate cruci voluerit affigi, tamen non debet ea gratia velut imbecillis

Vide Cyrillus de recta fide lib. 2. ad Reg. pag. 136

nnn haberi,

haberi. Ex infirmitate corporis mortuus est, sed viuit ex virtute Dei patris. Si tibi videt infirmitatis esse, ꝙ mortuus est, non potes negare, quin virtutis sit ꝙ resurrexit. Huc videtur pertinere quod suprà dixerat, Et si noueramus Christum secundum carnem, sed iam non nouimus. Addit Apostolus:

Nam & nos infirmi sumus in illo, sed viuimus cum eo ex virtute Dei in vobis.

Alibi dicit Apostolus: Si socij passionum estis, & consolationis eritis. Et rursum: si compatimur, & conregnabimus. sed videtur hic Apostolus noster aliud velle, nimirum se etiam non infirmiorem esse, etiamsi multas calumnias & persecutiones Christi nomine patiatur. Q. d. Licet nos Apostoli incredulis simus infirmi, dum ab illis cædimur, conijcimur in carceres, conuicijs afficimur: tamen ex virtute Dei cum illo potentes erimus erga vos, si vestra pertinacia nostram vicerit mansuetudinem.

Vosmetipsos tentate, si estis in fide, ipsi vos probate. An non cognoscitis vosmetipsos, quia Christus Iesus in vobis est? nisi forte reprobi estis. Spero autem ꝙ cognoscetis, quia nos non sumus reprobi.

Si meminerimus donorum spiritualium, quæ in Corinthijs fuisse Apostolus superioribus annotauit, facilis explicatu erit locus hic. Breuib[9] rem aperiemus. Diximus, inqt Apostolus, in nobis esse Christum, per nos loqui, & per eiusdem virtutē nos potentes esse. Quod si existimatis me h[illegible] impudenter non dico gloriari, sed mentiri, vosipsos tentate, vosipsos probate, sitis ne in fide, an ne Christianam fidem profiteamini, an ne miraculorum operatione & alijs donis spūalib[9] testatum faciatis, in vobis esse Christū efficacem. Quod si iam vis Chr̄i sese non tā potēter exerit in vobis, atq; anteas argumentum est, vos & in fide, & in innocētia vitæ defecisse. Vtcunque de vobis sit, spero vos re ipsa comperturos, ꝙ nos non simus reprobi. Vos satis potentes fuistis, me præsente. quid

quid iam possitis præstare, ipsi de vobismetipsis periculũ facite. Ego non dubito, quin cognoscetis me nihilo infirmiorem esse, quàm antea fuerim.

Oramus autem Deum, vt nihil mali faciatis, non vt nos probati appareamus, sed vt vos quod bonũ est faciatis, nos autem vt reprobi simus.

An ne hic videmus vere paternum affectum in sanctissimo nostro Apostolo? Ach, q̃ patienter fert fœtorem hic medicus, tantum vt infirmum sanare possit. Contemnebať Apostol⁹, respuebatur, illudebatur, subsannabatur, quasi vilis, quasi cõtemptibilis, quasi arrogãs, quasi gloriosus in verbis quidem, re autem ipsa neq; paruam virtutis suæ vim ostentans: neq; tamen solum differt pœnam, sed & precatur, ne detur sibi occasio vim suam exercendi. Obsecro, inquit, Deũ & oro, vt nihil mali faciatis &c. hoc est, precor vt nullum inueniam incorrectum, nullum inueniam impœnitentem, ne cogar potestate mea in vos vti. Nam si mãseritis in impœnitentia peccãtes, necessarium erit vt puniamus & castigemus, & demus experimentũ virtutis nostræ. Non autem cupimus ostẽdere potentiam nostram, vtcunq; contemnamur, neq; hoc precamur, sed cõtrarium, vt neq; nos sic probati appareamus, hoc est, ne sic experimentum declaremus potentiæ nostræ in puniendis vobis & castigandis: sed vt vos probati sitis, & quod bonum est faciatis, neq; mihi detis occasionem, qua declarem potestatis meæ potentiam. Libenter hanc patiar ab aduersariis calumniã, vt dicant me nihil posse in hac parte, modo vos vestra innocẽtia à vobis meã potestatẽ ꝓhibeatis &c.

Non enim possumus aliquid aduersus veritatẽ, sed pro veritate.

Sensus est: Si vos in fide, morumq; sanctimonia perstiteritis, nihil erit quod meam potestatem exerceã. Neq; enim sumus potentes aduersus innocentiam, sed aduersus flagitia potentes sumus. Itaq; si inueniemus vos probe agentes, & repellentes peccata per pœnitentiam, ac fiduciam erga Deum ha-

bentes, neq; poterimus, etiamſi vellemus, in poſterum punire: ſed etiamſi attentaremus, non cooperaturus eſſet Deus. In hoc enim nobis dedit potentiam, vt ſententiam veram feramus & iuſtam. Apertum eſt quod Apoſtolus dicit. Poteſtas enim non datur alicui contra veritatem, vt arguatur bene viuens: ſed pro veritate, vt puniat is q inimicus eſt legis. Ideoq; ceſſabit poteſtas, ſi quod bonum eſt feceris. Huc ptinet quod
Rom 12. in Romanis legitur: Vis non timere poteſtatem? bonum fac, & habebis laudem ex illa. Sequitur:

Gaudemus enim quoniam nos infirmi ſumus, vos autem potentes eſtis. Hoc & oramus, veſtram conſummationem.

Minime, inquit, poſſumus vos bene agentes punire, & ob hoc maxime gaudemus, q non inuenimus vos tales, qui occaſionem nobis exhibeatis, vt noſtram quæ in puniendo eſt potentiam oſtendamus: licet talia faciẽtes, nos claros & probatos & potentes declararemus: ſed contrarium volumus, nempe vt vos probati & irrepræhenſibiles ſitis, & nos nunq̃ gloriam inde lucrifaciamus. Nec ſolum, inquit, gaudemus, q nullam puniẽdi cauſam exhibeatis: ſed etiam oramus, vt vos ſitis ita irrepræhenſibiles, ita abſoluti, vt nullam nobis detis occaſionem. Voti compos factus ſum, ſi vos ita potentes ſitis, vt veſtra innocentia meam poteſtatẽ propulſare valeatis.

Ideo hæc abſens ſcribo, vt nõ p̃ſens durius agam ſecundũ poteſtatẽ, quã dominus dedit mihi in ædificationem, & non in deſtructionem.

Poſtquam hos plurimum perculit comminãdo, & terrorem incutiẽdo, excuſans ſe, inquit: Ideo ad vos iſtiuſmodi vel abſens ſcribo, quia mallem ſolis literis hanc meam terminatum iri duritiem, nõ re præſtari. Vulgo dicitur: **Wer trewet, der warnet.** Sic & Apoſtolus ideo talia cõminatur, vt poſtq̃ illi admoniti reſipuerint, ipſe non cogatur ſua poteſtate vti. Et in hoc refert Apoſtolus Magiſtrũ ſuum Deum, qui & ipſe non delectatur puniendo nos, & vt plurimum comminatur di-

CA.XIII.

dira, non vt ipsa immittat, sed vt nos pœnitendo illa p̃caueamus. Huius egregium habes exemplum in historia Niniuitarum. Obserua hic rursum, in quem vsum Apostol⁹ dicat sibi traditam potestatem: nõ in destructionem, inquit, sed in ædificationem. Discrete itaq; hac potestate vtendũ, vt bene agentes ad meliora hortemur, & male agentes arguamus, vt correpti, ædificentur. Ionæ 3. & 4.

De cętero autem fratres, gaudete, perfecti estote, exhortamini, idipsum sapite. Pacem habete, & Deus pacis & dilectionis erit vobiscum.

Apertum est quod hic dicit. Iam mentem meam, inquit, habetis, iam scitis quis mihi sit in vos animus: itaq; quod reliquum est, gaudete & valete: quod fiet, si perfecti, hoc est, integri fueritis in virtutibus, & alius alium ad meliora hortetur, & idem sapiatis, quod ad dogmata pertinet: & in pace agatis, quod mutuam conuersationem adtinet. Hoc si fiet, Deus pacis & dilectionis erit vobiscũ. Obserua hic pulcherrimam virtutum catenam. In his enim quæ Apostolus hoc loci ad finem dicit, pendet vere tota verorum Christianorum cõuersatio. Christiani ex animo gaudere non possunt, nisi tranquilla fuerit conscientia: quod fiet, si integri fuerint & perfecti in virtutibus. Secundo, Christianorum est, vt alius alium consoletur, & exhortentur sese mutuo, vt semper ad perfectionem contendãt. Tertio, Christiani concordes esse debent tam in dogmatibus, q̃ in mutua conuersatione. Tu autem obserua, Apostolum consensum dogmatum priori loco recensuisse, deinde concordiam politicam adiunxisse. Vix enim fieri potest, vt politica pax consistat inter eos, qui diuersæ sunt religionis. Postremo, Deus pacis & dilectionis eorum delectatur consortio, qui pacem & dilectionem sectantur. Inuidi itaq; & seditiosi homines, ad Deũ pertinere nullo modo possunt.

Salutate inuicem in osculo sancto. Salutant vos omnes sancti.

Sanctos hic vocat, non diuos illos cœlicolas, sed Christia

nos, qui tum ob vitę innocentiam meritiſſime appellabantur ſancti. Nos, ſi iuxta conuerſationem noſtram nomina ſortiri debemus, neq; ſancti, neq; Chriſtiani, neq; fratres merito vocari poſſumus. Tantum degenerauimus à vero veræ pietatis tramite.

Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti, & charitas Dei, & communicatio ſancti ſpiritus, ſit cum omnibus vobis. Amen.

Pulchra imprecatio, qua imprecatur Corinthijs ſuis Apoſtol⁹ beneficia ſanctiſſimæ & beatiſſimæ Trinitatis, gratiam Chriſti, charitatem Dei patris, & communicationem ſpiritus ſancti. De gratia quam nobis cõtulit Chriſtus, multa ſunt in ſcripturis, vt non neceſſe ſit hic multa recenſere. Gratia &
Ioan. veritas per Ieſum Chriſtũ nobis data ſunt. Et gratis p Chriſtum iuſtificati ſumus, ſed poſtquam adoleuerimus, gratis & citra bona opera non ſaluabimur. De charitate Dei Ioannes
Ioan. 3. in euangelio & epiſtolis canonicis plura. Sic De⁹ dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret &c. De communicatione ſpiritus ſcimus, quàm profuſe nobis ſua cõmunicet dona. Ipſe ſpiritus, paracletus noſter eſt, ipſe ducit nos in oẽm veritatem, ipſe teſtimonium reddit ſpiritui noſtro ꝙ filij Dei nominamur & ſumus. Breuiter, charitas patris miſit nobis filium, & per filium gratis adoptionem filiorum accepimus. Porro vt hæreditatẽ accipiamus, ſanctiſpiritus facit communicatio. Cæterum quod Paulus hic Corinthijs, id ego vobis quoq; auditores chariſſimi ex animo imprecor, me'q; veſtris precationibus humiliter commendo. Quod vt efficax fiat vtriſque, faxit Deus ſummus & optimus, qui eſt benedictus in ſecula. Amen.

FINIS.

INDEX RERVM ac verbor℞, non quidē omniū, sed insigniorū, in præcedentes Hoffmeisteri Homilias, opera Bartholomæi Laurentis sedulo congestus, ac iuxta Litera℞ seu Casuum ordinem fideliter digestus.

ba-


calibrite
colorchecker CLASSIC
mm